R-11124

Henrici de Segusio Cardinalis

HOSTIENSIS

IVR. VTR. MONARCHAE

CELEBERRIMI

del Colegio de V. P. Christ. de Zda

In Primum Decretalium librum

Commentaria,

DOCTISSIMORVM VIRORVM

quampluribus adnotationibus illustrata.

Hac nouissima Editione summo studio, ac diligentia ab innumeris erroribus expurgata, suoque pristino typo restituta.

Recens accesserunt SVMMARIA, & INDEX Locupletissimus.

Sala C
4
14

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 3º C. 5 E N. 1º

VENETIIS, APVD IVNTAS, MDLXXXI.

R-11124

Henrici de Segusio Cardinalis

HOSTIENSIS

IVR. VTR. MONARCHAE

CELEBERRIMI

del Colegio Mr y R. Chvd. de Sta

In Primum Decretalium librum

Commentaria,

DOCTISSIMORVM VIRORVM

quampluribus adnotationibus illustrata.

Hac nouissima Editione summo studio, ac diligentia ab innumeris erroribus expurgata, suoque pristino typo restituta.

Recens accesserunt SVMMARIA, & INDEX Locupletissimus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 3º C. 5E N. 1º

VENETIIS, APVD IVNTAS, MDLXXXI.

LECTORI OPTIMO.

HENRICI Cardinalis Hoſtienſis (verè Iuris Monarchæ) Commentaria, ſeu mauis copioſiſsimæ in iure Pontificio interprætationes (quas Lecturas vocant) licet typorum incuria, vel alia forſan veriori cauſa multos ab hinc annos latuerint, nunc denuò elimatæ atq; expurgatę mendis, quibus ſcatebant; Bibliopolę non ſatis laudati ſtudio in lucem prodeunt, opus optimum, neceſſariumq;, quodcunque ergo ſit munus Deo optimo maximo tribue, boniq; conſulas, ſiq; eo vti velis non parum proficies. Vale amice Lector.

DE HOSTIENSE, EX EPITOME DE VITIS Iureconſult. D. IOAN. FICHARDI Francofurtenſis.

SVCCESSIT iſtis Henricus de Secuſia, poſtea Cardinalis Hoſtienſis factus. Hic ob eximiam eruditionem ſuam, primùm Innocentio IIII. Pontifici, & inde Alexandro IIII. eius ſucceſſori valde gratus fuit Iuris Ciuilis, & Pontificij Summam vno volumine complexus eſt, ordine conuenientiſſimo, & tractatione elegantiſſima. Illud poſt longum vtriuſque Iuris ſtudium atq; exercitium incœptum, poſtea verò incendio amiſſum tandem Cardinalis, inter alia ſua negotia denuò reparauit, & exactius diligentiusq; quàm antea abſoluit, vt ipſe refert in fine eius Operis. Edidit præterea Lecturas in v. libros Decretal. ac in extrauagantes, quæ nunc in Sextum ſunt tranſlatæ. Et dicit Matheſilanus alicubi, permagnam eſſe huius Hoſtienſis inter Iureconſultos authoritatem. Tiraquel. etiam in Trac. de pœn. cau. 51. nu. 109. virum prædicat, diuini humaniq́ue Iuris peritiſſimum. Floruit ſub dictis Pontificibus, Anno M CC LV. & ſequentibus.

in Tract. de ſucceſs. ab in teſta.

DE EODEM, EX LIBRO DE VIRIS Illuſtribus, D. MARCI MANTVAE Patauini.

HENRICVS HEBREDINENSIS quondam eccleſiæ Archipręſul, & Cardinalis Hoſtię, per antonomaſiam Hoſtienſis dictus appellatusq́ue eſt: forte quia per eum tanquam per hoſtium patuit aditus omnibus ad Iuriſprudentiã. Hunc magnum Canoniſtam dicit Gemi. conſi. cxiiij. inci. Si procurator. colum. 3. & Abb. in c. ex conqueſtione. col. 6. de reſtitu. ſpolia. quòd ſolet, vt plurimum reprobare opiniones rigoroſas Innocentij, eoq́ue magis laudandus eſt, cùm à villa Secuſia originem duxerit, vt ipſe teſtatur in c. nonnulli. in §. cum autem. in prin. de reſcrip. & in c. ad noſtram. de reb. eccle. non alie. in prin. & nihilominus euectus ſit tunc ad Cardinalatus faſtigium, ut ſuprà. Barb. quoque ait in rep. ca. Raynaldus. col. 171. de teſta. quòd iſte, & Inno. fuerunt duo luminaria cœli, & col. 163. quod ipſe rurſum, Io. And. & Bernardus ſuis acutiſſimis ingenijs illuſtrarunt ſacros Canones. Et quia in cæteris ſatis clarum eſt, quid quantumq́ue valuerit, quæq́ue opera & monumenta reliquerit, tranſeo.

INDEX RVBRICARVM

HVIVS VOLVMINIS.

Alienatione iudicij mutan. causa facta. fol. 202
Arbitris. 203
Authoritate, & usu pallei. 85

Bigamis. 122

Clericis peregrinis. 124
Constitutionibus. 7
Consuetudine. 29
Corpore vitiatis. 120

Electione, & electi potestate. 37
Aetate, & qualitate. 104

Filiis presbyterorum. 114

His, quæ vi, metusve causa fiunt. 191

In integrum restitutione. 194

Maioritate, & obedientia. 169

Obligatis ad ratiocinia. 120
Officio archidiaconi. 125
Officio archipresbyteri. 129
Officio custodis. 130
Officio, et potestate iudicis delegati. 132
Officio iudicis. 168
Officio iudicis ordinarij. 158
Officio legati. 155
Officio primicerij. 130
Officio sacristæ. eo.
Officio vicarij. 131
Ordinandis ab episcopo. 104

Pactis. 176
Postulatione prelatorum. 33
Postulando. 182
Procuratoribus. 183

Renunciatione. 87
Rescriptis. 11

Sacramentis iterandis, vel non. 113
Sacra vnctione. 110
Scrutinio in ordine faciendo. 103
Seruis non ordinandis. 118
Sindico. 190
Summa trinitate, et fide catholica. 6
Supplenda negligentia prelatorum. 96

Temporibus ordinationum. 98
Transactionibus. 178
Translatione episcopi. 81
Treuga, et pace. 176

FINIS.

HOSTIENSIS

I. V. D. CELEBERRIMI.

IN PRIMVM DECRETALIVM

Librum Commentaria.

PROOEMIVM AVTHORIS.

AD Dei Omnipotentis gloriã & vniuersalis ecclesiæ decus & decorem, necnon reipublicæ, & maxime scholasticorum vtilitatem, diuersa vtriusque iuris scripta, opiniones contrarias, quæstiones intricatas, solutiones ambiguas, & obscuras sententias, prout diuersi sensere Doctores, me dudum in vnum volumen memini redigisse. Contrarietates ad consonantiam, intricationes ad intelligentiam, & ad certum ambigua, ad lucem obscura reducendo, inquantum mihi deditiar gitor sciæ, ac ingenij modulus ministrauit. quod qdẽ vniuersis & singulis sufficere credidi, & omni ætati secundum suam capacitatem vtile reputaui. Ibi enim lac parandis, panis adultis, ossa fortia fortioribus ministrantur. cum ibidem rudes, in quo proficiant, prouecti quo se exerceant, perfecti quid imitentur & admirentur, non minus plane, quam plene valeant reperire. Et licet id volumen quo ad verborum copiam prolixum superficietenus videatur, subtiliter tamen consideranti, quæ & quanta sit, sic plenarie, sicut summarie comprehendat, potius quoddam veritatis compendium apparebit. Tandem cum libri decretalium volumina solicitus voluerem, & quasdã ex ipsis decretalibus sententiosas, & quasi sub verborum clausas inuolucro reperirem, dignum duxi super ipsis taliter commentari, vt ad omnium vtilitatem (prout mihi sapiẽtia vera ministraret) inuolucrum soluerem, & verbis perspicuis clausas sententias aperirem, intellectum ponerem, textum in partes diuiderem, literam obscuram construerem, ac exponendo & supplendo cõtinuarem, vt vbi diuersæ, vel aduersæ opiniones incidunt, pro & contra inducerem, & deinde quid videretur verius, diffinirẽ. Sed cum hæc ex postfacto ad quorundam zelatorum reipublicæ notitiam deuenissent, me precum affectuosa, & quasi importuna compulerunt instantia, vt librum totum, & singulas ipsius decretales prosequerer pari stilo, vt tale opus (sicut ijdẽ asserebant) ad illuminationem mentium, & veritatis agnitionem, quasi lucerna super candelabrum haberetur. Verum quoniam nec votis petentium contradicere, nec vtilitatem studentium per mei subtractionem laboris licuit impedire, quamuis me scirem tanto oneri penitus disparem, de illius tamen benigna largitate, ac larga benignitate confisus, qui dat omnibus affluenter & non improperat, quiq; os aperire iubet, & se illud asserit impleturum, ad ipsius honorem & laudem, & communem profectum omnium, onus prædictum subire non renui, sperans, vt qui præsens dedit principium, idem & finem tribuet qui non nouit quippiam imperfectum. Suscipiant igitur vniuersi & singuli præsentis operis commodum, multis curis & vigilijs, multaq; veritatis discussione ac examinatione ad eorum laboris velox leuamen, & efficax adiutorium præparatum, in quo suppletur, quod in volumine prædicto vel omittitur, vel nimis forsan summarie continetur. Si autem prudentis lectoris industria quicquam hic, vel ibi reperiat, quod contrariari adinuicem, vel alterutrum videatur, non statim damnet, vel contemnat, sed studeat diligenter per distinctionem sensus diuersorum Doctorum atque consuetudinum, rigoris, æquitatis, & temporis discordantium, Doctorum concordias inuenire. Si vero quia facile non est, nunquam decipi, vel errare, immo testante Poeta.

Opere & in longo fas est obrepere somnum.

Si aduersari ad inuicem dicta contingat, vt concordiam non admittant, præsentis operis dictis adhæreat, reminiscens, quòd priora per posteriora frequentius corriguntur. Nulli tamen, quem acutioris ingenij virtus, aut perspicatioris gratia intellectus dotauit munere melioris, contendo legem imponere. quin si qua in præsenti opere, aut omisit occupatio, aut forte minus bene tradidit imperfectio, quam in me nec volo, nec valeo excusare, circumscriptis inuidiæ stimulis & detractionis mordacitate penitus relegata, fraterna charitate libere valeat emendare.

DIVISIO, ET INTELLECTVS / procemij libri Decretalium.

VIcarius Regis Pacifici Ad communem vtilitatem, & maxime studentium, quinque compilationes extrauagantium in vnam reducere intendit, subtractis quibusdam similibus contrarijs & prolixis, resecatis etiam quibusdam superfluis, adiectis quibusdam decretalibus, quæ extra dicta volumina vagabantur, & suis constitutionibus, per quas nonnulla dubia declarantur, præsentem præmittens epistolam, quam in duas partes diuidas principales. Prima continet salutationem, in qua notantur tria. Quis scribit. vsque ibi, dilectis. Quibus scribit. vsque ibi, salutem. Quid optat, ibi, salutem &c. vsque ibi. Rex pacificus. Ibi incipit secunda pars principalis scilicet prosa, siue epistola, quam ad exemplum totius operis in quinque partes diuides. Prima pars durat vsque ad §. sed effrenata. in qua tangit creationis hominis qualitatem, & (qua frueretur, si non peccasset) æternam beatitudinem. hæc æquiparatur visui propter claritatem virtutum & splendorem, in quo homo formatus fuit. Secunda vsque ad §. ideoque. in qua tangit hominis a paradiso eiectionem, & hominum ad peccandum pronitatem, & peccatorum coaceruationem ab eodem vitio deriuantem, & prædictorum temperantiam & refrenationem: & æquiparatur gustui, vt vitemus peccatorum amaritudinem: & iustitiæ dulcedinem degustemus. Tertia vsque ad §. sane. in qua ponit promulgationis iuris causam, siue occasionem, hæc æquiparatur auditui, vt ipsum ius audiamus, & sic retineamus, q̃ honeste viuamus &c. Quarta vsque ad §. volentes. vbi facit antipophora, & ponit suam intentionem, in qua nos reddit dociles in principio: quia gaudent breuitate & claritate moderni. Beneuolos, vbi dicit, ad communem vtilitatem &c. Et attentos, vbi dicit, Adijcientes &c. Et etiam in quinta parte: hæc æquiparatur palpatui, vt confusionem & contrarietatem, tanquam duram & asperam remoueamus, & breuitatem ac vtilitatem, quæ mollis ac lenis est, teneamus. Quinta vsque in finem vbi facit suam conclusionem, per quam præsens confirmatur compilatio, & alia fieri prohibetur: hæc æquiparatur odoratui, vt iura facta authoritate sedis Apostolicæ tanquam odorifera approbemus, alia vero tanquam stercorosa & fœtida fugiamus, cum clerici simus. ad hoc de pœni. distinctione secunda §. Romanos. quinta distinctione ad eius vero concubitum quadragintaseptima distinctione bonorum vigesima quæstione tertia. procliuus. quarta distinctione factæ. Institutus, de iustit. & iure. & in prooemio. duodecima quæstione secunda. cũ deuotissimam quadragesimanona distinctione capitu. primo. vsque ad versiculũ paruo autem naso. & vtitur exemplo iurisconsulti, q̃ similem & necessariã præmittit præfationem. ff. de origi. iur. l. prima. & de rebus creditis. l. prima. Patet quæ sit intentio authoris, scilicet diuersa in vnum colligere. Materia,

ria, quæstiones, & responsiones Sanctorum & Apostorum. Vtilitas, vt sciamus discernere inter iustū & iniustū, æquū & iniquū. Subijcitur autem Ethicæ, sicut & cæteri libri morales, vt patet. ℑ. de vi. & ho. clericorum. Modus agendi hoc versu comprehenditur.

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia. crimen.

Et ita sicut inhibitio copulæ coniugalis ad exemplum quatuor humorum restricta est, vt ℑ. de consan. & affi. non debet. sic author opus præsens in quinq; partes diuidit ad instar quinq; sensuum, quos quilibet iudex in se debet habere. Primus liber equiparatur visui: quia sicut visus inter colores discernit, ita tractatus ipsius inter qualitates personarum in ecclesia creādarū. Secundus gustui: quia sicut gustus discernit inter sapidum & insipidum, sic tractatus ipsius inter iustū & iniustū, æquū & iniquum. Tertius auditui: quia sicut auditus inter voces & loquelas discernit, sic tractatus ipsius inter res spirituales & temporales, quas voces reputat, vltimo tractans de spiritualibus. Quartus palpatui: quia sicut palpatus discernit inter dura & & aspera, sic tractatus ipsius inter matrimonia licita vel illicita approbanda vel reprobanda. Quintus odoratui: quia sicut odoratus fetorem discernit, siue sentit & fugit, sic tractatus ipsius crimina detestatur, & punit.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopi, Primates vel Patriarchæ omnes sunt episcopi, & sunt loco Apostolorum.*
2 *Episcopus vicarius Christi dicitur.*
3 *Papa per excellentiam dicitur episcopus, & præcipuus, ac principalis est vicarius Christi.*
4 *Papa habet celeste arbitrium quo nullum excellentius.*
5 *Papæ non audemus dicere, cur ita facis.*
6 *Papa, se seruum facit, ex affectione.*
7 *Imperator alys acquirit et noctes dormit insomnes, vt quietem alij præparet.*
8 *Papa se subijcit iudicio seculari.*
9 *Compilatio huius decretalis fuit missa Bononiam, propter studentium vtilitatem.*
10 *Rescripta non extenduntur, nisi ad illas personas, quæ in eo continentur.*
11 *Compilatio legis non debet singulorum auribus intimari.*
12 *Constitutio Principis post duos menses a publicatione omnes astringit.*
13 *Excommunicatus an præsumatur absolutus ob salutationem Papæ.*
14 *Sacramento ecclesiæ, an consentitur per osculum pacis.*
15 *Princeps nuda voluntate manumittit.*

PROOEMIVM.

1 2 3 GRegori⁹ episcop⁹. Omnes sunt † epi, licet vocētur archiepi[a] primates, vel patriarchę. & oēs sunt loco Apostorū. xxj. di. in nouo. & ℑ. de sacra vnc. ca. vnico. §. quavero. ver. p frōtis. Vñ & eps † Christi vicari⁹ dr. xxxiij. q. v. c. mulier. ij. sed Papa † spāliter p excellētiā dr eps, qa sup oēs est, vt ix. q. iij. cūcta. & c. p principalē. & pcipuus ac prīcipalis est vicarius Iesu Christi. ℑ. de transla. epi. inter corporalia. §. j.

4 ver. nō. n. & c. quāto. §. nō. n. & vt eccl. be. c. vnico. §. j. † & dr habere celeste arbitriū. C. de sum. Tri. l. j. in fi. quo nullū excellētius.

5 ℑ. de ma. & obe. solitæ. Vñ † nō audemus dicere cur ita facis. de pe. di. iij. § ex pte. & xix. di. in memoriā. ℑ. de rescri. si qñ. [Seruus]

6 sic. ℑ. de sen. ex. relatū. in fi. imo dñs. vt patet. §. in gl. oēs † sed hoc dicit ex affectiōe. vñ apts. Cū sim liber ex oībus oīm me seruū feci, vt plures lucrifacerē. xxviij. q. j. iā nūc. Vel qa oībus seruit, ar. ℑ. de cēsi. cū instātia. & oībus seruire intelligit, q in eius seruitio detinent, vt ℑ. de cle. nō resi. cū dilect⁹. & de postu. pla. bonæ.

7 j. §. j. † Sic p Impatorē alijs acqrit. ī Aut. cōst. q̄ dig. §. illud quoq;. col. vj. & noctes ducit insomnes, vt q etē alijs ꝑpareat, vt in Anth. vt iud. sine quoquo suff. in prin. col. ij. Vel hoc dicit ex humilitate: qa q maior est vīm &c. ſm q̄ negat se vīem Papā. xcix. di.

8 ecce. † & subijcit se iudicio seculari. ij. q. vij. nos si incōpetēter. & volūtariæ purgationi. ij. q. iiij. mādastis. & c. auditū est. [Bono

9 niæ.] alias Parisijs quia vtrobiq; fuit missa † cōpilatio pp cōe studiū, non autem in villis vel in castris, vt ℑ. de cle. non resi. tuę. & sic vī, q alibi studentes non teneantur eam recipere; quia re

10 scripta † non extenduntur nisi ad illas psonas, quæ ibi continē tur, vt no. ℑ. de off. dele. c. P. & G. sed dic, q oēs includit, vt ℑ. §. fa-

11 ne. Ibi, ad cōem &c. & §. vlt. nec. n. † debet singulorū auribus in-

12 timari, vt xvj. dist. quod dicitis. & ℑ. de postu. præl. c. j. & ij. Et † cō stitutio Principis post duos menses, ex quo publicata est, oēs astringit, vt in Auth. vt factæ. no. con. §. vt autem apertius. coll. v. & ℑ. ne cle. vel mo. c. vlt. salutatio autem non extenditur, nisi ad Bononienses. [Commorantibus.] forsan melius dixisset studentibus. sed voluit nominare pluralitatem, & quæ frequētius accidunt, plures enim commorantes sunt, q̄ studentes, quos curialiter tacite reprehendit: quia melius facerent, si se inanibus sumptibus non vexarēt, vt ff. de inof. te. l. j. in fi. nec. n. Bononiæ fuisse, sed bene vixisse & studiose laudabile est. Iter. xij. q. ij. gloria epi. §. Socrates. in fi. Sed & studentes ibidem cōmorantur, q-

13 bus intendit maxime prouidere, vt ℑ. §. sane. & de hoc no. ℑ. de offi. primi. c. vnico. in fi. [Salutem.] non præsumo, † q dominus Papa aliquem excommunicatum salutet ex certa scientia, sed

b si de hoc constaret, [b] crederem absolutum, ar. ℑ. de sen. exc. si ali quando. & de priuil. cum olim. j. §. vlt. quia per hanc fit indigna-

14 tionis recōciliatio. lxiij. dist. cum Adrianus. † & per osculum pacis consentitur sacramentis ecclesiæ. de con. dist. ij. pacem. Nec obstat, q forma seruata nō est, vt ℑ. de sen. exc. cum desideres. §.

15 vlt. & c. a nobis. §. vlt. quia princeps † nuda voluntate manumittit, vt ff. de manu. apud eum.

ADDITIONES.

a ¶Vocentur Archiepiscopi. De multiplici domini Papæ nomine vide per Archi. in c. j. in princi. de constī. lib. vj.

b ¶Tu dic q̄ hodie non dicitur constare nisi hoc exprimatur vnde oportet q̄ dicatur q̄ per hoc vult eum absoluere vt in cle. si summus de sen. excom.

SVMMARIVM.

1 *Imperator dicitur Rex Regum, & omnium potestatum.*
2 *Regis proprium est facere pacem, iudicium, & iustitiam.*
3 *Iesus Christus pro crucifigentibus saluandis venit crucifigendus.*
4 *Viæ Domini. vniuersæ sunt misericordiæ, & veritatis.*
5 *Castitas est sola possibilis, cum fiducia Deo animas præsentare sine qua omnia opera sunt imperfecta.*
6 *Castitas in corde maxime necessaria est quia mente corrupta, corrumpitur, & caro.*
7 *Oculus impudicus, impudici cordis est nuntius.*
8 *Pudicitia in moribus, & in verbis attenditur.*
9 *Sediciosi non sunt promouendi, & facile repelluntur ab accusatione.*
10 *Modestia in cibis, vestibus, & incessu consideratur.*
11 *Cupiditas omnia vitia introducit, & omnes virtutes expellit.*
12 *Famę suæ quis dicitur prodigus.*
13 *Actas omnis ab adolescentia est prona ad malum.*
14 *Auarus non quærit compossessorem.*
15 *Cupiditati non est finis, nec satietas.*
16 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
17 *Iustitia ab alijs virtutibus augeri, & ad maius apparere desiderat.*
18 *Cupiditas appetitum noxium generat, & iustitia ipsum refrenat.*
19 *Noxa est corpus delinquens, & noxia ipsum delictum.*
20 *Regula quid sit.*
21 *Lex neminem cogit bonum facere, sed malum prohibet.*
22 *Generaliter dicta, nisi specialiter denotentur videntur neglecta.*
23 *Honestas in matrimonijs consideranda est.*
24 *Legem patere quam tu ipse tuleris.*
25 *Iustitiam colere, & ius suum vnicuique tribuere summum bonum est.*
26 *Gregorianum pratum non debet esse spinosum, vel in eo aliquod contrarium, vel similitudinarium, præterquam si aliqua iuris diuisione iuuetur.*
27 *Contrarietas nulla debet esse in iure.*
28 *Decretales quædam enumerantur correctæ, & quædam corruptæ.*
29 *Labor improbus omnia vincit.*
30 *Leges condentes debent esse glorioſi, non solum doctrina, sed experientia.*
31 *Testis incontinenti potest declarare, quod obscure dixit.*
32 *Legis proprium nihil adeo est, quam claritas.*
33 *Interpretari illius est, cuius est condere.*
34 *Concesso vno de contrarijs, alterum prohibetur.*
35 *Ratio iuris antiqui semper durat.*
36 *Chaleph, & Iosue intrauerunt terram promissionis.*
37 *Simonia pro modico non committitur.*
38 *Scholares in scholis discant omnia, taliter quòd in iudicijs sciant respondere specialibus, & rationem reddere.*
39 *Falsum committit qui iure antiquo pro nouo vtitur.*
40 *Infamis videtur, qui contra mandatum Papæ facit.*

1 2 EX. Regum & omnium Potestatum. † viij. di. quæ contra mores. in fi. & Imperator dicitur. xj. q. iij. Iulianus. [Pacificus.] i. pacem † faciens, & nō minus iudicium & iustitiam: quia hoc propriū Regis est. xxiij. q. v. Regum. qui, vt pacem doceret, venit in mundum. xxiij. q. j. nisi bella. sed regnum eius non est de hoc mundo. e. q. iij. §. j. pacem autem vult carnalem. Iuxta illud. Pacem meam do vobis. sed guerram hortatur spiritualem. vnde illud. Induite vos armatura Dei, vt possitis obstare aduersus astutias diaboli. vt in d. cap. nisi bella. & eius imperio paci inimicitiæ reformant, vt C. de of. præ. ꝑto. Afri. in noīe Dñi. † & p crucifigētibus. saluandis

saluandis venit crucifigendus occidi, vt e. causa. & q. paratus. [Pia

4 miseratione.] quia vniuersæ † viæ domini misericordia. & veritas. Est autem iuste consulens misericordia, & pie sequiens disciplina. xlv. dist. disciplina. [Disposuit.] i. ab æterno ordinauit. [Pudicos.]

a i. castos: quia castitatis [a] sumus amatores, [a] vt in Auth. qui. mo. na.

5 ef. legi. §. illud quoq;. coll. vj. Quæ sola † possibilis est cum fiducia Deo animas presentare. in Auth. de leno. §. scimus. coll. iij. & sine qua omnia opera imperfecta sunt. xxxiij. q. v. tunc saluabitur. & ta

6 men imperari non potest. xxxij. q. j. integritas. quæ † in corde ma xime necessaria est: quia non potest caro corrumpi, nisi mens

7 prius corrupta fuerit, vt xxxij. q. v. c. j. & ij. Et † impudicus oculus

8 impudici cordis est nuntius, vt e. q. nec solo. quæ pudicitia † etiam in moribus, & in verbis attenditur, vt discrete proferat vtilia, non superflua. xliij. dist. §. i. & c. sit rector. [Pacificos.] Nam beati pacifi

9 ci. vt xxiij. q. j. c. j. & c. noli. & c. apud. non ergo † sediciosi. quia tales non promouentur. xlvi. dist. seditionarios. & facile litigantes repelluntur ab accusatione. iii. q. v. suspectos. [Et modestos.] Iuxta il

10 lud. Modestia vestra nota sit &c. † quæ in cibis, vestibus, & incessu consideratur, vt xli. dist. §. vlt. sic patet qualiter creatus fuit homo. ¶Sed effrenata &c.] ii. pars. [Cupiditas sui prodiga.] oppositio in obiecto. sed dic cupiditas quo ad temporalia acquirenda, & retinenda. [Effrenata.] In apperendo, sicut equus bucca durus. ℑ. de homi. significati. j. & de præbē. quia in tēn. & sic cupidus alieni: quia nihil intulimus in hunc mūdum &c [Sui.] i. virtutum, quę sunt

11 proprie hominis. vt patet. §. proxi. rū. j. [Prodiga.] quia † omnes virtutes expellit, cum omnia vitia introducat, quorum radix & mater est. de pœ. dist. ii. §. quia radix. & in Auth. vt iudi. sine quoquo. suf. §. cogitatio. coll. ij. & ℑ. de constī. nam concupiscentiam. arg. xxxii. q. j. cum renuntiatur. Sic dicitur effusa concupiscentia in Auth. quibus mo. na. ef. sui. §. si vero effusa. coll. vii. nam & famæ

12 suæ † dicitur quis prodigus, vt ℑ. de accusa. c. pr. latorum excessus.

13 & C. de his qui poten. nomine. l. vnica. Et vere: quia † omnis ętas ab adolescentia est prona ad malum, vt no. xii. q. j. c. j. & sic ad diuersa referuntur. alias tanquam contraria sese minime paterentur, vt ℑ. de app. solicitudinem. in fi. & de bap. maiores. §. sed adhuc. Et dic cupiditas, quę primum hominem decepit. [Pacis cęnula.]

14 nam auarus † non quæret compossessorem. xxiij. q. vii. quod autem. vnde versus.

Omnisque Potestas impatiens consortis erit.
Non bene cum sociis regna Venusque manent.

15 Sed nec satietas † nec finis erit cupiditati, vt xlvii. dist. sicut hi. quia totus mundus non videtur ei obolus. xiiij. q. iiij. quid dicam. [Mater litium.] ſ. extra iudicium. [Iurgiorum.] ſ. in iudicio, vt ℑ. de ver. sig. forus. §. iurgium. & §. seq. [Noua litigia.] quia diuersi diuer

16 sa sentiunt. ℑ. de rescrip. super literis. & † quæ de nouo emergunt &c. vt ℑ. de iura. calum. cæterum. & ff. de interro. act. de ætate. §. ex

17 causa. [Iustitia.] quæ † ab alijs virtutibus augeri, & ad maius apparere desiderat. in Auth. de referendarijs. §. propterea. coll. ii. [Conatus eius] scilicet cupiditatis. [Explicaret] scilicet declarando, & determinando. ℑ. de constī. c. vlt. [Ius] scilicet antiquum. [Humani fœderis.] i. ad humanam pacem seruandam compositum. [Abusus.] peruerse & malitiose allegantium, & interpretantium, vt in extraua. g. d. n. de rescrip. dispendia. lib. vj. & ℑ. de deci. ad audientiā. [Extingueret.] scilicet cupiditas. [Et dato libello.] in matrimonio, siue in coniunctione, quæ dicitur esse inter cōcordiam, siue pacē & iustitiam. Iuxta illud. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi & c. Recederet ipsa concordia a cōuersatione hominum. ad hoc. ℑ. de diuor. gaudemus. §. qui autem. & C. de diuor. l. consensu. & ff. de diuor. l. ij. [Exularet.] i. in exilium poneretur. ¶Ideoq;.]iij. pars.

18 ſ. quia † cupiditas appetitum noxium generat, & iustitia ipsum refrenat, vt patet ex superioribus. & ipsa iustitia secundum q̄ est in homine per legem regitur. [Lex proditur.] idest de nouo promulgatur, vel aperitur seu manifestatur. [Noxius.] i. damnosus ex concupiscentia, vel alio delicto prouenies. Est autem noxa

19 † corpus delinquens, sed noxia ipsum delictum, vt Instit. de nox. act. § j. & ij. vnde versus.

Noxia delictum, delinquens noxa vocatur.

Sed his verbis plerumque premisceue vtimur. [Regula.]

20 † quæ id, quod distortum & prauum est, corrigit, & normam recte viuendi tribuit, regit & recte ducit, nec aliorsum trahit, vt di. iii. regula. [Limitetur.] i. restringatur, siue refrenetur vel terminetur, vt non nimis appetat, sed sit contentus terminis suis. ℑ. de sepul. c. i. tamen cortina cortinam trahit. ℑ. de sacra vnc. c. vni

21 co. § ad exhibendum. ad fi. Et nota, q † per legem nemo bonum facere cogitur, sed a malo prohibetur. xxiii. q. v. ad fidem. humana ergo audacia per ipsam coercetur, vt iiii. di. factæ sunt. [Per quā.] scilicet legem. [Honeste viuat.] Hæc sunt tria præcepta iuris, vt ff. de iust. & iure. l. iustitia. §. iuris præcepta. Sed nonne qui honeste viuit, alterum non lædit, & qui vnicuique ius suum tribuit? nunquid omnia includit? Quare ergo inculcauit? Respondeo:

22 quia † quæ generaliter dicuntur, nisi specialiter denotentur, neglecta videntur. ff. de iniu. item apud Labeonem. §. ait prętor. vel dic. [Honeste viuat.] quo ad se. scilicet in his, quæ nobiscum agimus

23 † quæ scilicet honestas in matrimonijs consideratur. xxxj. di. Nicena. ff. de ritu. nup. semper. & circa mores. ff. de excu. tu. scire. §. pen. [Alterum non lædat.] circa proxi. vnde in prin. dec. quod ti-

24 bi non vis &c. † & patere legem &c. ℑ. de constī. cum omnes. sed quia non sufficit abstinere a malo. xxii. q. v. de forma. nec satis est bene velle. lxxxvi. dist. non satis. ideo iungit. [Ius suum &c.] siue sit pœna afficiendus, siue præmio remunerandus. iii. dist. c. vlt. ff. de iusti. & iure. l. j. ibi bonos non solum meu &c. Et per hoc patet, q̄ ille, qui hæc tria præcepta seruat, dicitur seruire Deo, sibi, &

25 ꝓximo. Et nota, † q̄ summum bonum in rebus est iustitiam colere, & ius suum vnicuique tribuere. xii. q. ii. cum deuotissimam. ¶Sane diuersas.] iiii. pars. subaudi. licet ita bona sit lex, tamen ali quando propter prolixitatem sui, vel contrarietatem, vel nimiā similitudinē confusionem inducit, & ideo [Diuersas constitutio-

26 nes] &c. [Similitudinem.] † In prato enim Gregoriano nihil debet esse spinosum, vel contrarium, vel similitudinarium, præterquam si aliqua iuris diuisione iuuetur, vt C. de nouo. Co. fa. l. vnica. circa medium. & de veteri iure enu. l. j. § hoc etiam nihilominus. & de emenda. Iusti. codi. l. vnica. secundum Gof. Sed certe multa similia remanserunt, sine quibus poterat cęna duci. contraria autem omnia vtcunque saluabo. [Contrarietatem.] Et ita

27 compilatio antiqua non fuit legitime ordinata: † quia nulla contrarietas debet esse in iure. C. de ve. iur. enu. tanta. §. contrarium. Ideoque in præsenti compilatione nullum debet contrarium reperiri. B. Quare ergo notasti, q̄ decre. vt debitus. ℑ. de appel. corrigit quasi omnia iura de prioritate rescriptorum loquentia, & decre. de multa. de præben. infinita de multitudine beneficiorum tractantia. [Vagabantur. [Quas videbitis. ℑ. de ser. non ordi. miramur. & de biga. a nobis. & de purga. cano. c. vlt. & sic de alijs. [Vacillabant.] Quia de ipsarum fide homines titubabant. Quid ergo si hodie extra hoc volumen aliqua inuenitur? tene, quod dicitur ℑ. de fide instru. pastoralis. Sed & secundum dominum nostrum

28 aliquæ corriguntur. Prima † est. ℑ. de senten. & re iudica. cum inter vos. Secunda est in eod. titu. cum. I. & A. Tertia. ℑ. de appellationibus. constitutis. Item secundum eundem aliquę sunt corruptæ & debent secundum veram regiſtri literam, vt ℑ. sequitur, emendari. Prima est. ℑ. de elec. bo. memo. j. ad fi. vbi dicitur. confirmantes. debet dicere duximus confirmandam. scilicet quondam, vt ibi no. Secunda infra de elect. auditis. vbi dicitur. vnam de Guliel. Archidiacono, & alteram de R. subdiacono. debet dicere. vnam de R. archidiacono, & alteram de magistro R. Item in §. j. vbi dicit. Decanus cum paucioribus in ipsum R. & cantor cum pluribus in ipsum dictum archidiaconum conuenissent. debet dicere. Et cantor cum pluribus in Guliel. archidiaconum conuenissent. Item in §. fina. vbi dicit. A nominatione dicti archidiaconi recedentes. debet dicere. A nominatione Guliel. archidiaconi recedentes. Item vbi sequitur. De nouo præfatum subdiaconum. Debet dicere. De nouo magistrum R. subdiaconum. Cum esset subdiaconus, eligere præsumpserunt. Tertia est. ℑ. de offi. ordina. quanto. §. fina. ad finem. vbi dicit. secundum Abbatis consilium. debet dicere. secundum arbitrij tui consilium. Quarta est infra de appellationi. cum speciali. §. penul. vbi dicitur. Cum iudex ex suo procedat officio. debet dicere. Procedit. Quinta est infra de clerico. non residen. ex tuæ. §. j. vbi dicit. Suas deserunt ecclesias. debet addi. Vt iuxta canonicas sanctiones. & postea sequitur. Eis debent meriro spoliari. Item in §. secundo. vbi dicit. contra eos etiam procedatur. debet addi hoc modo, vt ipsos &c. Item in §. tertio. vbi dicit. A spirituali non sine episcopali administratione. debet dicere. Ab episcopatuum administratione. Sexta infra de præben. pro illorum. §. j. ante fi. vbi dicit. [Prædictum magistrum de præbenda & canonica Vintonensis ecclesiæ. debet sic addi & dicere. Prædictum magistrum consensu & voluntate tua frater episcope de præbenda & canonia Sanctorienſis ecclesiæ. &c. secundum dominum nostrum. Septima infra de præben. super inordinata. quod dic, vt ibi notatur. Octaua infra de re iudic. cum inter vos. §. adiecit etiam. versicu. tandem. vt ibi notatur. [Maxime studentium.] quia vigilantibus iura prodita sunt. ff. de his, quæ in frau. credi. pupillus. in fi. vnde versus.

Si quis forte cupit iuris consultus haberi.
Continuet studium, velit a quocunque doceri.
Inuigilet, nec vincat eum tortura laboris.
Fortior insurgat, cunctisque recentior horis.

29 Nam labor † improbus omnia vincit. [Per dilectum filium.] Non venerabilem fratrem: quia tunc esset falsa litera, vt in fra de crimi. fal. quam graui. [Superfluis.] scilicet in partem, sed non in totum. [Redigendas.] recte & ordinate. Primas pri-

30 mo loco ponendo. sic C. de nouo. Codice fa. l. vnica. † & qui eas componunt

ADDITIO.

2 ¶Castitatis sumus amatores. Castitas est a iure clericis indicta propter octo causas quas ponit Io. An. Henri. in c. q. a te. ℑ. de cle. coniu.

componunt debent esse glorioſi, non ſolum doctrina, ſed experientia, vt C. de Iuſti. co. confir. l. vnica. [Declarantur.] Sic teſtator,
31 quod obſcure dixit, declarat, vt ff. ad tertia. hæredes palam. §. j. † tic
& teſtis inconſtituenti. ſ. de teſti. cogen. præterea. xxxv. q. vj. de paren
32 tela. ii. † Nihil enim adeo proprium eſt legum, ſicut claritas. in
Auth. de teſta. imper. §. nos omnia igitur. col. viij. & diſt. iiij. erit au
33 tem lex. † Illius autem eſt interpretari, cuius eſt condere. ſ. de ſen.
excom. inter alia. & patet. ſ. de conſti. c. vlti. ¶ Volentes igitur.] v.
pars. ſ. quia alias compilationes correximus, & iſtam approbauimus, volentes, vt hac compilatione &c. [Hac tantum.] patet, ꝙ
nulla alia allegãda eſt: quia ſic vereretur in iudicijs. quamuis Gof.
ſcripſerit hic, ꝙ factio prohibetur, non allegatio. Sed certe ne alia
compilatio fiat, & vſus alterius prohiberur, & ego non video quo
34 modo poſſet quis vti iure in iudicio non allegando † quod autẽ
de vna conceditur, de altera prohiberi videtur, vt ſ. de præſump.
nonne. & ff. de iudi. cum præter. & hunc intellectum quando di
xit tm̃, expreſſius voluit denotare. & hoc intelligas, niſi forſan al-
legaretur non pro iure nouo, ſed pro antiquo, forſan ad declara-
35 tionem noui, † vel ratio iuris antiqui, quæ ſemper durat, vt no. ſ.
de iudi. nouit. §. non igitur. ver. quicunque. & ſ. in ſequenti gl. & ſ.
de conſti. c. j. [In iudicijs.] Fatuum eſt ergo dicere, ꝙ aliqua decre-
talis ſit in hoc corpore, quæ non contineat ius commune ſ'm la.
q. d. ex quo hac compilatione, ergo & omnibus capitulis, qui ibi
continentur, vti debemus, ar. ff. de offi. præfec. vr. l. i. ibi in initio epi
ſtolæ &c quia indefinita &c, vt ſ. de pri. quia circa. Sed certe mul-
ta ſpecialia hic continentur. ſ. de elec. licet. in fi. & de conceſ. præ-
ben. conſtitutus. & multa alia, in quibus fallit, vt no. ſ. de cõſt. c. j.
Sed dic, ꝙ propter quædam ſpecialia nec plus, nec minus. Nam
& dicit c. ꝙ omnes illi, qui mãducauerunt de manna, quod pluit
filijs Iſrael, mortui ſunt in deſerto. de con. diſt. ii. reuera. & tamen
36 † Caleph & Ioſue intrauerunt terram promiſſionis. lxxvi. di. ieiu-
nium. ſic & dicit decre. ꝙ omnes conuenerunt in Coloceñ. archi
epm̃. & tamen quinque Eccleſieñ. non conuenerant. ſ. de poſtu.
37 præla. bonæ. ij. §. verum. & §. vlti. ſed † pro modico non commit-
titur ſimonia, vt no. ſ. de ſimo. & ſi quæſtiones. & ſ. de reſcri. ſi pro
38 ponente. Vel dic † in ſcholis tantum omnibus taliter, ꝙ in iudi-
cijs ſciant reſpondere ſpecialibus, & rationem reddere. ſic no. ſ. de
39 reſcrip. ſi quando. Et nota. † ꝙ qui iure antiquo pro nouo vtitur,
crimen falſi committit, vt ff. ad le. cor. de fal. l. vlt. & C. de Iuſti. co.
confir. l. vnica. §. falſi. & de ve. iur enu. l. ii. § hoc autem. & §. eandẽ
40 pœnam. Et qui † contra mandatum Papæ facit, infamis videretur,
vt ſ. de elec. dudum. ij. j. re pon ibi contra ſtatuta & c. & excommu
nicandus eſt, vt ſ. de maio. & obe. ſi quis. & j. q. vij. ſi quis omnem.
& hoc intelligas, vt no. ſ. eo. §. ſuper verbo, hac tantum. & ſ. de iu-
de. ad liberandam. in prin.

¶De ſumma Trinitate, & fide catholica. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum eſt omne, quod non eſt ex fide.*
2 *Ordo noſtræ reparationis a fide ſumpſit exordium, & ideo prius de fide agendum eſt.*
3 *Fides eſt prius inſtruenda, vt ſic ad baptiſmum creduli deueniamus.*
4 *Fides multis modis accipitur.*
5 *Fides quid ſit. & nu. ſeq.*
7 *Fidei ſpecies duæ ſunt.*
8 *Charitas dignior eſt fide. & quid ſit.*
9 *Fides quæ per dilectionem comparatur eſt fundamentum omnium virtutum.*
10 *Fides noſtra in ſubſtantia eadem eſt cum fide antiquorum.*
11 *Fides noſtra diſtat ſolum in qualitate cum antiquis.*
12 *Prælati & ſacerdotes plus tenentur ſcire, quam laici.*
13 *Epiſcopi quare tenentur plus ſcire de fide, quam alij.*
14 *Diſpenſare quando poteſt Papa in epiſcopatibus minus literatos, et epiſcopi in beneficijs minus dignos.*
15 *Diſpenſationem qui allegat probare debet.*
16 *Clerici pauperes quid ſcire tenentur in fide.*
17 *Clericos turpe eſt, & oppobrioſum ſcientiam circa quam quotidie verſatur ignorare.*
18 *Confeſſor debet attendere cauſam ignorantiæ in non credentibus.*
19 *Fides implicita quid prodeſt laicis.*
20 *Hæreticus eſt, qui ore credit & operibus negat.*
21 *Fidei articuli quot ſunt, & qui principales.*
22 *Simbolum vnde dicitur & quotuplex eſt.*
23 *Pœna non credentium, quæ ſit.*

1 ¶Quoniam † omne, quod non eſt ex fide, peccatũ eſt, vt xxviij.
q. i. §. j. & ſ. de præſcrip. quoniam omne. & ordo noſtrę reparatio-
2 nis a fide † exordium ſumpſit, & ideo iuri operam daturo primo
de fide agendum eſt: quia in maliuolam animam non intrabit
3 ſapientia † & quia primo in fide inſtrui debemus, vt ſic ad baptiſ
mum creduli veniamus. de conſe. diſt. iiij. ante baptiſmum. Vi-
dendum eſt quid ſit fides, prout hic accipitur. Quot modis acci-
piatur fides. Quot ſint ſpecies fidei. Quot & qui articuli. Quod ſit
præmium credentium. Quæ pœna non credentium. Illud au-
4 tem notandum eſt † quod fides multis modis accipitur. nam
quandoque ponitur pro ſacramento baptiſmi, vt xlv. diſt. de iu-
deis. ſ. de baptiſ. debitum. Item pro caſtitate thori. xxvij. q. ij. coniu
ges. Item pro conuentionali ſecuritate, quæ etiam hoſti ſeruan-
da eſt. xxiij. q. j. noli. Item pro conſcientia. infra de reſtitu. ſpolia.
literas. §. porro. & de præcrip. quoniam omne. & de pœ. diſt. iii.
§. illud. ad ſi. diſt. vltra med. Item pro credulitate, ſecundum quã
credimus id, quod non videmus. Gre. Fides non habet meritum,
cui humana ratio præbet experimentum. Item pro legalitate ſeu
confidentia, vt Inſtitu. de rerum diui. §. venditæ. Item pro æqui-
tate & exuberantia actionum, vt Inſtitu. de actio. §. actionum. &
infra de exceptio cum venerabilis. §. primo. Item pro legalitate,
ſeu fidelitate dolo contraria. infra depoſiti. bona fides. Item pro
probabili ignorantia. ff. de acquiren. rerum domi. qui bona fide.
& l. bonæ fidei, vel probabili credulitate. ff. de verborum ſignifi-
catio. l. bonæ fidei emptor. Item pro bona ſimplicitate. vnde dici
tur, iſte homo eſt bonæ fidei. q. d. non eſt duplex ſiue malitioſus,
ſed innocens. xxii. q. iiii. innocens. & facit hoc ad exponendum.
verſicu. no. ſ. de reſtitu. ſpolia. literas. §. porro. Item pro collectio-
ne articulorum, vt hic. & xxiiii. q. i. hæc eſt fides. & ī ſimbolo. Qui-
5 cunque vult. ſecundum hoc ſic deſcribitur ab apoſtolo in epiſto-
la ad Hæbreos. xj. c. Fides † eſt ſubſtantia ſperandarum rerum:
quia ſperare debemus, quod dictum eſt a prophetis eſſe futu-
rum, argumentum non apparentium: quia per prophetias iam
completas, debemus habere probationem de futuris non ap-
parentibus. ſicut de fine mundi, de die iudicij. Sed hæc non
eſt conuertibilis cum ſuo deſcripto: quia ſpes eſt ſimiliter ſub-
ſtantia &c, vnde videtur inferendum, quòd fides eſt ſpes, quod
falſum eſt. Item hæc diffinitio videtur loqui de futuris tantum,
& tamen habet ſe ad omnia. Eſt enim fides de præſentibus: quia
credendum eſt, ꝙ Chriſtus ſit, qui quotidie in altari conficitur.
Item de præteritis: quia credendum eſt ipſum natum fuiſſe &
paſſum. Et de futuris: quia credere debemus eundem venturum
iudicare &c. & licet diuerſa tempora comprehendat diffinitio,
tamen vna fides eſſe videtur. vnde poteſt dici, ꝙ non eſt diffinitio,
ſed quædam notificatio, ideo magiſtraliter ſic diffinitur.
6 † Fides eſt voluntaria certitudo abſentium infra ſcientiam, &
ſupra opinionem conſtituta. Scientia enim habet cognitionem,
opinio dubitationem. Inter hæc duo fides eſt media: quia nec
eſt dubia nec cognitionem apertam habet, vnde dicit Aug. Fi-
7 des eſt credere, quod non vides, † Species fidei duæ ſunt. vna eſt
formata, quam habent boni & ſancti. eſt & informis, quam ha-
bent mali, etiam dęmones & infideles & exiſtentes in mortali
peccato: & fides iſtorum caret forma: quia non habent ſincerã
fidem. infra de elec. Otius. Prima eſt virtus. a qua dicuntur fideles
quicunque baptizantur quousque incidant in mortali. de con.
diſtin. iiij. quod apud. talis fides dicitur informata ideſt valde for-
mata & infixa ciuitate, vnde ſic poteſt deſcribi. Fides eſt qualitas,
8 qua quis credit, quod diligit. † Charitas dignior eſt, penes quam
conſiſtit omne meritum. & eſt fons viuus, cui non communi-
cat alienus. ſ. a fide. ſ. de regularibus. licet. in fi. de pœ. di. ij. §. chari
tas. & diſt. j. §. item vt Chriſtus ait. Ideo dicitur. fides vera eſt vir-
9 tus, quam charitas concomitatur. vnde Aug. † Fides, quæ per di-
lectionem operatur, eſt fundamentum omnium virtutum. j. q.
j. cum Paulus. & hæc eſt fides, quæ per dilectionem operatur. de
pœ. diſt. ii. §. item dominus. & non ea, quæ dęmonum eſt: quia
ſecundum Iaco. capit. ij. credunt & contremiſcunt. De fide in-
formata charitate dicit Abacuch propheta, Iuſtus meus ex fide
10 viuit. † fides autem noſtra eadem eſt in ſubſtantia cum fide anti
quorum, vt dictum eſt, quo probatur Matt. xxi. ibi Turbæ autem,
quæ præcedebant, & quę ſequebantur, clamabant dicentes oſan-
11 na filio Dauid. Sed † diſtat in qualitate: quia quod ipſi credebant
de futuro. ſ. filium Dei naſciturum, nos de præterito. ſ. Chriſtum
natum. eſt autem quædam fidei menſura. ſecũdum. d. n. ad quam
vnusquisque tenetur, & quæ ſufficit ſimplicibus, & forte omni-
bus laicis. Vnumquemque enim diſcernẽrem, & maxime adul-
tum ad fidem accedentem oportet credere, quòd Deus eſt, & ꝙ
eſt punitor omnium malorum, & remunerator omnium bo-
norum. Alios autem articulos ſufficit, quòd credant ſimpliciter
ideſt firmiter credant, & ſimpliciter confiteantur quicquid cre-
12 dit eccleſia catholica. Sed hanc † menſuram debent clerici exce-
dere, maximè prælati quicunque & curati, & ſacerdotes: nam te
nentur ſcire explicitè & diſtinctè omnes articulos illos fidei, qui-
continentur in ſymbolis. Credo. & quicunque vult, & in conci-
13 lio generali. xxxviij. diſtin. c. j. ij. & iij. & infra. e. c. j. † Epiſcopi vero
tenentur plus ſcire, vt ſcilicet ſciant circa prædicta opponere, &
reſpondere, & hæreticos perſequi & confutare. infra de hære. ex-
communicamus. i. §. adiicimus. & §. pe. & ſi. tenentur enim ra-
tionem reddere omni poſcenti. xxxvj. diſti. §. ecce xxxviii. diſtin.
omnes pſallentes. non tamen in continenti reſpondere cogun-
tur, ſed habita deliberatione, & etiam ſi oportuerit cum cõſilio
aliorum.

14 aliorum. † Sed nec negamus, quin Papa in epiſcopatibus, & alij
Epiſcopi in beneficijs inferioribus poſſint certis ex cauſis minus
literatos, vel in temporalibus minus induſtriоſos dispenſatio-
ne admittere, vel etiam ſuſtinere. infra de renunciatio. niſi cum
pridem. §. pro defectu. puta, eundente vilitate, vel vrgente neceſſi
tate eccleſiarum, de quibus agitur hoc exigente, vt pater in eo,
quod legitur, & notatur infra de electio. cum. nobis olim. §. fi. &
c. in cauſis. §. fi. cum ſuis concor. dummodo non ſit nimius defe
ctus. alias contra. infra de æta. & qua. c. pe. & fi. & dummodo alias
digni & honeſti ſint. alias contra. infra de elec. cum in cunctis. &
c. nihil eſt. & infra de do. & con. veritatis. & infra de accu. c. præla
15 torum. † Sed & qui dixerit dispenſatum, hoc probet. quod dic, vt
16 no. infra de ſchismaticis. c. ij. † Quid de clericis pauperibus, nũqd
tenentur ſcire explicite articulos ſupradictos? Aliqui dicunt, ꝙ
ſic, aliqui quòd non. Tu dicas, ꝙ ſi non habent magiſtros vel ex-
penſas, ſufficit; ꝙ credant ſicut laici, cũ & propriis manibus victũ
quærant, ſicut laici. xcj. di. clericus victum. Sed & aliquantulum te-
nentur credere plus, quàm laici, ſcilicet quo ad ſacramenta, circa
quæ plus verſantur, quam laici. ſ. ꝙ vera & efficacia ſunt ad gratiã
conferendam. Si vero habent expenſas & magiſtros, tunc peccãt,
17 niſi diſtincte ſciant. † Turpe etiam & opprobrioſum eſt clerico
ſcientiam, circa quam verſatur quotidie, ignorare. ff. de ori. iuris.
l. ij. §. Seruius autem Sulpitius. ix. col. In quo quidem caſu debet
confeſſor attendere cauſam ignorantiæ: vtrum, ſcilicet hoc acci
derit duricia ingenij, vel negligentia, vel occupatione operũ cha
ritatis. puta, deputatus erat fratrum ſeruitio, vel hoſpitalitatis, vel
quia audiuit iura ciuilia, vt oppreſſos defenderet. vel ex ambitio-
ne & auaritia, vt citius ꝓmoueretur. & per iura lucraretur. & his
penſatis erit maior, vel minor pœnitentia iniungenda, ar. ſ. de
pœn. Deus qui. & ca. omnis. Ex quo autem habet expẽſas ab ec-
cleſia, vel curam, omnino tenetur hęc explicite ſcire, vt patet in
eo, quod leg. & not. infra, ne cler. vel mona. ca. fin. infra de magi-
ſtris. ſuper ſpecula. laici vero non tenentur ad hæc, etiam ſi ſint
ingenij perſpicatis, ſed ſufficit, ꝙ talentum ſibi creditum nõ ab-
ſcondant in terra. i. in terrenis baratris, vt patet in eo, quod le. &
no. ſ. de vſur. in ciuitate. & c. conſuluit. & ꝙ ſtudeant bonis operi
18 bus abundare. ſ. eo. ca. i. §. fi. † Sed quid prodeſt laicis fides im pli
cita? Reſpõ. ſi talis ratione motus dicat, ꝙ pater filio maior eſt, vt
ꝙ tres perſonę ſunt tres res diſtantes a ſe adinuicem, vel aliquid
aliud ſimile, dummodo ſic credat: quia credit eccleſiam ſic cre-
dere, & ſuam opinionem fidei eccleſiæ ſupponat, nec ſuum de-
fendat errorem, ſed paratus ſit credere, ſicut credit eccleſia catho
lica, nunquam hæreticus iudicatur. ſ. e. damnamus. §. penul. ad fi.
ſecundum d. n. cuius eſt mens totius glo. iſtius. §. Caue tamen ti-
19 bi, eſt enim caſus, in quo † hoc remedium non admitteretur, pu
ta, quando ore dicit ſe credere, operibus autem negat. xj. q. iij. eſti-
mant. & quando propter contemptum cẽſuræ eccleſiaſticæ ali-
quis etiam laicus velut hæreticus condemnatur, vt patet in eo,
20 quod le. & no. ſ. de hære. excommunicamus. §. j. † Sunt autem
plures articuli fidei, ſed de ſeptem principalibus hic tangemus
ad inſtar. vij. donorum Spiritus ſancti. Primus eſt incarnatio. Se-
cundus natiuitas. Tertius, mors, ſiue paſſio Chriſti. Quartus, de-
ſcenſus ad inferos in anima ſine corpore. Quintus, reſurrectio in
vtroque. Sextus, aſcẽſus in cęlis. Septimus, aduẽtus ad iudicium.
De his. ſ. c. proxi. pro his Io. legitur fleuiſſe in Apoc. c. v. ibi. Vidi li
brum ſcriptũ intus & foris, ſignarum ſigillis vij. & c. & hi. vii. arti-
culi ſpectant ad Chriſti humanitatem. Sunt & alij vij. ad ciuſdẽ
diuinitatem ſpectantes, de quibus no. co. ca. j. §. i. ad fi & ſic ſunt
quatuordecim articuli in vniuerſum. Aliqui tamẽ faciunt xij. ar
ticulos propter duodecim apoſtolos, qui eadem hora inſtinctu
21 ſpiritus ſancti ſymbolũ compoſuerũt. & dicitur ſymbolũ † a ſyn,
quod eſt ſimul, & bolus, quod eſt morſellus. quia quilibet apoſto-
lorũ ſuum bolum. i. partem ſuam appoſuit. Eſt & aliud ſymbolũ
maius, quod cãtatur in miſſa, & fuit factum in Nicena ſynodo ꝓ
pter græcos, qui non credebant, ꝙ ſpiritus ſanctus procederet ab
vtroque, vt de con. diſt. v. ca. penul. & vi. Eſt & tertium Athanaſij.
ſ. quicunque vult. Et quartum poteſt dici, quod factum eſt in con-
cilio generali. ſ. co. firmiter. & ſic ſunt quatuor ad exemplum qua
22 tuor euangeliorum. Ad hoc xv. di. Pœna † non credentiũ eſt gehẽ
na perpetua, iuxta illud, hæc eſt fides & c. præmium vero credẽtiũ,
vita æterna. nam qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, vt ſ.
de bap. maiores, ſecundũ Io. De cæteris omnibus dic, vt in Sum-
ma. c. ti. ſub rubrica, de fide catholica.

SVMMARIVM.

1 *Dubius in fide, infidelis eſt.*
2 *Fides ſimplicibus verbis eſt proponenda.*
3 *Scriptura quælibet ſi obſcura ſit, pro non ſcripta habetur.*
4 *Res nunquam proponenda eſt per ignota verba.*
5 *Aeternitas quid ſit.*
6 *Miſericordiæ Dei, nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora diffinire.*
7 *Natura diuina nunquam mutatur.*
8 *Deus donare poteſt res impoſſibiles, & deſperatas.*
9 *Deus peccare non poteſt.*
10 *Deus facere non poteſt infectum, quod factum eſt.*
11 *Deus quare dicatur incomprehenſibilis.*
12 *Compoſitio quid ſit.*
13 *Macedonis error damnatur, circa ſpiritum ſanctum.*
14 *Homo naturam habet angelicam, & humanam.*
15 *Canonicæ ſanctiones vnde compoſitæ ſunt.*
16 *Hominum genera aſſimilantur Deo, & quomodo.*
17 *Theologia pura poteſt dici ſcientia hominum angelicorum, ciuilis beſtialium, & anonica humanorum.*
18 *Vita triplex eſt contemplatiua, actiua, & mixta.*
19 *Canonica lex eſt dignior alijs.*
20 *Diabolus quare dicatur.*
21 *Homo peccauit per ſuggeſtionem, angelus vero per ſe.*
22 *Nullus libratur, niſi per fidem.*
23 *Originale peccatum poſt baptiſmum non nocet.*
24 *Seruus non excuſatur ſi ſuaſu alicuius fugit.*
25 *Dubitans debet petitiones conſalere.*
26 *Homines omnes deſcendunt ex Adam, & Eua quo ad carnalem concupiſcentiam, præter Ieſum.*
27 *Deus gratia hominum comparauit omnes fructus.*
28 *Ius naturale eſt duplex commune, & rationis.*
29 *Ius naturale rationis conſiſtit in duobus præceptis.*
30 *Ius gentium quo tempore fuit introductum.*
31 *Obligationes, & accuſationes quo iure ſunt introductæ.*
32 *Leges tres fuerunt ante legem Moſaicam. valet naturalis communis, naturalis rationis & iusgentium.*
33 *Ciuiles leges, poſt legem moſaicam fuerunt inſtitutæ primo a Foraneo rege.*
34 *Codices duo fuerunt facti, ex omnibus ll. a Conſtantino.*
35 *Legalis ſapientia in quibus conſiſtit.*
36 *Legalis ſapientia neminem in paupertate viuere ſinit.*
37 *Tempus gratiæ aduenit Ieſu nato, in quo fuit lata lex euangelica.*
38 *Veritas data fuit in nouo teſtamento.*
39 *Anima regitur, nutritur, & ſaluatur theologia, qua etiam & religioſi reguntur.*
40 *Ciuili ſcientia regnntur iuſti iudices, & aduocati fideles.*
41 *Canonica lex ex quibus compoſita eſt, & quid comprehendit in ſe.*
42 *Trinitatis opera inſeparabilia ſunt.*
43 *Vniones quot fuerunt in incarnatione domini noſtri Ieſu Chriſti.*
44 *Eccleſia vniuerſalis vna eſt, & indiuiſibilis.*
45 *Vnitas non capit diuiſionem.*
46 *Eccleſia vniuerſa per orbem vnus thalamus Chriſti dicuntur.*
47 *Epiſcopatus vnus eſt omnium epiſcoporum.*
48 *Euchariſtię in ſacramento tria ſunt.*
49 *Conſecratio panis, & vini an ſeorſum fiat, & quomodo, & quibus verbis.*
50 *Celebrare quilibet non poteſt, licet formam verborum obſeruet.*
51 *Claues eccleſiæ duæ ſunt.*
52 *Baptiſmum a quocunque dari poteſt dummodo forma eccleſiæ ſeruetur, & eo deſpiciente non datur ſalus.*
53 *Ordo triplex eſt in eccleſia Dei.*
54 *Homini tendenti ad regna cœlorum non expedit vxorem accipere.*
55 *Gratiora ea ſunt in noſtris officijs, quæ cum liceret, non impendere gratia dilectionis impendimus.*
56 *Virgines citius omnibus uenient ad regnum Dei.*

CAP. PRIMVM.

1 Irmiter. Bene dicit. † nã du-
bius in fide infidelis
eſt, vt de con. di. ij. re vera. & diſt. iiij.
nihil aliud. & diſt. vlt. non ergo ſis
infidelis, quia ad hoc genus menda
tij non debet quis aliqua conditio-
ne adduci. xxij. q. ij. primum. in prin.
ſed nec ad aliud. qđ dic, vt in Sum-
ma no. de pœnitentijs. §. quę inter-
rogationes. ſub. §. dixiſti unquam
mendatium. [Simpliciter.] † Fides
26 † enim officiū eſt facere iudicium, & iuſtitiam.& liberare de manu calumniantium vi oppreſſos,& nō ſolum liberare, ſed etiam nec pati debent,vt eorum cōniuentia ab aliis contriſtentur, nec effundent ſanguinem innocentem. Si enim (inquit) hoc obſeruaueritis ò Reges luda, tenebitis priſtinam poteſtatem. ergo a contrario ſenſu,alias amitteris,vt xxiii.q.v. Regum. & c.adminiſtratores.& ca.Principes. Nam ſi gens & ciuitas petenda eſt, quæ vindicare negligit, quod a ſuis improbe factum eſt, vel reddere, quod per iniurias ablatū eſt. Quare non Imperator pro proprio commiſſo.xxiii.q.ii.dominus Deus noſter⁹ vtique cum in hoc caſu,patroni ius patronatus,aduocati aduocatiam,feudatarij feudū vicedomini,vicedominatum,beneficiati beneficia amittere debeāt.ſicut præcipitur in concilio generali.j.de pœn. in quibuſdā. §.ſacri.Nulli conuenit magis hæc pœna,q̃ Imperatori,qui tot beneficia recepit a Romana eccleſia.& ipſi⁹ exiſtit feudatarius. nec non & ei competunt,quamdiu bene regit omnia ſupradicta Itē qui contra pacem ſunt eccleſiæ (ſi dignitatem,aut cingulum habeant) nudentur eis,vt xxiiii.q.j.qui contra pacem & certe priui-
27 legium meretur amittere &c.vt s.de poſtu.præl.c.i.& ij.& xj.q.iij. priuilegium.ſed nec merentur regnare crimine † periurij irretiti. j.de iureiur.querelam.vnde his omnibus cōſideratis & aliis (quę allegari poſſent,ſi temporis ſpacium ſuffragaretur, & librorū copia) liquet ſatis de poteſtate depoſitionis:vtrum autem expediat, ſi pax firma,& honorabilis haberi non poſſit, (quod vix,aut nunquam creditur) nolo ponere os in cœlum, ſed qui ſuper omnes eſt,diſcutiat & conſideret, quod lucrum reportauerit eccleſia ex expectatione diutina, quot & qui Principes inſurrexerunt pro ecclęſia contra ipſum,vel potius contra eccleſiam,vel ad minus,antepidi ſint,qui ſeruire in defenſione eccleſiæ conſueuerunt, & q omnes fideles.& vaſalli Imperii pro maiori parte aſſerunt, q domino ſuo deeſſe non debent,quamdiu dominus eſt. Siquidem & de tranſacta vita in ipſo didicimus,quid de ſubſequenti præſumere debeamus.

Nam rumor de veteri faciet ventura timeri.
Cras poterunt fieri turpia, ſicut heri.

Sed hæc qūo,cū tātus Princeps ſit,nec accuſet,nec denūciet, nec citatus ſit,nec cōuētus.Quia citatus fuerit.hoc eſt certū. ſed eſto,
28 q nō fuerit,Quæro quare † Apoſtolus Corinthiū abſentē & irreſitum cōdemnauit.ii.q.i.de manifeſta.& j.de appell.cum ſit Ro-
29 mana.in fi.Certe,quia † exceſſus notorius examinatione non in-
30 diget,vt s.eod.bonæ me. Magun.§.contra. Sunt † autem crimina notoria, quæ alias fuerunt contra patrium ſuum allegata. Pater ſanctiſſime conſidera, q idem eſt in eodem. ſ.excommunicatio publica,periurium manifeſtum, ac perſecutio diuulgata, quam progenitores ſui & ipſe præſumpſerunt in Apoſtolicam, & in alias eccleſias exercere.vt hic.Henricus enim primus degenere,Paſchalem Papam cum epiſcopis,& Cardinalibus captiuauit.Fœdericus auus contra Alexandrum longo tempore ſchiſma fouit. Henricus pater interfectores quorundam epiſcoporum punire omiſit,vt hæc narrabantur in eadem decre.extra in antiquis.§.q autem.Quod ergo bonum ab iſto filio,qui in tot atrocibus patri zauit,poſſumus expectare.certe.

Sæpe ſolet filius ſimi is eſſe patri.

31 † ff.de redhibit.actio.q ſi nolit.§.qui mancipia.& vj.q.j.§.verum. verſic.alias.c,ſi quis cum militibus.& lvii.diſt.ſi gens Anglorum. & j.de fil.presbyt.literas. Eligat igitur & determiner ſanctitatis noſtræ circumſpectio quid magis debeat expedire. Illud autem notandum,q ad hoc,vt ſententia etiam in notorijs rite feratur,citatio,ſiue monitio præcedere debet.quod dic.vt not.j.de iureiur.ad noſtram.iij.& de appell.cum ſit Romana.in fine.[Et ipſe.].ſ.dux. [Fuit.] verſic.exemplum de excommunicatione,& eſt ſecundū notorium ſpirituale. [A prædeceſſore noſtro.]. ſ.Celeſtino, qui cum excommunicauit,dum erat in Tuſcia,propter inuaſionem & deuaſtationem patrimonij Beati Petri. Item ex eo,quia adhæ rebat Marchoaldo Dei & eccleſiæ inimico, vt in antiqua. [Qd.] ſ.ſe excommunicatum eſſe. [Recognoſcit.].Gracite.& ſic ibi præ
32 iudicauit,vt s.eod.per inquiſitionem.Sic ſi ſuperior † admittit aliquem ad oſculum,ipſum non excommunicatum eſſe tacite re-

a cognoſcit ², vt j.de priuil.cum eſſemus.ante fin.Sic not.arg.de re cognitione,vt & not.s.§.j.& accedit.j.de offic.deleg. cum contingat.§.fin.Sed contra.j.de eo,qui mitr.in poſſ.cum veniſſent.§.cunque.ſed concordat.j.de appell.ſolicitudinem.§.fin. [Excommunicatus.] Non ſequitur,ſed bene ſequitur, q læſam haberet conſcientiam,niſi hoc petiiſſet forſitam ad cautelam, ſecundum dominum noſtrum,argum.in eo,quod leg.& not.j.de ſent.excom. venerabili.Alij dicunt,q hoc ipſo probatur excommunicatus,q
b abſolutionem petiit ᵇ ſine aliqua proteſtatione, vt in præcedē.& ſequen.glo.quod & textus iſte plene ſentire videtur. [Electus.] Iō non valuit electio,vt s.de conſuet.cum dilectus.§.quia nobis.nec poſtea ratificari poteſt,vt no.s.eo.auditis.& c.dudum.contra, ar. j.de offic.deleg.prudentiam.§.ſexta. [Idem etiam.] verſicu.nunc probat de periurio.& eſt tertium notorium ſpirituale. [Iuramen-
33 tum.] Quod fecerat Regi nepoti ſuo, ſcilicet Fœderico nunc depoſito,viuente Hērico Imperatore fratre eiuſdem ducis, & patre nepotis.ſ.Fœderici nunc depoſiti, ſup ſucceſſione Imperij obtinēda.ſicut etiam & de nato ſuo Conrado idem fecerat Fœdericus in exercitu Brixiæ conſtitutus.[Ambitionis.] Quæ reprobanda eſt. j.de præben. quia in tantum. & c.cum iam dudum. [Prius.].ſq̃ contraueniret propria authoritate.Et ex hoc colligitur arg.q ſine authoritate ſuperioris recedi non poteſt etiā ab illicito iuramento,ſed contra.xxii.q.iiii.in malis.& c.ſi aliquid.& per totum. & ex
34 † quo ius remittit,non eſt iudex requirendus,vt ff.de condi.inſti. quæ ſub conditione §.fin.& arg.ff.de leg.iii.fideicommiſſa.§.ſi qs illicite. Puto, q ſi liquet iuramentum illicitum fore, non eſt recurrendum ad iudicem.ſecus in dubio,vt hic:videbatur enim illicitum,quia ſuper hæreditate viuentis præſtitum,vt C.de inut.ſtipula.ex eo.Sed contra.cum de voluntate illius,cuius erat hæreditas,factum eſſet,vt C.de pact.l.fi.Solur.Prima pars potior eſt.quia cum Imperium per electionem acquiratur, vt patet s.§.i.& hic ſequitur.nulla pactio præcedere debet,vt s.eo.per inquiſitionem. & viii.q.iii.talia.& j.de iureiur.ſicut noſtris & de conceſſ.præben. nulla. Vel dic.q ipſe Philippus non debuit recedere ſic, vt Regnū occuparet ſecundum quod hic fecit.ſed ſimpliciter non ſeruare, c
34 contra,quia ſemper ſeruandum eſt,niſi † vergat in diſpendium ſalutis ęternæ, vt j.de iureiur.ſi vero.& c.quanto. & c.quemadmodum.in fi.quod dic,vt ibi not.in ſeq.glo ſ. [Nihilominus.]. ſ.licet illicitum eſſet,vt veniret tali modo,ſicut fecit.ſvſurpando regnū.
c Si autem quæras, vtrum iuramētum ᶜ præſtitum ſeruandum ſit, vel non,diſtinguendum eſt vtrum ſit omnino illicitum,ita q nō poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis ęternæ,vel alias temerarium. Si ſeruari nō poſſit ſine ſalutis interitu, puta,iurauit aliquis corrumpere ſanctimonialem, vel iugulare patrem,vel aliquid ſimile. in tali caſu debet ſe ab obſeruatione authoritate propria retrahere.
35 Sed † & quia temeritate propria illicitum tantum iurauit, debet
36 pœnitere.xxii.q.iiii.c.i.& ſeq.Si † vero poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis,ſed alias eſt temerarium & perniciоſum exemplo, vel periculoſum quale hic erat, non debet venire contra ſine authoritate ſuperioris,vt hic.& j.de iureiur.ſi vero.& c.cum quidam.& §.fi. & c.verum. Et idem ſi dubium eſt.vt no.in præced.glo. ſinautem temerarium tantum ſit, non perniciоſum exemplo, neque periculoſum, tunc ſeruandum eſt, vt j.de iureiur.debitores.& c.ſi vero.xxii.q.iiii.§.illicitum.in fi.niſi eſſet metu,vi,vel dolo extortum
37 tunc enim abſoluuntur talia iuramenta.j.de arbit.c.ij.& de iureiur.verum.& c.cum contingat.§.fi.& not.j.quod met,cau.ad aures. Vnum tamen notandum,q non ſolum in temerarijs, ſed ēt & in iuris licitis licet venire contra ſine authoritate ſuperioris, ſi neceſſitas vrgeat,nec poſſit haberi ſuperior,a quo petatur abſolutio.xi.q.iii.anteceſſor.& arg.in eo,quod leg.& not.j.de regu.iur. quod non eſt licitum.j.de iureiur.breui.ff.qui ſatisda.cog.l.fi,j.de pign.ſignificante.Et idem eſt forte,ſi magna vtilitas ſpiritualis id exigat,ſecundum dominum noſtrum,cuius eſt hæc tota glo.exceptis quibuſdam concord.Veruntamen non videtur,q pro aliqua vtilitate ſpirituali debeat aliquis deierare,vt patet in eo,quod
37 leg.& not.j.de vſur.ſuper eo. Abſit enim,vt commictantur † mala iō, vt eueniant bona.xxxii.q.iiii.ſic non ſunt.Nec enim Deus tale lucrum tali damno compenſat. xxxiii.q.v. ſi dicat. [Præſertim.] ideſt

ADDITIONES.

a ¶Recognoſcit. Vtrum admiſſio ſola ad oſculum,inducat abſolutionem, vel nunquid per talem admiſſionem præſumatur quis non ligatus. Vide pulchre per glo & do.Abb. in c.cum olim eſſemus. infra de priuil. & ibi per Innoc.& rex.& dō.Card.in clem.ſi ſummus.de ſent.excom. Quid autem de ſalutatione, an per eam videatur remitti excommunicatio, vel iniuria. Vide pulchre per Pet.de Ancha.in proœm.libr.vj.incip.Bonifacius.in vj.not.

b ¶Abſolutionem petiit. Abſolutionem petens,an fateatur ſe excommunicatum. Vide hic dom.Abb.ſuper glo.in verbo, poſtulauit.qui dicit, q Hoſtiē.viderur hic tenere quòd ſic, ſed certe nihil firmat. Et adde Rom. conſi.cclxvj.

c ¶Iuramentum præſtitum vtrum ſit ſeruandum. Adde gloſ.hic in verbo, venire.& dom.Abb.& glo.& Doct.& ſignanter iſtum in cap.fin.de teſtib. cogen.in fi.

idest maxime. [Exemplo.] Dic, vt not. ꝛ. eo. §. obiectioni. versic. ꝙ autem. super verbo, exemplo. [Gabaonite.] Historia. Gentes terræ promissionis, ex præcepto domini delendæ erant Gabaonitæ ibi habitantes cœlantes conditionem suam, ne interficerẽtur, iuramentum a filiis Israel extorserunt, & quamuis illicitum fuerit, tñ seruauerunt, vt Iosue. ix. F. & ii. R. xxi. A. quæ & tangitur. xxij. q. iiii. innocens. [Per fraudem.] Sic videbatur nullum, quasi per subreptionem obtentum, vt ꝛ. eo. cum dilecti. §. nos vero. Sed contra. ff. de bonis eorum qui sibi mor. consci. l. j. [Ipsi.]. f. filij Israel. [Venire.]. f. authoritate propria. [Temere.] Ratione vero secundi mandati, quod filij Israel receperunt a domino, ne deberent Gabaonitas, hoc accidit. sicut dicit glo. Aug. in libro Iosue, quæ incipit. quare coniurationem. Vel ideo noluerunt, ne darent exem-
38 plum veniendi etiam contra licita, sæpe † enim a bono cessatur, ne mali occasio detur, vt xxi. dist. denique. fin Goffr. [Illicitum.] Et ideo non seruandum. [An licitum.] Ergo satis innuit, ꝙ erat dubium. vnde in dubio non debuit venire contra, vt ꝛ. not. & arg. j. de spon. iuuenis. & j. de cleric. excom. mini. illud. §. ipse vero. ad finem. [Ad nostrum.]. j. de iud. nouit. §. postremo. [Insuper.] ver. quartum notorium temporale. [Cæteris.]. f. ab eo non descendẽtibus, quia descendentes tantum, vel eius proximiores illud debe-
39 rent habere iure successionis, vt C. de legit. hæred. defunctis. & authen. ibi posita. [Ex successione.] Et hoc est, nam si &c. vt sequitur. [Fiducia.] In hoc voluit captare fauorem Principum. & not. ꝙ † hanc fiduciam, siue bonam intentionem habere, non est malum, arg. hic. lxj. dist. quid proderit. contra. viii. q. j. in scripturis. Sol. Dic, ꝙ nullus debet aspirare ad hoc, potest tamen curare, ne impedimentum apponatur, ꝙ eligi non possit, secũdum dominum nostrum. Et adde, quod not. j. ne prælat. vi. ſu. c. j. & ii. [Frater.] f. Henricus. [Ducis.]. f. Philippi. [Fratri.] f. Henrico. & hæc est secunda successio. [Succederet.]. f. sine electione. [Videretur.] Nõ sequitur, quia si fuisset vera successio, filius superstes. f. Fœdericus depositus succederet, & non frater, vt in Auth. de hæred. ab intest.
§. si quis igitur. collat. ix. sed allegando hoc dicit [Sed ex successio-
40 ne.] Quia binus † actus inducit consuetudinem, vt not. ꝛ. de consuet. ex parte. §. vlt. super verbo, consuetudines. versi. binario actu. Antiqui tamen not. hic tres successiones, sed nõ video nisi duas. [Deberi.] Quod esse non deber. [De domo.] Immo de alia Tribu eligi debet. viij. q. j. Moises. ¶ Nobilitate.]. v. pars. in qua infert ex præmissis, & monendo, ac præcipiendo concludit. [Ergo.] Ab hac conclusione sumes casum. Mortuo enim Henrico Imperatore vota principum diuisa fuerunt in Othonem & Philippũ. do. Innoc. misit legatum, qui Othonem dignum. & Philippum indignum denunciauit, quam denunciationem do. Inno. ratam habuit, sed & Ducem Caringiæ, ꝙ Philippo adhęrebat, monuit, vt ab eo recederet, ipse vero excusauit se prætendẽs obiectionem principum, quam habes. ꝛ. respon. j. & iuramentum, de quo hic sequitur. Et do. Innoc. rescribit ei hanc epistolam, per quam omnibus satisfecit: ipsam ergo in v. partes diuides, vt præmissi supra in prin. [Cum eo.]. f. duce. [Iuramentum huiusmodi.]. f. factum ratione Regni. Sic not. hic argum. expressum, ꝙ si iuro alicui ranquam archiepiscopo, ipso deposito non teneor personæ ratione
41 præstiti iuramenti. ad idem. j. de translat. episco. quanto. Sublato † enim principali, intelligitur sublatum & accessorium. C. de leg. non dubium. ꝛ. co. qualiter. pari modo videtur, ꝙ si quis, tãquam prior denarios, vel quicquam aliud mutuauerit, dimisso priorato, persona non remanet obligata, vt j. de no. oper. nunc. cum ex iniuncto. respon. j. ad fi. ꝛ. eo. per inquisitionem. respon. j. ad fi. C. vt nemo. inui. l. vnica. lib. xj. ff. de solut. cum quis. j. de iureiur. quemadmodum. & de pœn. c. vlt. & xv. q. vj. alius. & hic. Quod dictum est, de pecunia verum est, dummodo in vtilitatem prioratus versa fuerit, alioquin contra. quod dic, vt not. j. de reb. eccl. non alien. ad audientiam. & de fideiuss. quod quibusdam.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales, episcopi, & presbyteri titulati sunt, diaconi vero non.*
2 *Nemo contemni debet.*
3 *Absentes a quo loco sunt vocandi.*
4 *Consuetudo prævalere debet.*

CAP. XXXV.

1 ORam. Alias cum dilectus. [Tituli.] Episcopi
a † Cardinales a sine titulo esse non pos- sunt, sed presbyteri Cardinales dicuntur habere titulum, vt hic, & j. de suppl. neglig. prælat. dilecto. Diaconi vero non habent, vt j. de arbit. cum a nobis. quamuis aliquoties in decret. non ponatur titulus set iam in presbyteris, vt j. de præben. dilecto. ꝛ. eo. querelam. contra, secundum vnam literam. sed ibi, & vbicunque deficiat titulus, supplendus est: nam rescriptum apostolicum falsum esset, nisi ibidem titulus poneretur, ꝙ de stilo curiæ est, ad hoc. j. de crim. falsi. q̃ graui. De significatione autem istius tit. not. j. eod. dudum. §. insuper. super verbo, intitulatam. [Et j.] Hoc est duobus electis in dissentione, commissa est causa iudicibus sub certa forma, vt debeant alterutrum confirmare, vel vtrunque cassare. Sequitur autem hic quid fieri debeat, si
2 cassetur electio vtriusque. [Omnibus.] Quia nemo † contemni debet, vt j. cap. proxi. [In prouincia.] Not. ꝙ omnes de prouincia
3 sunt vocandi, † vt hic, & j. de maio. & obed. humilis. Et extra a duabus dicitur, arg. ꝛ. de rescrip. nonnulli. & qualiter accipiatur prouincia dic, vt ibi not. Sed & de toto regno vocantur, si de consuetudine sit, vt j. eo. in Genesi. in fi. imo vbicunque sint, arg. de postu. prælat. bonę. j. ad fi. Dominus noster scripsit hic † consuetudinem prę-
4 ualere debere, arg. xij. dist. nos consuetudinem. & ꝛ. de consuet. cũ dilectus. j. de cau. poss. cum ecclesia. & melius. j. eo. in Genesi. in fi. Quod autem dicitur. ꝛ. eo. in causis. §. j. de pulsatione campanæ. intellige, ꝙ illud fit ad vocandum præsentes ad capitulum, & nõ absentes. vt ibi not. ꝑm d. n. De hoc not. f. in Ioã. vij. q. j. factus est. Tu dic, vt de hoc plene not. ꝛ. eod. ꝙ sicut. §. finautem. & c. cum inter vniuersas. super verbo, tam remoti. [Maiori.] Sic. ꝛ. c. proxi. obiectioni. vers. exercuit. ibi, quamuis plures &c. & c. auditis. §. ipse vero &c. licet, in fi. & j. de renunc. nisi cum pridem. & de temp. ord. nec episcopi. in fi.

ADDITIO.

a ¶ Cardinales episcopi & presbyteri titulati sunt. diaconi vero non. Adde do. Abb. in c. ex gestis. de cler. non resid. & hic in j. not.

SVMMARIVM.

1 *Vigilia non est solennitas.*
2 *Exceptio feriarum non habet locum in electionibus.*
3 *Argumentum a contrario sensu fortissimum in iure.*
4 *Electio secunda, non cassata prima, quo casu impune possit fieri.*
5 *Papa, de plenitudine potestatis, de nihilo potest facere aliquid.*
6 *Ecclesia mortuo prælato, non sepulto soluta est.*
7 *Tractatus electionis habitus ante mortem prælati quid operetur.*
8 *Deliberare prudentia est, diffinire illicitum etiam ambitiosum.*
9 *Persona si electa de qua conspiratum est electio cassanda est.*
10 *Quæ incontinenti fiunt inesse videtur.*
11 *Tractatus electionis quis approbetur, & quis reprobetur.*
12 *Citatus quando venire teneatur.*
13 *Regula bona, quando citatus venire teneatur.*

CAP. XXXVI.

1 ONæ memoriæ. Factum. [Ipsius.]. f. epi-
2 copi. [Cremone.] De Mediolanen. prouincia. [Regii.] Quæ ciuitas est de prouincia Rauennate, & hic habes, ꝙ ciuitas de vna prouincia vocantur in alia. & de hoc retigi ꝛ. c. proxi. [Terminum.] subaudi scilicet. [Vigilia Pentecostes.] Nec obstat. ꝙ possit obji-
1 ci de solennitate. tum quia † vigilia non est solennitas, tum quia
2 in electionibus non habet locum exceptio † feriarum, argu. j. de fer. c. fi. §. quibus. Tum quia in iudiciis, & si die solennitatis statuto non teneatur comparere, debet tamen se postea competenti tempore præsentare, secundum dominum nostrum, arg. j. de accusa. veniens. §. j. in prin. j. de do. & contu. cum dilecti. §. præterea. Tu dic, vt not. j. eo. c. versic. fin. super verbo, arctare. [Futuri.] Sed falsò & præpostere, cum adhuc viueret episcopus, vt dicit in fine. [Et j.] hoc est, ꝙ episcopus vixit per duos dies post terminum tamen assignatum, & ꝙ duæ electiones, de quibus sequitur, factæ fuerunt, & partes ad Sedem Apostolicam accesserunt. ¶ Constituto.].ij. pars. in qua cassatur secunda electio a contempto attentata, quia ius eligens sibi dixit. [Pro sua.]. f. electione, quam de archidiacono fecerat, vt in antiqua. [Electione.] Ad quam processit capitulum reputans contumacem. H. quia non venerat in termino, quamuis incongrue assignato, & male, secundum dominum nostrũ. [Archipresbyteri.] In quem omnes consenserunt, excepto isto. H. qui postea veniens, & potestatem eligendi ad se deuoluram fore credens (quasi cõtemptus fuerit) ad electionem secundam propria temeritate prorupit. [Archipresbyteri.]. f. primo, & ab aliis electi. [Nõ cassatam.] hoc est, quod ei imputatur, vt sequitur. [De priori.]. f. archipresbytero facta electione. [Deberet.]. f. H. [Iudicium antequam.] Ergo a contrario expectato
3 iudicio procedere potuisset, quod arg. fortissimum † est, vt no. j. de his quæ fiunt a prælat. cum Apostolica. §. fi. & hoc est contra Ioã. & Goff. & Iac. quod dic, vt plene not. ꝛ. de postulat. prælat. gratum. super verbo, pauciores. Sed numquid prima electio irrita est ipso iure? Dic, ꝙ non, quia non est de substantia formæ, vt omnes citentur, vt j. eod. ecclesia. ij. §. denique. & etiam contra formam facta non est irrita, sed irritanda, vt not. ꝛ. eod. innotuit. §. quamuis.
4 super verbo, nullam esse. Si quæris in quo † casu secunda electio, prima non cassata, impune fit, vide distinctionem, quam nõ. ꝛ. c. auditis. §. eis igitur. Et not. hic, ꝙ nemo sibi debet dicere ius, vt C. ne quis in sua cau. l. vnica. & vnde vi. si quis in tantam. ff. qđ met. cau. extat edictum. & de vi priua. creditores. j. de consti. præben. post electionem. §. fin. & j. quod met. cau. super eo. & ij. q. j. in primis. & xvj. q. vj. placuit. quod si fecerit, sine pœna esse non debet, vt sequitur. [In pœnam.]. f. quia sibi dixit ius. [Eidem.]. f. Hen. & hoc iõ, vt puniatur, in eo, in quo deliquit, & habet episcopũ, quẽ forte nollet habere, vt j. titu. j. quanto. §. cæterum. [In primo.]. i. primæ personæ electæ. f. archipresbyteri. alias cum primus cõsensus statim cassetur, sibiipsi contrarius esset Papa. & sic dicit primo respectu

respectu personæ, in quam de nouo consentire permittit capitulum. Et est sensus, ꝙ neque contra personam possit aliquid obji-
re, si iterum eligatur, vel non obsit ei vox sua, nec alij accrescat, si capitulum, vel maior pars eum iterum volunt eligere. hoc ideo, quia malo zelo præsumitur contradicere, & ideo non admittitur secundum dominum nostrum, immo vt puniatur, in quo deliquit, vt in præced. glo. Vel potest dici, ꝙ quamuis cassetur electio. non tamen consensus, vel etiam, ꝙ electionis cassatæ consensus authoritate apostolica sumit vires. sic j. titu. j. inter corporalia. in fi. & ꝛ. de postula. prælat. bonæ. ij. §. verum. nam & de plenitudine
5 potestatis † potest Papa de nihilo facere aliquid, vt not. ꝛ. de constit. cum accessissent. & j. de transact. c. j. Alias enim primus consensus, qui fuit illicitus, non sufficeret, imo requireretur nouus circa eandem personam, arg. j. de eo qui duxit in ma. veniẽs. lxiij. dist. quanto. ff. commun. prædio. receptum est. Et no. ꝙ hoc fit de gratia, alias contra. j. eo. quia propter. versi. qui vero. & in his, quæ not. ꝛ. eo. super verbo, vitio personæ. nam de iure communi vtraque pars priuanda erat, & superior debebat eligere, ideo de suo iure sine cuiusquam iniuria gratiam facit. ſi. ꝛ. eo. bonæ. §. fi. Primã expositionem approbo, & tamen vtraque sustineri potest. ¶ Electionem.]. iij. pars in qua cassatur prima electio propter duo, vt sequitur. [Cassauimus.] Non quia priuati essent electores ipso iure potestate eligendi, tunc enim diceret irritam pronũciamus, sed propter tractatum (de quo sequitur) habitum, ille enim est causa, quare cassatur, secundum dominum nostrum. [Sepulturæ.]
6 Sed nonne mortuo † prælato, quamuis nõ sepulto soluta est vxor. i. ecclesia a lege viri? Vtique, nubat ergo in domino. j. de secund. nupt. cap. penulti. & fin. vii. q. j. sicut alterius. & sic fuit iudicatum in ecclesia Islerden. scilicet ꝙ a tempore mortis prælati statim potest fieri electio: sed tractatus iste habitus fuit non solum ante sepulturam, sed etiam ante mortem communiter per totum capitulum, quod non licuit sine auctoritate prælati adhuc superstitis. ipse enim bene posset vocare canonicos, & monere ad cõcordiam, & de certa persona consulere. lxxix. dist. si tranſitus. sed & in uicem possent deliberare simpliciter de aliquo bono præfiendo, etiam in capitulo, dummodo cauerent, ꝙ se non obligarent ad hoc pœna interueniente, vel promissione aliqua, istud enim omnino illicitum esset. lxxix. dist. c. ij. & seq. & dummodo nihil fa
7 ciant, quod pertineat ad tractatum communem & legitimum, sicut est vocare absentes: nam si per communem tractatum capituli, vel maioris partis sit deliberatum de certa persona quamuis non sit firmatum, tamen electio de ipso facta post mortem cassabitur, arg. huius decret. & lxxix. dist. nullus. & j. de concess. præb. c. j. Ad hoc enim, vt talis tractatus impediat † electionem, requiritur primo, ꝙ totum capitulum, vel maior pars de hoc simul tractauerit, arg. j. de his quæ fiunt a maio. par. cap. c. i. Secundo, ꝙ ibi fiat discussio & examinatio eorum, quę possunt obiici in Papam arg. ꝛ. eo. cum terra. §. fin. Tertio, secundum quosdam. vel ꝙ citatio interueniat, vt hic. vel aliquid aliud, quod sit de solẽnitatibus electionis, sicut est scrutinium, vel compromissum, vel aliud simile. j. eo. quia propter. Sufficit autem si ob hunc tractatum fiat capitulum principaliter, dummodo ibi de certa persona delibere
8 tur & firmetur, saltim verbo, vel cõdicto. Nam si secundario, vel incidenter immisceatur hic tractatus etiam ab omnibus, hõ impeditur, quin post mortem eligi possit. Item dicunt quidam, ꝙ licet cassari possit electio nominati ante mortem, si tamẽ alium eligant, non cassatur, ꝙa non sunt priuati prãte eligendi. vt hic patet. Alij dicũt, ꝙ electio etiam de pſona nominata facta ob hoc solum, ꝙ nominata est, non est irritanda, & ad hoc multum facit, quia si propter personam nominatam in tractatu, in odium ipsius, & non propter cõemptum cassata fuisset præsens electio, non tantus fauor exhiberetur ei in secunda electione, ꝙ sibi con tradici non posset. Tu dic secundum dominum nostrum, ꝙ in cassatione huius electionis non attenditur odium personæ nominatæ, quæ forte nihil sciuit de præcedente nominatione, sed attẽditur honestas ecclesiæ, & odium tractantium, & ideo statutum est, ꝙ persona prius nominata non eligatur, vt hic: olim autem propter solennia exequiarum differebatur tractatus vsque ad tertiũ diẽ post mortem. lxxix. dist. nullus. hodie aũt statim post mortem licet eligere, vt not. ꝛ. ea. glo. in prin. post mortem ergo præla-
ti non est malum tractare de electione successoris sui communiter, siue diuisim, dummodo ibi nihil diffiniatur. Deliberare
8 † enim prudentia est, sed diffinire illicitum, & ambitiosum. Sed qualiter accipitur hic diffinitio? Respon. si is, cui commissum est dicat eligatis talẽ, vel si omnes, vel maior pars dicat bene sumus concordes, ꝙ talis eligatur, secundum dominum nostrum, intelligas tu ex condicto, vel promissione illicita præcedenti. Aliogn videretur reprobari quasi inspiratio, quod dic, vt leg. & not. j. eod. quia propter. §. aliter. Sed nec obest, si aliquis, vel aliqui non ex cõdicto, neque promissione diceret, talis esset bonus, & suaderet; ꝙ eligeretur, quamuis tutius sit filere, secundum dominum nostrũ, imo tutius est plures nominare, vt de pluribus melior eligatur, argu. ꝛ. eo. ꝙ sicut. & c. cum terra. in fi. Sed qualitercũque ex promis-
a sione, vel condicto illicito nominetur, reprobanda est. lxxix. dist. c. j. & ij. Sed & cauendum est. ne segregati, vel omnes simul super contradicendo alicui malo, vel promouendo aliquo etiam bono promissionem faciant, vel subscribant. xj. q. j. si qui clericorũ, & quatuor præcedentibus: tamen si omnino apparet iusta causa, quare hoc feciſſent, non puniretur. xvj. q. vij. sane. Quid de electio-
9 nibus a conspiratoribus facta? Respondetur, si eligant † personam, de qua conspirauerunt, cassanda est electio, tanquam minus canonice facta, arg. hic. & x. dist. vides. C. de leg. non dubium. j. eo. qa propter. §. aliter. ibi, absque vitio, nisi forte ante electionem se adinuicem absoluissent, tunc enim non impediretur, arg. j. de reg. iur. omnis. quamuis puniri possunt pro processu præterito, argu. contra, quia idem factum præsumitur esse, quod antea fuit. ff.
10 mino. denique. §. j. versic. neque enim extremo. & quæ † incontinenti fiunt. inesse videntur, vt j. eo. officij. §. nos autem. Si vero aliam personam elegerint, q̃ illam, de qua conspirauerunt, tenet electio, quia nullo iure cauetur, ꝙ conspiratores sint eligendi potestate priuati, secundum dominum nostrum, cuius est tota glo. paucis exceptis. Tu vero dic, vt in seq. gl. Vtilitatem autem totius præmissæ glo. in duobus verbis satis breuibus comprehendes. Pri-
11 mum est, ꝙ omnis † tractatus reprobatur si sit ambitiosus ꝛ. eod. cum post peritam. ꝛ. eo. qualiter. Item simoniacus. ꝛ. eo. per inquisitionem. Item conditionalis, vel conuentionalis quicunq;. lxxix. dist. c. j. & ii. & j. q. ij. quampio. & j. de pact. c. fi. Item incongruus, inhonestus, siue præposterus, vt hic. & lxxix. dist. nullus. Secundum est, ꝙ tractatus discretus, honestus, & deliberatorius, & præparatorius approbatur. ꝛ. eo. cum terra. §. fi. & c. ꝙ sicut. respon. i. & c. auditis. §. i. & c. in causis. §. j. & cap. cum dilectus. §. j. & j. eo. officij. circa prin. & c. ecclesia. ij. & in multis aliis capitulis. [Tractatum.] qui non debet haberi ante tertium diem depositionis; vt lxxix. distinctio. nullus. ii. Aliqui tamen dicunt, ꝙ hæc causa non sufficeret per se, sed assumit dominus Papa hic non causam, vt causam, vel tanquam coadiutorem, non tamen per se sufficientem. Dicas contra, cum hoc ius in fauorem mortui, & honestatis, & odium multorum, qui ad sepeliendum corpus plerumque nimis propere rant, sit inductum, vt j. de testam. requisisti. respon. j. in fi. cum cõcord. ibi sign. & in his, quæ not. in præced. glo. & j. de fo. comper. si diligenti. super verbo, iuri publico. [De ipsa.]. f. archipresbyteri. vt in integra, secundum dominum nostrum. [Multorum.] sic ꝛ. eo. venerabilem. §. obiectioni. versi. & ex eo. & c. ꝙ sicut. §. finautem. & arg. j. eo. quia propter. & de offic. archid. ad hæc. §. vlt. [Nec prædicta.] versicu. in quo respondet antipophore. Diceret enim quis, domine non fuit contemptus. H. sed citatus, vt ꝛ. respon. j. Re-
spon. illa citatio nõ valuit, cum episcopus vixerit post terminum assignatum, & hoc est, nec prædicta &c. [Arctare.] alias arcere, idest constringere, vel distringere. q. d. Si citatio fiat non cõgruo tempore, vel modo non debito, non valet. Nec citatus venire te-
12 netur: † puta, quia assignatur dies feriata ad respondendum, vt ff. si quis in ius vocan. non ie. l. ij. in fi. & de iudic. l. iij. & j. de fer. cap. vlt. Secus ad comparendum, vt j. de dilat. expositi. in fi. Vel quia locus incommodus, vel inhonestus assignatur, vt j. vt lit. non cõtest. accedens. ij. & j. de appell. ex parte. & ff. de arbit. si cum dies. §. si arbiter. & seq. vel locus non insignis. extra d. n. de rescrip. præsenti. hodie incipit statutum. lib. vj. vbi de hoc plenius not. Vel quia assignatur dies in casu non concesso ad producendos testes lite non contest. vt not. ꝛ. eo. de rescrip. causam quæ. Vel quia duo ex tribus iudicibus citant non facta mẽtione de tertio, vt leg. & not. j. de offic. deleg. prudentiam. respon. j. & c. seq. Vel quia delegatus, qui hoc in mandatis non habet, citat aliquem personaliter sine causa. quod dic, vt leg. & not. extra d. n. de iudi. iuris. lib. vi. Itẽ non valet citatio, quia nimis breuis terminus assignatur. v. q. iii. c. i, sed ibi appellandum est. j. de dilat. c. j. Item quia non exprimitur causa. vt v. q. ii. c. vlt. sed & ibi appellari debet, nisi exprimatur postea. j. de libel. obla. c. vlt. Vel quia euidens est citantem non esse iudicem. quod dic, vt not. ꝛ. de rescrip. nonnulli. Item quia citatus spoliatus est. iii. q. ii. si episcopus. Item non valet, nisi rescriptum apostolicum inseratur. argum. j. de dilat. præterea. secundum Ioã. sed hoc non credo, quia sufficit, ꝙ postea ostendatur, vt j. de offic. deleg. cum in iure. Item non valet, si ad querelam liberti patronus citatur. iiii. q. iii. §. item in criminali. & §. item liberti. Dico, ꝙ vbicunque est euidens citationem non tenere ratione iurisdictionis
13 exercendæ. i. vbicunque certum est, ꝙ si citatus † veniret, aut præsens esset, non teneretur procedere. in tali casu non tenetur venire. Secus si dubitetur, vtrum iurisdictio exercere possit, licet obstaret exceptio, & sic intelligo totam glo. Signatur contra. ff. iudica. solu. si reus. Sed illud ideo, quia præuentus fuit priuilegiatus. j. de fo. comper. proposuisti. & quia non transit ad fideiussores personale priuilegium principalis. Nam personalia non transeunt, vt j. de vsu pal. ad hoc. in dubio tamen quilibet venire tenetur. vt ff. de iud. si quis ex aliena. & sic intellige. ff. ne vis. fi. ci ꝙ in poss. missi. est.

ADDITIO.

a ¶ Reprobanda est. vide Abb. hic in ij. glo.

est.l.pen.§.fin.& ff.de appell.si duobus.& c.cum parati.& de accusat.veniens.ad fin.

SVMMARIVM.

1 *Secularis in Abbatem eligi non potest.*

CAP. XXXVII.

CVm ad nostram. [Ante monachus.] †q̃ secularis non potest eligi in Abbatem, vt s.eod. cum in magistrum.Sed cōtra.xvj.q.j.presbyteros.solue,vt ff.c.proxi.nor. [Electus.].f.quo ad spem: quia forte hoc pacto monachus fuit, vt innuit in sequentibus. [Nullam spem.].f. ex pacto proueniente,& expone. Vel,quod sequitur pro idest. Vel dic spem ex aliquo pacto prouenientem, vel pollicitatione, quia alias obtulit,& ipse consensit,vt ff de pollici.pactum. versic. pollicitatio. [Promissionem.].f.solennem.ad hoc.s.eo.per inquisitionem.& c.qualiter.quia nec tractatus super hoc haberi debet, arg.s.c.prox.& sic intellige.c.vnde hoc sumitur.xvj. q.vij per laicos,alias nulla præcedente pollicitatione,vel promissione sinevi tio monachatur intrans,& sperans de abbatia,ac eligitur,siue postulatur in Abbatem, arg.lix.dist.si officia.& lxj.dist. quid prodest.& lxxiiij.dist.consuluit.& lxxvij.dist.in singulis & viij.q.j. sunt in ecclesia. Et adde,quod not.ff.eo.officij.§.pen. Potest tamen distingui,vtrum vacet abbatia in introitu,& tunc spes reprobatur, vel non vacet,& tunc approbatur. Si tamen desideret ad hoc, vt oneretur,non vt honoretur,arg.viij.q.j.qui episcopatum.l.distin. accedens.ad fin.si.not.ff.de rap.in archiepiscopatu. Alij dicunt,q̃ spes principalis reprobatur, vt hic. Secundaria admittitur, vt in aliis iuribus. sed hæc distinctio exulatur,vt ff.de simo.mandato.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

SVMMARIVM.

1 *Tractatus debet electionem præcedere.*
2 *Nobilis, & potens dicitur cui inferiores parificari non possunt.*
3 *Nobilitatis ratio quare habeatur, & in quo casu.*
4 *Prouidum & discretum quomodo interpretatur.*
5 *Legatus an possit dispensare, vt homo alterius professionis in Abbatem eligatur.*
6 *Incontinenti quid fieri quando dicatur.*
7 *Quæ præcesserunt ingressum, repetita videntur in ingressu.*
8 *Monachus quis bonus vix faciet bonum clericum.*
9 *Officium prædicandi est priuilegiatum.*
10 *Graue est, inexpertos diuinis officijs applicare.*
11 *Sacerdos non potest fieri qui non est probatus in clericatu.*
12 *Professus qui non est, non debet eligi.*
13 *Promissionem semel factam, frangere non licet.*
14 *Spiritualia præferuntur temporalibus.*

CAP. XXXVIII.

OFficij. Factum suspectum. [Nationis.] idest latronum,& raptorum, & tirannorum. [Monachi.].f.eiusdem monasterij. [Tractātes.] Tractatus† debet electionem præcedere.quod dic, vt no. s.eo.bonæ.i.§.fin.& cap.cum terra.ad fin. [Idoneam.] quo ad de fensionem ecclesiæ. sic dicitur idonea, altas quo ad reformationem.s.eod.cum monasterium.& de ęta.& qualit.tuam. [Nobilem.†] & potentem,cui inferiores parificari non possunt,vt ff.de alie.mu.iud.cau.fact.l.iij.respon.j.Et sic.not.† hic in quo casu, & quare habetur ratio nobilitatis.vide,quod nōt.ff.de præben.venerabilis.§.fin.in princ.& s.de rescrip.cum adeo.& ff.de præben. de multa. §.fina. [Per quem.].f.nobilem. meljus.q̃ per aliquem de monasterio. [Ipsius.].f.nobilis. [Postulātes.] Ab ipso patre,& bene si erat in potestate, alias enim liber homo a seipso est postulandus, secundum dominum nostrum. [Nullam.] scilicet firmam, vel expressam conuentionem. [Ad hoc.] vt reciperet habitum. † [Prouidum.] Quo ad temporalia,vel quo ad futura,argum.ff.de iur.non ordin.c.i. [Et discretum.] Quo ad spiritualia, vel quo ad præsentia,vel quo ad scientiam, alias nisi discretus esset,non posset ad religionem efficaciter obligari, vt ff.de regularibus. cum simus.xx.q.j.illud.& q.iij. præsens. [Electus.].f.incontinenti,vt innuit ff.§.nos autem.& ex hoc præsumitur suspicio prauia.¶Cum autem.].ij.pars.in qua ponitur purgationis oblatio,& triplex quæstio. [Idem.].f.in Abbatem assumptus. [Quia.] alias q̃.i.quia. [Vtrum dictus.] prima quæstio. [Confirmare.].f.de iure.& dicas,q̃ non. [Potuit.] dicas,q̃ non. Hic habes ergo,† q̃ legatus non potest dispensare,vt homo alterius professionis eligatur, quia non professus eligi non potest, postulari autem potest. Sed si postuletur in abbatem,non de facili admittitur, si vero in archidiaconum, vel consimilem, non oportet ita solennem inquisitionem fieri,& est ratio, quia archidiaconū regularem plus oportet scire iura communia, q̃ regularia. Et nunquid clericus potest eligi in monachum? Non,imo est postulandus,secūdum dominum nostrum,argum.ff.de stat.monach.cap.fin.§.præcipimus.Quicquid autem dicatur,sine electione,& postulatione, nedum clerici,sed & laici monasteria ingrediūtur,& ad dominum conuertuntur, vt ff.de regula. per totum. [Vel quod factum.] secunda quæstio. [Stare.] de gratia.q.d.quia multa impediunt contrahenda &c.vt ff.de iureiurā quemadmodum.§.q̃ si post huiusmodi.& dicas nō. [Et vtrum.] tertia quæstio. [Valeat.].i.possit. Dicas sic secundum dererminationem,quæ sequitur. ¶Nos autem.] facti reprobatio.& est.iii.pars. [Incontinenti.] præsumitur aliquid ex eo,†quod in continenti a fit,vt hic.& xxxj.q.j. si quis vi uente.& l.dist.si qua fœmina.quia inesse videtur, vt ff.si cer.pet. lecta.C.de pact.petens.& ff.de cleri.percuss.præterea.ex hoc enim præsumitur,q̃ promissio,siue pactum præcesserit, quod esse non deber.i.q.ii.quam pio,†& quæ præcesserunt ingressum,repetita videntur in ingressu.arg.ff.de verbo.oblig. Titia.fuit & alia cassationis ratio.f.quia antea voluit esse magister,q̃ discipulus, vt hic sequitur. Illa fuit finalis,nam prima posset esse motiua aliquando, secundum ea,quæ not.s.e prox.super verbo,nullam spem.[Sūt.] f.electio & confirmatio,vt s.respon.j.ad fin. [Quod talis.].f.neophitus,& inexpertus. [Taliter.]. f.pacto præcedente expresso, vel tacite præsumpto. Vel taliter.f.eligendo, vel postulando. [Discipulus.] sic.ff.eod.cum in magistrum.& s.eod. cum causam quæ. Sed si hæc est ratio,quare neophitus, vel secularis in abbatē, vel priorem eligi prohibetur,quia non est instructus in regula, pari ratione, nec monachus in prælatum alicuius ecclesiæ secularis eligetur,arg.xvj.q.j.si cupis.& c.alia est causa.Vix enim aliquis bonus monachus bonum faciet†clericum.xvj.q.j. legi. Sed contra, quia bene eliguntur regulares propter officium prædicandi †priuilegiatum,vt ff.de stat.monach.q̃ Dei timorem,& de vo.p tuas. xviij.q.j.statutū.lviij.dist.in.cap.j. & ij.xvj.quæstio.j. sic viue.& ca. si clericatus.Nec est par ratio , nam cito expertus est in laxiori,qui expertus est in strictori , inde est , quòd nobile monachum,qui exiuit de monasterio,in quo semper virgo permanserat,cum pater decessisset sine hærede,non oportuit instrui qualiter vxorem quā duxit cognosceret , quia naturaliter doctus fuit, arg.Instit.de iure natu.respon.i.§.i. Quid si peritus sit secularis clericus in regula monachorum ? Non sufficit , nisi & expertus sit, quia†graue est inexpertos diuinis obsequiis applicare,vt xix.q.iij. monasteriis. Sic & neophitus,qui non est probatus† in clericatu, non potest fieri Sacerdos,vel episcopus.xlviij.di. sicut neophitus. Quidam tamen dicunt, q̃ eo ipso, q̃ aliquis professus est, potest eligi in abbatem , sed ante professionem non potest.Nullo enim modo†eligitur non professus b. Sed nunquid postulari posset? Dicunt quidā , q̃ non , nisi & expertus sit, sicut dns voluit beatum Petrum fragilitatem humanam experiri , vt in se disceret qualiter esset aliis miserendum. l.dist.considerandum. Sed contra,q̃ licet neophitus promoueri non debeat ex causa.f.ne in superbiā efferatur,vt xlviij.di.cap.j. Tamen quia hæc causa caluit in Ambrosio cessauit & prohibitio.lxiij.dist.Valentinianus.lxj.dist §.his omnibus. Et laicus postulatur.lxj.dist.Osius. quia antequam admittatur,exponetur ei regula,& si dicat se posse seruare,admittetur,alias respuetur,vt in Auth.quomodo op.epi.§.igitur ordinādus.collat.j. Nam† promissionem semel factam frangere non licebit.xviij.dist.diaconi.& ff.de baptismo.maiores.§.vlt. & hoc facit vtilitas,& necessitas monasterij,sic.s.eo.cum monasterium.& c.cum nobis olim.ad fin.& cap.in causis.ad fin.& ff.de ęta.& qualit.tuam.& secundum hoc potest intelligi. xvj.q.j. presbyteros q̃uis intelligatur aliter a magistris. Quare ergo cassatur supra? Respon.quia timetur de ambitione,arg.viij.q.j.in scripturis.lxj.dist. miramur.in fine.& not.s.eod.cum dilectus.§.verum. Et quia timetur de simonia.ff.de pact.cap.vlt.& quia non postularunt, sed temere elegerunt.s.eo.innotuit.§.habito.& quia non fuit in confirmatione seruata solennitas,quam præmili, argum.ff.eo.nihil. & quia non erat instructus in regula,vt sequitur infra.Vnde quāuis potentia sua , & nobilitas necessaria esset monasterio quo ad tpalia,tñ quo ad spūalia nō minus suspecta, q̃ piculosa erat ipsi? simplicitas,& iuuētus,vt in Auth.qūo apo.ep.§.cogitādū.i fi.col. j.Et iō in hoc casu spiritualia†pferūtur,ar.ff.de maio.& ob.solitæ. §.verū.& §.seq.x.di.suscipiens.xii.q.j.ꝑcipimus.xxiiij.q.iij. si habes. [Voluit.] misere.lxj.dist.miserum.¶ Verum.].iij. pars. [Competenter.].f.spacio trium mensium,arg.in Auth.de sanct.episc.§.j. & ij.collat.ix.& ff.de ęta.& qualit.præterea.secundum Ioan.& T. Vel dic spacio vnius anni.argum.ff.de regula. statuimus. [Instructus.] No.non dicit professus,per quod comprobatur, quod no. s.§.prox.super verbo,discipulus. Sed alii hic subaudiunt,per scientiam & experientiam. [Si vrgens necessitas.] subaudi , maxime, secundum dominum nostrum . Tu vero remoue subauditum , nam hæc duo faciunt,q̃ postulatio admittatur.s.e.in causis.in fi. [Purgatione.] de ambitioso ingressu. [Assumi.] per postulationem,non per electionem , nisi expertus esset & professus , tunc enim

ADDITIONES.

a ¶Incontinenti.Quando dicatur quid fieri incontinenti. Et de hac dictione incontinenti.vide in c.in causis.in verbo,tertia die.supra eo.

b ¶Nullo modo eligitur non professus ita hodie aperte est decisum per c. nullus religiosus,infra eo.lib.vj.

enim eligi posset , & per hoc seruari potest expositio aliorū. Sed & si expertus non sit,dum tamen instructus,credo,q̃ poterit postulari,& postea solēniter confirmari,siue admitti postulatio. qđ dic,vt plene not.s.eo.cum monasterium.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum mortale repellit omnes a legitimis actibus temporalibus.*
2 *Electiones extraiudiciales sunt.*
3 *Excommunicatus minori, non est ipso iure priuatus iure eligendi, sed per sententiam est priuandus.*
4 *Excommunicatus maiori si cum alijs non excommunicatis eligit , an valeat electio,& quid si omnes sunt excommunicati præter vnus.*
5 *Excommunicati quomodo & quando electionibus admittantur.*
6 *Excommunicati maiore nec eligi, nec eligere possunt.*

CAP. XXXIX.

TAlla quotidiana. [Canonicam.]& concordem , alias contra. s.eo.bonæ me.Crem.[Extitisse.] quantum ad formā, dūmodo ex parte personæ electæ impedimentū non sit,quod potest esse modicum,vel magnum,vt patet in eo, quod not.ff.eō.super verbo,fuisset,& seq. [De plenitudine.] de qua.ff.de vsu pal.ad honorem. Tamen satis potest supplere de semiplena, si intelligatur de minori excommunicatione.Videbatur tamen contrarium,participare enim cum excōmunicato mortale peccatum est,vt ff.quod met.cau.sacris. sed mortale†repellit a legitimis actibus temporalibus,sicut est testimonium , vt ff.de testi.super eo.& c.ex parte A de.multo fortius ergo & a spiritualibus.ff.q̃ fil.sint leg.per venerabilem.Sol.aliud hic,& aliud ibi.Ratio diuersitatis hæc est, quia eligendo ius suum prosequitur, a quo nullus prohibetur.iiij.q.vj.omnibus.s.eo.cum ecclesia Vulterana.§.j. & sic loquitur hic. Testificando vero prosequitur officium publicum,a quo repellitur quilibet criminosus, & sic loquitur decret. super eo. Item electiones†extraiudiciales sunt,vnde nec ibi est iudex,qui exceptionem admittat.Testimonia vero iudicialia sunt & ideo iudex legitimas exceptiones admittit, & a testimonio repellit.Et propter hanc rationem etiam ligatus maiori post appellationem ad eligendum admittitur , vt legitur , & notatur extra dom.nost.de senten.excommun.solet.§.fin.lib.vj. Quamuis etiā ligatus † minori posset remoueri per sentētiam (si directe accusetur) ab his actibus , non tamen est ipso iure remotus, nec etiam in modum exceptionis conuictus infamaretur,nec suis iuribus priuaretur.ff.de iudic.at si clerici.x.de ordin.cognit. cum dilectus. §.fin.Quid si ligatus maiori,† vnà cum non excommunicatis eligat? Respon.si scienter & indistincte admittitur.nō valet electio. Si vero ignoretur,vel in dubio fiat protestatio,q̃ non admittitur tanquam in electione ius habens, sed quia non est, qui dubium determinet,& ne turbetur,vel impediatur ordinatio ecclesię,nec intendunt,q̃ vox sua debeat numerari.si super hoc contineatur nihilominus valebit electio,argum.infra de procurat.cap.fina.& de re iudic. ad probandum. Est etiam talis protestatio admittenda,infra eod.Cumana.respon.i. Et idem dicendum est de quolibet alio , qui iure publico authoritate non sit admittendus, sicut est laicus. infra eod.Massana, secus si admittatur is , qui priuatus est iure eligendi pro eo, quòd indignum elegit:nam talis electio tenet , supra eod.cum Vintonien. Hoc enim non est contra ius, sed præter ius , secundum dominum nostrum. Vel non est contra ius publicum,sed contra ius priuatum admittendum,cui renunciare possit,infra de foro competen.si diligenti. Quid si omnes sint excommunicati præterquam vnus , & ille solus præmissa protestatione prædicta cum aliis eligit? Respon. tenet electio , quia in eo solo ius totius capituli recidit in hoc casu ff.quod cuiusque vniuer.sicut municipium.& not.supra titu.j.gratum.& argumē.ff.quod cum fal.tuto.l j.§.i. Et breuiter vbicunque excommunicatio dubia est,vel etiam si certa sit,tamen de facto non potest excommunicatus expelli. Non obest.si admittatur præmissa protestatione prædicta , & dicant non excommunicati , q̃ per se tantum eligere intendunt, & suis vocibus, & consensibus tantum inniti,argum.ii.quæst.vij.plerumque.& infra quod me.cau. capit.j. vbi vero de iure,& de facto possunt non excommunicati excommunicatos repellere,impunabitur si admittant,argum.infra eod.Massana.infra de offic.delega. cum super abbatia. vbi tamen excommunicati sunt manifesti, secus enim est in occultis, vt supra notatur. Et hic notandum est,q̃ vbicunque aliquis admittitur ad eligendum,vel iudicandum, qui non deberet interesse de iure , sed tamen de consensu admittentium potest admitti , si scienter admittatur, tenet quod agitur, supra eod.cum Vintonien.& cap.in causis.& infra de offic.deleg.finper quæstionum.& & cap.coram. Si autem ignoranter admittatur,etiam is qui nullo modo de consensu admittentium potest interesse electioni , vel iudicio,adhuc tenet quod agitur,argum.ff.quod cum fal.tuto.l j.§.j. quia principalis admittentium intentio est procedere , siue cum aliis, siue per se tantum , si alij interesse non debent, argum.ff.de iniur.eum qui.§.si iniuria.& sequen. Porro si scienter, & sine protestatione talis admittitur,non valet quod agitur,infra eod.Massana,infra de offic.deleg.cum super abbatia.supra de cōsuet.cum dilectus.§.quia nobis. vbi de hoc. † Quid si excommunicatus cum protestatione admissus , scrutetur vota : puta, quia tanta est multitudo excommunicatorum , q̃ nec aliud fieri potest? Rū.dissensio est. Aliqui enim dīt,q̃ in tali casu nō valet electio subsecuta , sed videtur recessum a protestatione, argum.ff.de procurato.cap.fin.ff.de appell.solicitudinem.ad finem. Alij vero dicunt, q̃ nihilominus tenet, ex quo aliquid fieri non potest, & hoc approbat dom.nost.Quid si talis eligat? eadem dissentio potest esse:veruntamen in talibus, & consimilibus consilium est,q̃ si excommunicati manifesti sunt,qui uitari non possunt, & protestatio fiat , & nihilominus non excommunicati , q̃ cito poterunt,nacta oportunitate per se tantum eligant. Nam in tali casu secunda electio tenet,non obstante prima.ff.de appel.constitutis. & protestatio facta operatur, vt id , quod cum excommunicatis actum est per non excommunicatos, ipsis non debeat impurari. Multo fortius debet valere electio non excūmunicatorū,si facta fuerit vno contextu,vt ff.eo.dudum.& s.eod.congregato.Vbi autem excōmunicati non sunt notorij,nec conuinci possunt.non solum non sunt expellendi,imo etiam sunt vocandi,argu.vj.q.ij. c.i.& ii.xxiij.q.iiij.iubemus a, & expressius,ff.de procurato.cap.fin. Quid si etiam notorius excommunicatus ignoranter a capitulo admittatur? Respon.nihilominus valet electio,dum tamen capitulum ignorantiam probet. Nam ex quo notorius erat,præsumptio est contra ipsum,arg.s.tit.j.c.i.§.quod nec sufficit.& s.eo. innotuit.§.parcentes.ff.vt beneficia ecclesia.cap.vnico.§.j. versi.quoniam. Quid si aliqui sciunt,aliqui ignorant? Respō.protestentur scientes,& procedant,arg.C.de iudic.rem non nouam,vel si maluerint,appellent ex hac causa. Nam si coram superiore excommunicationem notoriam probauerint,cassabitur quicquid post appellationem fuerit attentatum,extra do.no.eod.tit.statuimus. lib.vj.& s.eod.auditis.nec proderit allegatio ignorantiæ. Nam & in dubio appellationi probabili fuerat deferendum ff.de appella. cum speciali.§.excessiu. Et q̃ dictum est de excommunicato idē intelligas de suspenso,& interdicto, & alio quolibet, qui iure publico eligere prohibetur,secūdum dominum nostrum,cuius est hæc glo.quasi tota. Vel dic,vt not.de hac materia.ff.de sortilegi. cap.fin.§.fin.super verbo,in talibus. [In ea.].f.electione.[Fuisset.] sed tamen non fuit. Vnde hoc supplementum potius in facto, q̃ in iure consistit,vt patet ff.de cler.excom.min.si celebrat. Vel dic vt ff.[Eiusdem.] subaudi, vel ex eo,q̃ idem electus simili vinculo ligatus erat,quod eligentes minime ignorabant,& secundum hoc supplementum in iure consistit. Talis enim eligi non potest. ff.de cler.excom.min.si celebrat. [In simplicis.].i.minoris,vel maioris non solennis,quia participarunt in crimine criminoso,vt ff. de sent.excom.nuper.§.in primo. & c.quod in dubiis.§ illi. Dic, vt ibi, & sic similiter supplementum in iure consistit. [Excommunicationis.]non solennis anathematis.xj.q.iij.debent.& cap. cum aliquis.Excommunicati†enim maiori,nec eligere possunt, nec eligi.ff.de appella.constitutis. Item qui interdictum violāt.s. de postula.prælat.cap.j.& cap.fin.& ff.de cleri.excom. postulastis. Item suspensi. quod dic,vt not.s.de consuet.cum dilectus. §.quia nobis.[Laqueum.] Minoris excommunicationis, & sic nihil supplet.ff.de cleric.excom.si celebrat nec enim talis maiorem excommunicationem incurrit.xj.q.iij.quoniam multos.nisi communicaret in crimine.ff.de senten excom.nuper.& sic intellige. xj.q.iij.excellentissimus, vel quando participes excommunicantur monitione præmissa . Aliter enim in ipsos lata sententia hodie nulla esset.quod dic, vt leg.& not.extra dom.nost.de sent.excom.statuimus.lib.vj.secundum hoc autem, scilicet si de maiori, vinculo hoc intelligas,multum suppletur, vt in cap.allegato.li celebrat.& in his,quæ notatur in præceden.glos.

1 2 3 4 5 6

ADDITIO.

a ¶Iubemus. Credo q̃ voluerit allegare.c.infideles.e.cau.& q.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, sex, quomodo intelligatur.*
2 *Errorem dominus procuratoris nudo verbo infra triduum reuocat.*
3 *Confessio procuratoris, an domino obsit.*
4 *Numerus si numerum excedit, tamen semper collatio plena fieri debet.*
5 *Compromissum per capitulum fieri non potest, nisi omnes sint concordes.*
6 *Electus a prælato, & capitulo censetur, habere duas partes.*
7 *Conuentus quomodo, & quando prælato succedat.*
Vod in dubijs. Simile principium . ſ. de consecra.eccl.quod in dubijs [Hi præterea.]scilicet clerici.[Collatum.] A prę lato ecclesiæ,[Sponte.]Aliud si inuiti.ſ.quod me. cā. ad audientiam.[Resignantes.]Non videtur,cp resignatio teneat, arg.xvj.q.iij.denique.s.e admonet.C.de defen.ciui.l.penul.in Authen.de defen.ciui.§.interim.col.iii.ff.de orig.iu.l.ii.§.& cum placuisset.xvii.q.ii.Gonsaldus.& hic sequitur.quod verum est quantum ad superiorem. vii.q.j. si qui vero.& cap.si quis presbyter.& argumen.xxxiii.q.v.mulier. vel ecclesiam , quæ ipsum potest repetere , vt nota. s. titu. ij. quanto. §. fina. tenet tamen quantum ad renunciātem.nam ad modum accepilationis inutilis habet in se pactum tacitum ne repetat. ff.de pac.si vnius.§.pen.ff.de acceptil.si acceptilatum.vii.q.j.cos.arg.contra.ff.de acceptila.an inutilis.ſm.B.Vnde procedat hæc glo. non video.quia & textus dicit, cp non tener renunciatio . Nec dicit, cp ius suum amiserunt, sed cp sunt beneficiis spoliandi,vt sequitur.Vnde scripsit hic.d.n.cp
1 si ralis†resignatio non teneat," tamē priuari potest. quia deliquit
a sed ante sententiam non amittit proprietatem beneficij.xvij.q.ij. Gonsaldus.Secus de possessione,vt s.e.super hoc.& hæc vera sunt in beneficiis iam canonice acquisitis. Secus in acquirendis,nam in illis tenet renunciatio in manibus , etiam nō sui iudicis facta, ſ.e.veniens.ſ.de his quæ fi.a ma.par. ca.ex ore.Sed nec sufficit authoritas prælati relignationem recipientis ab illo, qui beneficiū canonice acquisiuit , sed requiritur consensus canonicorum ecclesiæ quam relignat.xix.q.ij.statuimus.lviij.di.si quis de alterius ſ.de sta.mo.monachi.in fi.ſm.d.n.Sed nunquid est consensus capituli catheralis ecclesiæ requirendus? Rūdeo non.nisi forsan agatur de persona in dignitate,vel personatu constituta.Vel alias ec-
2 clesiæ pervili , de cuius subtractione detrahitur honori ecclesiæ, vel periculum immineret.† Tūc enim quia arduum censetur negotium , esset sicut in aliis arduis capitulum requirendum. ſ. de
3 his quæ fi.a prela.nouit.& c.quanto.Sed nec†valet renuciatio prelati facta in manibus subditorum, vel etiā canonici facta in manibus fratrum,vel præpositi sui.ſ.e.c.pe.& fi.Immo necessaria est authoritas episcopi vel confirmatoris.s.e.admonet.nisi forsan ad præpositum institutio,& destitutio pertineret ſm. d. n. Et adde, quod no.ſ.de of.archi.ad hæc.§.fi.[A laico susceperunt.Ideo spoliantur beneficiis, vt sequitur . Et suspensi sunt a cōmunione sacramentorum.xvj.q.vij.si quis deinceps.& c.ie. & possem excōicari.ſ. de iure patro.præterea.Et in maioribus beneficiis fiunt irregulares.s.de elec.quisquis.[>poliandi.]i.per sententiam priuan
4 di.vel si notorium sit amouendi.& sic quandoque spoliatio†licita est.nec in vitium sonat. si.ſ.de pac. cum clerici.ver.pe.[Firmitatem.]nisi quo ad detrimentū suum, vt patet in præcedenti glo.

ADDITIO.

a ¶Non teneat.Adde an resignatio beneficij facta in manibus laici teneat do.Hen.Bo.hic.

SVMMARIM.

1 *Vituperium est totius cleri.si in ipso inueniantur aliqui mendicare'.*
2 *Depositio,dummodo corrigibilis sit subueniatur.*
3 *Incorrigibili,etiam exurienti panis tollitur ne iustitiam negligat.*
4 *Male meritus debet egestate publica laborare.*
5 *Renuncians episcopatui,retinet ordinem episcopalem.*

CAP. IX.

D supplicationem instātem, vt no. s.e.c.i.[Eo.] i.ca
ratione.[Quod.]i.quia.[Secure morari.] forsan.propter intemperiem aeris.lxxiiij. di.quorundam.Velini micitias capitales. s.de elec. bonæ me.i. ſ.e.c. fe.§. propter malitiam.[Ad illam.ſ. ecclesiam. [Et ſ.] Hic continetur , cp archiepiscopus mittit ad papam pro obtinenda gratia subsequēte. ¶ Ne
1 vero.]ij.pars.[Idem.]ſ.archiepiscopus.[In vituperium.]No.cp vituperium est totius cleri.si in ipso inueniatur aliquis mendicare, sed potissime episcopis, per quem ecclesia est regenda, vt hic.& xciij.di.dyaconi. ibi.mendicat infelix. &c.x.q.j. cpm.ſ.c.ca.seq.§. pro defectu. Sed heu, quia multi hodie locum apostolorum tenent, qui officio abutuntur:quia non diuidunt, prout vnicuique opus est. Sed sibi vendicant vniuersa, contra id , quod le. actu.ij. G. & iiij. G. Vel cōsanguineis conferunt contra id, quod legitur &.no.ſ. de præben.graue. [Mandamus quatenus.] construe sic. Mandamus quatenus beneficium,quod de liberalitate regia &c. ad sustentionem huic prouidendū est qđ non crimen . abducit,
2 sed necessitas. vij. q.j. quamuis sit triste Nam & deposito†dum-
3 modo corrigibilis sit,subueniatur. l.dist.studeat. Incorrigibili†vero etiam esurienti vtilius panis tollitur ne iustitiam negligat,quā frangatur, vt seductus iniuste acquiescat. v.q.v .non omnis. quia
4 & male† meritus debet egestate publica labore.ff. depositi.bona fides.Et tandē quando ecclesia non habet vltra quid faciat,per se cularem comprimendus est potestatem . ſ. de iudi. cum non ab homine. §. fi. ¶ Cui.].iiij. pars.ſ.archiepiscopo olim.[Concessimus.] quare te inuito hoc facere potest.ar.ſ.de cleri.non resi.fraternitati.ix. q.iij.cuncta per mundum. & c.per principalem. Sed contra.s.ti.j.ex tuarum.dic, vt no.ſ.super verbo officium episcopale, & super verbo. valeat.[Absque pallei.] videtur ergo, cp nisi exceptum fuisset, palleo vti posset. Et sic facit pro opinione Io.& magistri mei,vt no.s.ti.j.ex tuarū.Sed dic cp hoc ideo dicit qa illo vtiſnō debet.ex quo eccliā archiepalē dimittit,vt s. de postu.p.bone ii.§ fi.[ossim epale.]ēt ordines celebrādo,sed de tua īnia,vt i se. gl. Alias autē celebrare solenniter,etiam posset,& etiam prædicare,nisi prohiberetur quod dic,vt no.s.ti.j.c.fi.Sed dic,cp etiam sine licētia pōt hoc facere in locis exēptis,vel de alienis clericis sibi missis, vt indulgentia aliquid operetur.[Valeat.] de tua licentia autem

aurem sine præiudicio no graui, vt in præcedenti glo. ar ſ. de of. dele. super eo ſ.de priuil.in his. Abstineat ergo a iurisdictione nō subditorum nisi iniuratus fuerit. quod dic,vt no. ſ.ti.proxi.ex tuarum.alioquin non bene seruaret,quod sequitur. [Tibi tanquam Metropolitano &c.] sic ergo licet defendere. Sed contra. C.quēadmodum ciuilia munera indicuntur.l.ij.li.x.& s.de transla.epi. c.i.So.hoc verum est,nisi causa subsit, vt hic,& ar.ſ.vt lite noñ cō testa.quoniam frequēter. §. sinaurem de carnali coniungio.in fi. Et ex hoc etiam,quod hic dicit no.cp si renuncietur archiepiscopa-
5 tui†nihilominus retineturordo episcopalis.ſ.de ord. ab episcopo.c.i. sicut & vides per conuersum modum, cp promoto archidyacono in præsbyterum ordo dyaconatus nihilominus retinetur.Et per consequens officium archidyaconatus,in quo fuit deceptus Rauennas,credens,cp talis tanquam adeptus maiorem ordinem. ſ. præsbyteratum, minorem. ſ. dyaconatum amisisset.& sic archidyaconus esse desisset. ar.pro ipso.ff.ad muni.municeps esse desit.ſ. de præben. de multa . Sed illa iura locum habent in realibus, quæ ex nos sunt. Secus in ordine.cuius caracter animæ infigitur,& ideo nec definit, nec deletur,vt no.s.de transla.epi.inter corporalia. & ſ. de sacra vnc. c. vnico . Ideoque nihilominus remansit dyaconus. & per consequens archidyaconus cōpulsus per Rauennatem in præsbyterum promoueri,vt.lxxiiij.dist.gesta. & c.vbi ista didicisti.[Impensurus.] vsquequo cessabit persecutio & timor mortis . nam postea iure postliminij recuperabit ecclesiam.vij.q. j.pastoralis. Et ar.xxxiiij.q.ij.cum per publicam , alias per bellicam.xvj.q.iij.prima actione ſm Gof.quod non puto verum,cum hic ex toto renunciauerit, vt.s.dixit.vij.q.j.quam periculosum.Sed nunquid posset talis eligi in episcopum,vel saltem
a postulari?[Dicunt quidam,cp non, ne dearchiepiscopari videatur,vt s. ti.ij.c.j.rñ.j. vbi & hæc quæstio est notata. Et quia non licet descendere.xciij.dist. legimus ad fi.Tu dicas contra.Talis enim,quando renunciatio sua fuit admissa , dearchiepiscopatu extitit,& episcopatus remansit, vt patet in eo, quod no. s. e. super verbo,tibi tanquam Metropolitano. ergo de tali non potest fieri quæstio, vtrū archiepiscopus possit assumi in episcopum . Immo necesse est cp quæramus,vtrum episcopus nullius ecclesiæ specialis. possit assumi in epm ecclesiæ cathedralis. Et est rñdendum,cp sic quia ex pressus casus est.ſ.e. post translationem.quod dic,vt ibi legitur & no.Ex quo enim potest sibi assignari beneficium ad sui sustentationem , vt hic , multo fortius ad proficiendum in ecclesia Dei, & lucrum animarum quærendum,vt non sit in beneficio otiosus, sed potius in episcopatu laboriosus,viij.q.j.qui episcopatū.& ſ.c.proxi.rū.j.& §.alia vero.& §.nec putes,& præcedenti. Ex quorum mente asserimus, cp ēt archiēps vnius ecclesiæ, in qua ꝓpter patrā curam parum potest proficere,posset & deberet transferri ad episcopatum spaciosum & laboriosum , in quo magis posset proficere,quia in talibus non est tantum attendendus honor,seu magnitudo dignitatis, quantum vtilitas proficiendi & animarū lucrum,vt patet.vij.q.i.?cias.ſ.e.c.i.s. ti.ij. c.fi.s.de elec. in causis.in fi.ſ.de regula. licet.§.illa. Translatio autem sine Papa expediri nō potest,vt patet in eo,quod legitur & no ſ.de of.le.quod translationem, qui hanc debet concedere, & postulationem concordem admittere.ex quo ecclesiarum vrgens necessitas, aut euidens vtilitas hoc expoſcit, vt patet in eo, quod le.& no.s.de elec.cum nobis olim.§.fi.& c.in causis.in fi.

ADDITIO.

a ¶Postulari.Adde do.Anro. de Bu hic post istum & Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Hieremyas vitam actiuam habuit,& prædicationem instituit.*
2 *Obedientia meritoria est,quæ de voluntate propria nihil habet.*
3 *Rationabilia sufficientia,non ficta,quæ sint.*
4 *Cautela seruanda,quæ contractum non ledit,& iura inducit.*
5 *Dictio forsitan , non semper dubitat sed aliquando affirmat.*
6 *Episcopus pro nullo crimine quantumcunque graui , sine licentia Papæ potest renunciare.*
7 *Crimina digna depositione,quę sunt .*
8 *Licentia Papæ est necessaria in episcopis qui titulum habent.*
9 *Morosus nemo in confitendo esse debet.*
10 *Crimina impedientia officij executionem etiam post peractam pœnitentiam.*
11 *Res est contra naturam pene,vt quis sine peccato viuas.*
12 *Nemo peccat legis authoritate.*
13 *Morbus sonticus,qui dicatur.*
14 *Feruor spiritualis ad superiora conscendit.*
15 *Ignorantia si proueniat ex defectu sciemiæ non est peccatum,sed pœna.*
16 *Stultus est qui in eo se existimat vt bona quæ viderit discere contemnat.*
17 *Quilibet debet esse paratus a collega,etiam nedum anniculo edoceri.*
18 *Pedem si alterum infoueam haberem adhuc addiscere vellem.*
19 *Excusari non potest cp prætextu ignorantiæ,qui discere potuit , quòd ignorat.*
20 *Charitatis laudes,& effectus.*
21 *Qui non mutat mentem,non mutat sedem.*
22 *Iure suo quis priuatur ex causa.*

23 *Persecutio duplex intrinseca & extrinseca.*
24 *Vtilitas publica priuatæ præfertur.*
25 *Veritas iustitiæ est duplex.*
26 *Consuetudo contraria primam veritatem non tollit,sed bene secundam.*
27 *Prælatus debet se opponere murum pro domo israel.*
28 *Patria defendenda est.*
29 *Ecclesia sine corporalibus non subsistit.*
30 *Boni nunquam deserendi propter malos.*
31 *Maius bonum minori præferendum.*
32 *Prælatus plerunque in lupum conuertitur.*
33 *Quod semel repudiatum est reintegrari non concedit.*
34 *Ius eligendi Papam diuinum est.*
35 *Ius publicum peccato priuatorum immutari non potest.*
36 *Renunciatio debet fieri in manibus sui iudicis.*
37 *Renunciatio siue repudiatio quandoque inefficax est.*
38 *Pactum quid sit.*
39 *Omnes possunt Cardinalibus dicere,date nobis patrē cū non habemus Papā.*
40 *Debitum soluendum nullæ exceptiones obstant & quale sit.*
41 *Debita quatuor ad Cardinales spectant soluere.*
42 *Ecclesia Ro.mori non potest.*
43 *Renunciationes nullæ quæ sint.*
44 *Nemo se facere aliquid iubet,aut petere prohibet.*
45 *Dominus quis non desinit esse per nudam voluntatem.*
46 *Nemo potest sibi legem imponere a qua non licet recedere.*
47 *Nemo potest se ipsum ex communicare,nec instituere,nec baptizare.*
48 *Destituisse videtur non qui detulit,sed qui in totum renunciauit.*
49 *Nemo de seipso potest facere suspensionem temporalem.*
50 *Penitentia ecclesię est vtilis,& nemini captiosa.*
51 *Consensus perdurat donec dilanietur scrutinium.*
52 *Qui semel noluit petere bon.possessionem statim perdit ius petendi.*
53 *Negans se velle accusare vlterius non auditur.*
54 *Ambitiosa causatio est repellenda.*
55 *Quod a pluribus quæritur facilius inuenitur.*
56 *Vbi multa consilia ibi salus.*
57 *Iuri eligendi prælatum & maxime Pontificem renunciari non potest.*
58 *Pactum expressum simoniam inducit.*
59 *Simonia per penitentiam aboletur.*
60 *Mora vltima semper nocet.*
61 *Seueritas disciplinę quandoque debet dormire.*
62 *Mali sunt tolerandi propter bonos.*
63 *Qui nimis emungit sanguinem elicit.*
64 *Subtilitas commendatur.*
65 *Scandalum an potius vitandum quam peccatum mortale.*
66 *Certum tene,& incertum dimitte.*
67 *Iustus quandoque in Doctrina sua perit.*
68 *Cepta inordinabiliter ordinabiliter sequi non possunt.*
69 *Illud solum possimus,quòd iuste possumus.*
70 *Peccata latentia an irregularitatem inducant.*
71 *Irregularitas sumitur pluribus modis.*
72 *Episcopi generaliter dispensare possunt exceptis casibus prohibitis.*
73 *Hortator viduitatis esse non potest,qui coniugia frequentata.*
74 *Suspensus ab officio celebrans irregularis est.*
75 *Dispensatio quando sit debita.*
76 *Dispensatio quando sit prohibita,vel promissa.*
77 *Deus est zelotes.*
78 *Dispensare quid sit.*
79 *Signum concordantiæ coniunget dextras.*
80 *Vbi Episcopus Dei ibi libertas.*
81 *Vtilitas communis,priuatæ est præferenda.*
82 *Euentus mortalitatis non est in medico imputandus.*

CAP. X.

† **N**isi cum pridem Scribit hic archiepiscopo Carthalēn. Alias Calaritano † cessionem perenni,vt sequitur,& sub de cisione sequenti plenius continetur. [Cessione.]vt & ideo cedas, cp ad religionem transeat, prout sequitur.[Frugen] i.fruitionem.ſm Gof. Vel.i.plenitudinē, seu vbertatem.Vel.ſm. do.no.si credis vitam ꝑplatiam meliorem esse, quam actiuā. & hæc est prima cā. [Promittes.] i. promissam intelligas. & sic te inspirandum & sanctum credas, & cp per hoc magis Deo placeas.[Sanctificato.]ſ.Hyeremia.Hicē.j.b.qui vita †actiuā habuit,& ꝑdicationē instituit.ſm.d.n.[Iam susceptæ.]ar.C.de act.& ob.sic in initio.ſ. de voto.per tuas.[Ministeriū.] quod priuilegiatū est.ſ. de sta.mo.quod Dei timorē.[Cum ille.] ¶Hyeremias sic ordinat literā hanc.C ū ille tandē verbū Dei ꝑdicādū receperit.[Cuius.]ſ. verbi Dei.[Baiulus.i. deportator.seu ꝑceptor. [Fieri recusabat.] dicētes.a.a.a. domine Deus,eccę nescio loqui.e.c.& viii. q.j.in scripturis. [Quod si forsan.] ver.alias forsitan eo ipso.[Quòd renimis &c.]vsque[Pertinacem.]i.valde tenacem.i. durū , & quasi errando perseuerantē.[Videris humilitatis &c.Ceruicē.]a ſs verticē [Cum

ADDITIO.

† ¶mmo episcopo Arelaten.vt patet in suprascriptione.

[Cum p eã.]alias & cũ & p eã.[humiliratẽ.[Sublimẽ fugies.]nõ appetendo.j.q.vij.c.fi.[Et.]subaudi,cũ iam susceptum,& hoc est, quod supra dixit prædicationis iam susceptæ. [Per obedientiam
2 &c.]Talis enim obediẽtia ¶ meritoria est quæ. f.de proprio. i.de volunt ate propria nihil habet. viij. q.i. sciendum.[Non dimittes.]hic pater, ꝙ istæ duæ cauſæ niſi aliud iungatur,non ſunt iuſti cientes.[Ita que.]vt de ſufficientibus notiriam habeas.[Inueri te oportet &c.]& ſic continuatur ſequenti. §. ¶ Intueri te.] ii.pars. [Volumus.]ad inſtitutionem tuam,& multorum aliorum. ti.j. de ſacra vnc.c.vnico.rñ.j.in fi & j.vt beneficia eccle.c.vnico rñ.i.
3 in fi.[quia hæc ſunt illa.[ſufficientia¶rationabilia,non ficta [Per quæ cedendi &c.] poteſt & debet,vt patet in ſequentibus.[Conſcientia criminis.]ver.prima cauſa.[Debilitas corporis.]ver.ſecũda cauſa.[Defectus ſcientiæ.]ver. tertia cauſa.[Malicia plebis.] ver.quarta cauſa.[Graue ſcandalum.]ver.quinta cauſa.[Irregularisque perſonæ.]ver. ſexta cauſa.quæ omnia proſequendo per ordinem qualiter intelligi debeant, manifeſtat. non enim ſunt ſimpliciter intelligenda.& ideo ſequitur. [Sed in his omnibus.]
4 ver.[Obſeruanda.]eſt cautela.]quæ nec contractum lædit.ff.mãdati.qui mutuam. & iura inducit. ſ.de elec.licet.¶ Propter conſciam n. criminis. iij. pars. Alias ſine.n.[Fortitã.] Sub dubio forſan loquũtur ſæpe periti. philoſophicum.n.fuit temperamentũ,
5 nec notat¶duãrationem, ſed affirmationem,ſicut innuunt verba ſequentia.ſi.xxxiij. q.ij.admonere. de pę.diſt. j.quamobrem.ff. de reiven.item ſi verberatum.§. i.j.de procu. tu r.[Non cunctibet.]ſcilicet criminis.[Propter quod.]ſcilicet crimen. [Ipſius.]ſ. percntis licentiam.[ꝙ vecu.io.]ex loco ſito colligitur,ꝙ pro nullo crimine quantumcunque graui[a] poteſt epiſcopus i cedere ſine
6 papæ licentia , quia nic determinatur, quæ ſunt illa, propter quæ poteſt peri licentia.& ſ.§.proxi.in prin.& ar.j.c.proxi §.quãquam.ver.vnde quidam.vi.q.ij.denique Suffredus.ff.de admi.tu.
7 tutores §.curator.ver.quæ ſe. ¶ Etiam ſi tales ſint qui titulum nõ habeant,ſicut Simoniacus,& intruſus.In morte tamen ſtante periculo poſſunt renũciare.ar.j.de ſen.excom.non dubium.xvii.q. iiii.ſi quis ſuadente.T.& Io. cõtra.quia tales.i.Simoniaci & intruſi titulum non habent, ſed raptores & inuaſores intelliguntur. j. q.j.ordinationes. Et ideo ſine licentia papæ tenentur cedere.quia quanto plus tenent.tanto magis peccat , vt §. de conſue.c.fi. Ar. ff.d. condi.ſur.ũ pro ſore.§.pen.xiiii.q.vj.ſi res.ſunt enim licentia canone.j. q.i.ſi quis neque. Era vero ſumo pontifice, f.Chriſto , qui conuerſionem peccatoris feſtinam deſiderat. dicens pe-
8 nitentiam agite.In aliis¶vero qui titulum habẽt , neceſſaria eſt licentia.j. e.c.i.§.i.ver.ruruſus.& ſequenti.§.Sed hæc opinio euidenter reprobatur.j.e.c.§.verum.vt ibi no.&.c.poſt.tranſlationem.§. j.ver.ruruſus.& ibi no. & j.de regula. licet.§.illa.de pę.diſt.j.penitentiam agite.vbi manifeſte probatur,ꝙ abſolutio ſacerdotis neceſſaria eſt.ſed hic non eſt ſacerdos, niſi papa,vt.ſ.de tranſla.epi.per totum.Vnde & Chriſtus ait leproſis Lu.xvij.c.ꝙ oſtẽderent ſe ſacerdotibus in plurali, & non ſacerdoti in ſingulari . Minori.ſ.in minoribus.medio in mediis. ſummo in ſummis.i.in illis,quæ ſẽdes apoſtolica ſibi ſpecialiter reſeruauit.ſ.de tranſla.epi c.j.Sic ergo ſacerdos ſimplex non poteſt abſoluere de caſibus epiſcopo reſeruatis. Nec epiſcopus de his,quæ ad papam pertinent,niſi illi & iſti ab illo, qui poteſt, ſpecialiter committatur.ſicut alias legitur. j.de of.leg.excommunicatis.ſic intelligas de pę.diſt.j.conuertimini. Eſt ergo prima opinio approbanda.quia & ſi alias valde vtilis eſſet & neceſſarius,dummodo contritus eſſet,poſſet cum talibus diſpẽſari, & pro pœnitentia inungi,ꝙ non otium ſectando, ſed laborando vtilitatem eccleſiæ procuraret.arg.j.e. §.perſonæ vero neceſſitas.ſ.de elec.in cauſis §.ñ.xl.diſt.ante omnia. Vel poſſet ceſſio recipi ad ipſum vitium omnino purgandum , & breui manu reſtitui.ſicut alias fit.ſ.de tranſla.epi.inter corporalia.§.fi.j.de accu. ad peritionẽ Galteri. ad fi.qđ magis iuri congruit.ſ.de elec. ſi alicuius.j. de ſimo.qm̃ ſimoniaca.Illud etiam cocedo, nedum in ſupradictis criminibus ſimoniæ. ſ.& intruſionis.Sed & in aliis omnibus.in quibus habet conſcientiam remordentem,ꝙ inſtãte periculo mortis in manu etiam ſacerdoris ſimplicis, ſi archiepiſcopus abſit.Vel etiam in mente tua, ſi alius deficiat, omnino renunciat. Sub hac tamen conditione ſi papæ placuerit , ipſumque ſi conualuerit, quam citius poterit,adeat,vt demum eidem pareat humiliter & deuote. ar. j. de ſen. excom.ca noſcitur. §.fi.
9 cum ſuis concor. ſed & in vita caueat, ne,† moroſus exiſtat.ar.j. de conceſ. præ. quia diuerſitatem. §. ſit tamen. & iuribus allegatis.ſ.e.ver.T.& Io.Et quod etiam fructus ſuos non faciat, ſed fideliter cuſtodiat, & in vtilitatem eccleſiæ ominino conuertat.Ar. j.de of. archi. cum inter vos.quia ad reſtitutionem tenetur.j.de præben. dilecto. §. fi. vbi de hoc. Puto tamen, ꝙ de licentia proprij ſacerdotis(quem poteſt ſibi eligere.j.de pœne pro dilatione) poterit vinæ neceſſaria ſtricta, ira ſolum,ꝙ non elegit, perci, er: & habere. ar.lxxxvj. diſ. non ſatis.& c. paſce.Et vtinam hæc toto corde aduerterent hi,qui precibus indignis , vel precio , vel alias minus canonice aliqua beneficia ſunt adepti. argu. j. de æta.& qua. tuam in domino.vbi de hoc. Nã initium in talibus eſt ipſe ſtandum ſu. de elec.dudum j.& ii.vbi de hoc. D. n. ſcripſit hic ꝙ & ſi titulum non habeant, tamen poſſeſſionem,facti, quam habent,non debent dimittere ſine licentia papæ, ſed a ſubiectis eccleſię abſtinere debent.i.fructibus. Ar.j.c.proxi.§.j.ver.ruruſus. Et idem in omnibus.ſuſpenſis ſine ab homine, ſiue a iure dici poteſt ſm.d.n.dic,vt præmittimus.[impeditur.]Sed quæ ſunt hæc, multa enim ſunt quæ non impediunt.l. diſtin.de his. Dicas ꝙ q̃dam ſunt gratia & enormia,de quibus loquitur.in quibus etiã poſt pœnitentiam diſpenſare non conſueuit, vt homicidium.l. diuina.miror. Aliqui tamen dicut,ꝙ ſi ſit occultus,licet ſibi bene conuenerit ſibi abſtinere poſt pœnitentiam,non tamen ei præcipitur.l.diſ.de his cler.c.s. quod non placet. d.n.& bene. quod dic,vt no.j.de tem.or.c.fi.Symonia in or.inc. j. q.i. erga ſymoniacos.Vel etiam in beneficio quo ad ipſum beneficium retinendum:ſicut legitur de iſtis tribus cæcis j. de accuſa. inquiſitionis.rñ.j. ver.in quo quidem . Item ſi quis in contemptum clauium excommunicatus,vel ſuſpenſus,vel interdictus ſe faceret ordinari.j.de ſen.ex.cum illorum §.hos ad ordines.Vel præſumpſerit celebrare.xi.q.j.ſi quis epiſcopus in concilio. j.de vi. & ho.cle.vt clericorum.§.ii quis igitur.Vel beneficia conferre, ſeu recipere a contemnente.Vel interdictum papæ violante. j. de excet.præ.tãta eſt clauis.Item faltarius domini papę.j. de cri. fal.ad faltariorum.§.i.Talis tamen ſm .d.n.ſi occultus ſit. poſt abſolutionem & pœnitentiam acta.n fine peccato ordinatur. Nec poteſt petere ceſſionem,cum nec aliquo iure caueatur , ꝙ infamis ſit ipſo facto Item hæreticus.j.de purga. ca inter ſolicitudines.& exhibentes eis eccleſiaſtica ſacramenta. j. de hæreti excommunicamus.i.§.ii vero clericos.& §.fine clerici.Item ſodomiticus.j.de excet.prela.clerici.Item pœnitentiam peccatorũ denudans.j.de pœni.omnis.§ fi.Item incorrigibilis, & nimium in contumacia perſeuerans.j.de dolo & contu. veritatis.§. fin. xxiij.q. +.forte.j.de iudi.cũ nõ ab homine.Item notorii crimen de facto,vel de iure.j.de tem.or.c.fi.Item vtens officio allatinorum aut ipſos receptans.vel defendens.vel occultans quamuis exinde mors etiam non ſequatur.vt extra.d.n.de homi.§. ſacri. conſilii.li.vi.& demum ſm Io.omne delictum quod ipſo facto inducit infamiam ciuilem.iij.q.vij.§. porro. Item infamia delcendens ex delicto,per ſententiam declarato,quia.

Pœne poteſt demi,culpa perennis erit .

Licet enim per pœnitentiam culpa tollatur.infamia tamen minime aboletur.i.q.iij.§. hinc autem colligitur. In his ergo.xxiij. caſibus.& aliis quatuor notatis.j.de ſacra.non iter.c.ii.rñ. j.& ſimilibus.ſ.de reſcrip.inter cęteras(ſi qui reperiantur, quæ poſt pœnitentiam impediunt ordinis executionem, aut beneficii retentionem,debet epiſcopus petere ceſſionem, cum alias pœnitere non poſſit.Et idem dicunt quidam de apoſtata.j. de apoſta. ca.fi.Et de ſchiſmatico.j.de ſchiſmati.c.j. Et de intruſo. xvj.q.vij. ſi quis deinceps.de hoc no.vii.q.i.factus eſt.&.ca.ſe. In aliis autẽ, quę hęc non impediunt, ſufficit per ſolam pœnitentiam ſatisfacere ſuo creatori,arg.j.de ſimo.c.fi.j. de tempo.ordi.c.fi.l.diſt. ferrum.Non ergo occaſione cuiuſlibet culpę committę,& ſi ipſum conſcientia redarguat,dummodo ipſam deponat , tenetur petere ceſſionem,& hoc eſt,quod ſequitur. cũ ſi omnes &c. De hac etiam materia no.in ſumma.j. de tempo.ordi.§.& cui.ſub §.prima regula.Sed hic plenius, & ideo illud per hoc, quod hic no.intelligendum eſt,& ſupplendum. [Cũ ſi omnes.]ver.[Cu-
11 iuſlibet culpę.]Quia res pœne¶contra natutam eſt , vt quis ſine peccato hanc vitam ducat. xxxiiij. diſt. fraternitatis. xxv. diſt.§. nunc autem.Et eſt ſimile quo ad ſcientiam,quę & ſi requiratur eminens in prelato,tamen competens tolleratur, alioquin vix ad culmina dignitatum &c.j.de preben.venerabilis.§. pe. [In illo.]alias ſine illo.[Remanerent.] non debet ergo de cętero ex talibus conſcientia erronea cruciari , cum ſit ad tãi prelati nõ ſolum conſilium,ſed determinationem declaratam per hoc.ca.
12 deponenda,vt.j.de ſen.ex.inquiſitioni.quia † nemo peccat legis authoritate.xxiij.q.iiii.qui peccat.Si quis tamẽ ſit,qui ipſam deponere nequeat,ſi ipſam ſequatur,peculũ non euadit. j. de ſimo. p quas.ij.ad fi. ¶ Alia vero cã eſt.] iii.pars . [Debilitas corporis.] alias corporalis.[Non tamen omnis.]ſ.debilitas,ſufficiens cau-
13 ſa eſt.[Sed illa ſolummodo &c.]talis † morbus dr̃ ſonticus,qui cuiꝰ rei agendæ impedimentũ eſt.ff.de ver.ſig.moribus.ff.de reiud.quæſitum.Et talis ſufficit.vij.q.i.qualiter.& c. quis triſte.& ſi nõ petat ceſſionem, dandus eſt coadiutor. quia inuitus credere non cogitur in hoc caſu infra, de clerico debili. ex parte tua. [Paſtorale.]in ſpiritualibus.nam licet in temporalibus nõ poſſet proficere,non propter hoc cogitur cedere,ſed datur coadiu-

tor

ADDITIO.

2 ¶Pro nullo crimine quantumcunque graui poteſt epiſcopus renuncia re ſine licentia Papæ etiam ſi non habeat titulum vt intruſus & ſimoniacus. Quæ autem ſint crimina digna depoſitione. vide Pe. de Ancha. cõ ſi. clvij. & do...nt. hic in.i.&.2.col.

tor,vt in præcedenti glo.& dic bene,vt dixi.ſ. [Nec tamẽ oĩs &c. nam ſi pro qualibet corporali.&c.] Apoſtolus.ij Corin.xij.c.[Senilis debilitas.]Sic.vij.q.j.petiſti.[Moralis.] i. morum.pro talibus enim.ſ. ſenibus maturis retinendis, & ne quis pro qualibet infirmitate deſperet,ſeu frangatur . [De ſe dicit apoſtolus &c.]ij.Corin.xii.f.[Infirmitas corporis.]Etiam ſi ex peccato procedat.dum
14 †feruor ſpiritus ad ſuperiora cõſcendit.quod dic, vt legitur & noſ eo.cap.j.¶ Pro defectu quoque.].v.pars. [Scientiæ.] Qui & promotum deiicit inuitum.j.de ætate & quali.c.fi. [Poteſt.] i.debet, cum inuitus cogatur,vt.ſ.in præceden.glo. Eſt autem notãdum, ſm.do.no.ꝙ ignorantia†ſi prouenial ex defectu ſcientiæ,non eſt
a peccatum[4],ſed pœna.xv.quæſt.j.§.j. Si vero prouenial ex negligentia addiſcendi,aliquibus eſt peccatum.puta,his qui in aliquo officio conſtituti addiſcere negligunt ea , quæ ad officium iſtud ſpectant.xxxviij.diſtin.c.j.& ſequenti.alias autem & ſi quilibet tenea tur credere,vt patet.ſ.de ſum. Trin.capitu.j.& ad operandum ſm ſcientiam,non tamen tenetur addiſcere,ſm.d.n.quod dic, vt no. ſ.de ſum. Trini.ſup ipſa rubrica.[Spiritualium.]vt patet.ſ.de elec. in cauſis.§.fi.j.de hære.excõmunicamus.j.§.adiicimus.& xxxviij. diſt.per totum.[Temporalium.] vt xxxix.diſt.Petrus. [Regere.]x. q.j.regenda.]In vtriſque.]ſ.temporalibus,& ſpiritualib.xii. q.j.præcipimus. in quibus habet liberam & generalem adminiſtrationem.quod dic,vt no.ſ.de elec.cum nobis olim.ad fi.[Salubriter] j.ad ſalutem ſuam. ergo a contrario damnabiliter ipſam tenet,vt patet.j.de æta.& quali.c.pen.[Ei].ſ.eccleſiæ ſibi de facto commiſſæ,vt patet.ſ.de elec.cum in cunctis.[In qua].ſ.ſcientia.i.per quã. [Ipſam].ſ.eccle ſiam.[Ignorat.] Ergo non ſolum ad ſalutem ſuã renunciat,ſed ad vitandum ruborem ipſius defectus, manifeſtiq; patebit riſui matheſeos imperitus.xxxvii.diſt.qui de menſa.& depoſitionis.j.de æta.& quali.c.fi. & ideo ſequitur.[Tu enim inquit dominus &c.]Oſeæ.iiii.c.& xxxviii.diſtin.omnes pſallentes in fi. [Quanquam.]Subaudi.non quilibet defectus ſcientię ipſum impediat, vt repellat.Nam [Et ſi deſideranda ſit &c. Competẽs.] ad
16 quam conſequendam ſemper debet eſſe paratus addiſcere, ne membrum diaboli videatur.xxxviiij.diſtin.c.fi.Stultus†enim eſt, qui in eo,ſe primum eſtimat,vt bona,quæ viderit, diſcere contẽnat.xxii.diſtinc. c. iiii. alias v.Ideoque ad exemplum beati Augu.
17 †debet eſſe paratus a collega etiam nedum anniculo edoceri. xxiiii.q.iii.ſi habes. & iuris conſulti, qui cupiditatem diſcendi ſolam rationem viuendi exiſtimantes, & ſi † alterum pedem in ſepulchro haberet,diſcere quidem vellet.ff.de fideicomm.lib.apud
19 Iulianum.quia non†excuſatur prætextu ignorantiæ , qui diſcere potuit,quod ignorat. xxvij.diſt.c.fi.ff.de bo. poſſeſſ.in bonorum . ff.de iuris & fac.igno.l.regula. C.de ingenu. & manu.l.iiii. [Toleranda.] Quod dic,vt no.ſ.de elec.cum nobis olim.§. penult. & c. congregato.[Inflat].j.Corint.viii.quo ad ſuperbiam.ix. q.iii.ſi autem.viii.q.j.illud inferendum. [Charitas.] No.bonum notabile, quod per ſe patet. & eſt veriſſimum . nam ſecundum Proſperum
20 charitas eſt†recta voluntas ab omnibus terrenis , ac præſentibus prorſus aduerſa,inſeparabiliter Deo coniuncta,& vnita igne quodam ſpiritus ſancti,a quo eſt & ad quem refertur incenſa , inquinamenti omnis extranea,corruptionis neſcia,nulli vitio mutabi litatis obnoxia,ſuper omnia quæ carnaliter diliguntur excelſa,affectionum omnium potentiſſima,diuinæ contemplationis auida,in omnibus ſemper inuicta,ſumma actionum bonarum, ſalus morum,finis cęleſtium præceptorum , mors criminum, vita virtutum,virtus pugnantium,palma victorum , mater ſanctarũ mentium,cauſa meritorum bonorum,præmium perfectorum, ſine qua nullus vnq̃ Deo placuit,cum qua nõ potuit aliquis pec eare nec poterit,fructuoſa in pœnitentibus, læta in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus , operoſa in omnibus fidelibus, ex qua quicquid eſt boni operis viuet.de pę.di.ij. charitas eſt.vt mihi videtur.col.j.¶ Propter autem malitiam.]vi.pars . [Cogitur.] Etiã à ſuperiore ſuo.[Interdum.]Hoc ideo dicit , quia non ſemper,vt j.e.verſ.ſed eſt tamẽ pro qualibet,& ꝙ dicit cogit, intelligitur cauſatiue.ſi.no.ſ.de elec.cum inter. R.ſeniorem , vel forte præciſe,cũ magis prouidendum ſit eccleſiæ,quam perſonæ , vnde ſaltem eſt ad aliam , in qua proficere poſſit,eccleſiam transferendus : quia.
21 ſnon mutat ſedem,qui non mutat mentem.vij.q.j. ſcias.&.c. ſeq.
21 & præceden. ſnam ex cauſa priuatur quis iure ſuo.j.vt lit.non cõteſt.quoniam frequenter.§.ſi autem de carnali. Ad hoc.j.de rerũ permu.quæſitum.§.fi.[Nequeat.]ſ.prelatus. [Apud ipſam.]ſ.plebem.[Quo.]id eſt quanto.[batagit.] id eſt conatur prelatus proficere, ad quod laborare debet : ad quod inducit authoritatem linguam tuam &c.vt ſequitur . [Eo.]i. tanto. [Iuſto iudicio.] ſcilicet Dei . [Permittatur.] ſcilicet plebs , & omnino relinquatur , ex quo predicationem nullo modo audiunt,ſed recipiunt,ſeu pertinaciter contradicunt, ad quod inducit authoritatem. ecce con uertimur ad gentes , vt ſequitur . [Per prophetam.] ſcilicet Ezechielem.iij.G.[Linguam tuam.]Quantumcunque ſatagas,quantũcunq; laboras.[Adhęrere.] Vt non predices, vel vt non fructificet predicatio tua.ſecundum.d.no. [Quia domus &c.]Propter
malos.do.no. [Leguntur.] Act.xiij.G. [Ad gentes.]ideſt gẽtiles [Vos indignos]Nolentes ipſum recipere,& ſic probat, ꝙ relinqui poſſunt.[Non tamen]ver.[Pro qualibet culpa]ſcilicet plebis tuæ ſiue gregis.[Deſerere]Immo diſtinguendum eſt, vtrum tota eccleſia,vel ſolus prælatus quæratur perdendus, & tunc ſi ſint alii,per quos eccleſia tuta ſeruetur,fugiat. alioquin murum pro domo Iſrael ſe opponat,vel ſi omnes mali ſint, tunc etiam fugiat,cum proficere nequeat. Si vero permixti ſint aliqui boni aliqui mali,non ſunt relinquendi boni propter malos, ſed tolerandi mali propter bonos:& hoc totum plenius diſtinguitur.vi. q.j.aduerſitas.& §.ibidem ſequenti , qui incipit.hoc tunc ſeruandum intelligitur.& §.cum vero non prælatorum.& ſequentibus. vſque in fi.quæſtionis.& hoc eſt,quod tangitur etiam in ſequentibus.j.eodem.§.verum ver.quippe.Ad hoc autem, vt de hac materia plenam doctrinam habeas,diſtinguendum eſt inter extrin
23 ſecam,†& intrinſecam perſecutionem. Extrinſeca autem perſecutio dicitur illa,quam patimur a paganis & ſaracenis, ſchiſmaticis , & excommunicatis, & alijs præciſis ab vnitate hoſtibus & inimicis , ac perſecutoribus eccleſiæ manifeſtis. Intrinſeca vero dicitur illa,quam patimur a ſubditis incorrigibilibus,non tamen præciſis ſecundum quoſdam. Vel dic,vt no.j.eodem.gl.in fine.Si perſecutio ſit exterior,aut ſolus prelatus quęritur,aut totus clerus ſiue tota eccleſia. Si ſolus prælatus,vel prædicator, vel etiam ſoci' quæritur,& eſt alius,per quem poſſit eſſe tota ſalus eccleſiæ,cedat ſi vult,& etiam ſi non vult , vbi tamen periculum deſtructionis eccleſiæ,vel magni & periculoſi ſcandali in ſpiritualibus & temporalibus imminet,poteſt cogi,ita tamen ,ꝙ bonum connubiũ alterius prælatutæ ſiue dignitatis ei aſſignetur.ſ. eodem.ca. §. pro
24 graui.nam publica†vtilitas præfertur priuatæ.j.de regula. licet.§. illa. Ad hoc.vii.q.j.mutationes.& c.ſcias.& c.ſeq.& ſic etiam poteſt intelligi.j.de rerum permu.quæſitum.§.fi. Nec obſtat , quod poſſet opponi de furiotis,& infirmis,qui non remouentur. & ſic videtur,ꝙ in eis priuata vtilitas publicę præferatur.vij.q.i. c.i. & c. quamuis triſte.& c.qualiter. & c.cũ percuſſio.Hoc enim non eſt verum.immo ibi ſeruatur communis vtilitas.priuata.ſcilicet in eo,ꝙ infirmus non remouetur:publica vero in eo , ꝙ coadiutor ſibi datur. Sed nec ob.j. de reg.iu.qui ſcandalizauerit.nam diſtin
25 guendum eſt inter† veritatem iuſtitię iuris naturalis, quod in lege & in euangelio continetur,& hæc propter vitandum ſcandalum non eſt deſerenda, vt ibi.& veritatem iuſtitię iuris poſitiui, quam quidem lator canonum poteſt & debet deſerere , vt ſcandalum vitet,& ex iuſta cauſa alia temperare,& relaxare,& in certis caſibus contrarium ſtatuere,vt patet in eo,quod legi. & nota. j.de conceſ.præben.propoſuit. j. de voto.c. j.j.de ſtatu monaco. cum ad monaſterium.§.fina.ſic & primam veritatem non tollit
26 †conſuetudo contraria.ſecundam vero tollit,vt le.& no.ſ. de cõſue.c.fi.Et quod dictum eſt de vno prelato,vel ſocio, idem intelligas & de pluribus.Sed quid ſi ex remotione ſiue tranſlatione talium immineat ſcandalũ ex parte populi,quẽ relinquit Rñ.Hic potius vitandũ eſt ſcandalũ eiuſdem populi,qđ iuſte mouetur de iure poſitiuo,q̃ ſcãdalum perſecutorum, quod iniuſte mouetur. Si aũt tota eccleſia.i.clerus & populus quęritur ad hoc, vt fidem dimittant , ſiue vt perſecutoribus per violentiam ſubiiciantur & ſeruiant, qui hactenus extiterint liberi & immunes, etiam ſi perſecutores chriſtiani ſint,debet ſe prælatus † opponere murũ pro domo Iſrael.xliij.diſt.ſit rector.xxiij.q.viii.igitur.&.ca. ſcire. & ſeq. & hoc intelligas,dummodo ſpes ſit,ꝙ ſe defendere poſſint.Tum ga patria defendenda eſt.ff.de iuſti.& iu.l.i.§.fi.&.l.ij.&.iij.Tum quia periculum eſſet,ſi multus populus marium & mulierum patriã deſereret,& vagaretur per mũdum,& idem dicendum eſt de clericis,ſi multi eſſent,& de ipſis periculum immineret, quamuis in ipſis tanquam ſapientioribus minus periculum timeatur.Quia ſi ſpes non ſit,ꝙ ſe defendere poſſent , ab impugnantibus fugiendũ eſt,vt maius malũ vitetur,ſicut cum filio Dei fugit Ioſeph in Egyptũ.Matth.ij.Vel cõueniant cũ infidelibus,ſiue etiam chriſtianis perſecutoribus, ſi aliter non poſſunt euadere , prout melius poterunt.ita tamen, quòd fidem & ritus ſuos non dimittant . Hoc enim & ſæpe legitur factum in veteri teſtamento , ſed & perſecutione ceſſante ad libertatem ſuam poterunt redire . ad hoc.vii.q. j.ſciſcitaris.&.cap. præceden.xxiij.quæſt.viij.§.ecce ꝙ Nicolaus.& cap.ſequenti.Quid ſi perſecutores ciuitatis dicant , parati ſumus vobis parcere,dummodo omnes clericos expellatis? Reſpondeo. Cum per hoc & ſacramenta eccleſię perdantur,& Doctores fidei amittantur,nec laici debent eos expellere , nec clerici debent exire voluntarij.Quòd ſi laici ipſos nollent,vel non poſſent defende re,tunc poſſent clerici recedere,& tranquillitatem temporis expe ctare,vt in dicto.c.ſciſcitaris,debent tamẽ ſecũ ducere , quos pñt, ne in tanto diſcrimine remaneant cũ aliis ſine ſacerdotibus, & ſacris,& commendandum eſſet,ſi inſpirati martyrium ſuſtinerẽt vij.q.

ADDITIO.

2 ¶Non eſt peccatum.Adde Io.An.& do.Anto.poſt eum hic,qui ſequuntur iſtum ad literam.

vij.quest.j.scitaris. Sed numquid distinguendum est inter maiores & minores prelatos? Respon. sic. Veruntamen etiam de minori dicendum est, quamuis quereatur ad mortem, vile tamē esset, & reprehensibile statim cum transferre vel eius admittere cessionem, imo potius debet superior ecclesiam interdicere, vel claudere, vel reliquias extrahere, sicut alias le. & no. ſ. de iure pa. c. j.ij.&.iij. excommunicare, & tandem ad brachium recurrere secularе. arg. ſ. de cleri. ex. mi. c. j. in fi. cum suis concor. Quod si nec sic compelli possit perfectorie, vt malus malum viterur admittat finaliter cessionem, vt. ſ. no. & ar. xiii. dist. nerui. Si vero sit maior ꝑlatus, puta, episcopus, sibi non potest finaliter mederi sine papæ licentia, vt patet ſ. eo. c. ſi. & quia in remotione episcopi maius periculum imminet, quam in remotione inferioris, cautius est agēdum. xlij. distin. quiescamus, prouidea tur. ergo ei si potest fieri, vel per locum tutum in quo moretur, vel per iocietatem armatorū secum incedentium, vel per alium modum. Quia si nullo modo potest ei mederi, cōsulatur papa, qui si ei videbitur cessionem admittat, vt hic. Quid si non quærantur personæ sed res & possessiones ecclesiæ tantum? Dicunt aliqui, ꝙ non est violenter contendendum, ar. ſ. de homi. sū cepimus. sed contrarium verum est, vt patet in eo, quod le. & no. extra. d. n. de sent. ex com. dilecto. lib. vj.

29 nam & sine † corporalibus ecclesia non subsistit. c. q. iii. si quis obiecerit, debet ergo ꝓlatus & pro his defendendis se opponere murum pro domo israel. exemplo beati Thome Cantuarien. qui & ex hac causa martyrizatus fuit. ſ. de homici. licut dignum. Vbi vero intrinseca persecutio est, & bonum inde exturi sunt cum malis, nunq;

30 boni † deserendi sunt propter malos xxiij. q. iiij. tu bonus. vii q. j §. hoc tunc. nisi alias magis proficere posset, tunc enim superior eā transferre potest, & ipse non male faceret, si hoc peteret, quia ma

31 ius † bonum minori est præferendum, vt no. glo. ver. si persecutio. & se. & ar. vii. q. i. omnis. xj. q. iii. si quis dixerit. & ca. seq. Si autē oēs sint mali, est spes & de correctiōe, expectet, si uero nulla spes est, recedat. vij. q. j. §. cum autem. & c. fi. Et intelligas hic extrinsecam persecutionem esse, quando fit alicui prælato siue in publico, siue in priuato, vel propter peccatum quod ei imponitur, vel propter odium personale. Intrinsecam vero, quando contingit propter peccata aliorum, & tū prælatus odio non habetur. vij. q. i. §. hoc tunc. &. §. cum autem. ſm. do. n. cuius est quasi hæc tota glo [Et fugit.] Cum non sit alius, per quem ecclesia deendatur. [Declinare.] Quando ipse persequitur, & ecclesia per alium regi potest vel quando omnes sunt indurati. [In lupos.] Hoc malum

32 est, sed peius. † est, si prælatus conuertatur in lupum, quod plerūq; fit. vtinam non frequenter. & de hoc no. ſ. de elec. ne pro defectu. [Humiliter obedire.] ar. contra. Viterbien'es arctantes cardinales ad papam faciendum præcise, propter quod ipsos omnes in vna domo incluserunt, ipsam discooperiēdo, & eis priuatas cameras

a subtrahēdo, & ꝙ nisi papam facerent, victualia eisdē subtrahere', comminando, contra hoc, quod hic dicitur, & ſ. de postu. prælat. c. j. § nos igitur. & ſ. de mu. no. & obe. cum inferior. cum suis concor. & ſ. de elec. quiquis. & c. Massana. de quo dic, vt no. ſ. de elec. licet. §. præterea. Accidit autem, ꝙ in illa arctatione grauem infirmitatem incurrit episcopus Hostiensis, adeo ꝙ ei mortis periculum imminebat, propter quod cum aliter non posset obtinere, educi de carcere, renunciauit ea vice in præsentia cardinalium voci suæ. de qua renunciatione inter peritos fuit dubitatum, an' valeret, & multifarie altercatum. Et primo videtur, ꝙ omnino valuit renunciatio, quia renunciare potest quilibet iuri suo, vt patet, C. de pac. si quis in conscribendo. & in eo, quod legitur & no. ſ. de regula. ad apostolicam. §. j. in fi. vnde caueat sibi: quia

Euolat emissum semel irreuocabile verbum.

xliij. distin. §. fi. nec est locus pœnitentiæ in hoc casu. vii q. j. quam

33 periculosum, quod enim semel † repudiatum est, reintegrari minime concedimus. C. de condi. insertis. l. penul. ante fi. ff. de redhibi act. quæritur. §. si venditor. C. de rebus credi. si quis iusiurandū, post prin. nec est vlterius insistendum circa hoc generalibus iuribus, vel aliquibus argumentis. expedirum est enim, & expressum in hac materia, ꝙ renunciatio tenet, quia non cogitur quis eligere, nisi velit, nec venire ad eligendum, quātumcunq; citatus, imò a iure eligendi potest se reddere alienum, vt expresse colligitur. ſ. de elec. cum nobis olim. §. j. ver. item cum post appellationem, & c. bonæ. j. §. fi. &. c. quia propter. §. j. ibi, præsentibus omnibus, q debent & volunt q. d. quia qui non vult eligere, reddit se alienum.

34 ¶ Sed contra.] quia † ius eligendi papam diuinum est, vt patet in eo, quod legitur & notatur ſ. de iudi. nouit. § j. ver. cum enim. &. ſ. de iuramen. calum. c. j. §. præterea. & publicum authoritate & vtilitate, quod ad statum rei Romanæ spectat, & consistit in sacris magistratibus & sacerdotibus indistincte. ff. de iusti. & iu. l. j. §. publicum ius. j. &. ij. Igitur in quantum papatus summus est, intantum ius eligendi, per quod creatur papa, summe publicum est,

35 ius † autem publicum pacto priuatorum immutari non potest, ff. de pac. ius publicum. neque renūciari, vt expresse le. & notatur, ſ. de foro compe. c. si diligenti. ante fi. non ualuit ergo renuncia-

36 tio, maxime cum non fuerit facta † in manibus sui iudicis, vt patet in eo, quod legitur & notatur. ſ. eo. admonet. &. vi. q. iij. deniq;. Item hoc ius corporale est inhærens cardinalatui, sicut & canonicꝫ. ſ. de præben. relatum. ita ꝙ ad nullum alium, quàm cardinalem pertinet, nec deuolui potest, vt patet in eo, quod legitur & notatur. ſ. de elec. licet. Nec ob. si dicas, ꝙ cardinales in extraneos compromittere ponant, nam & tunc non ipsi compromissarij eligere intelliguntur, sed cardinales potius per eosdem. ſ. de elec. in cunctis. §. quia vero. nec etiam propter hoc amittunt cardinales potestatem istam: nam ius eligendi semper retinent, quod cardinalatui inhæret. vt dictum est, licet durante compromisso in proprias personis exercitium suspendatur. sicut alias. C. de cura. furi. l. penul. Idem est & quando canonici propter culpam suam, vel negligentiam amittunt ius eligendi & exercitium, nam ipsum ius remanet semper, vt patet in eo, quod legitur & no. ſ. de elec. cum Vintoniensis. ſ. de supplen. negli. prælа. c. ij. ad fi. Incorporalia etiam personalia & temporalia talis naturæ sunt, ꝙ quantumcunque cedantur, seu communicentur vel transeantur in aliū, nihilominus remanent, vt tit. pro socio. Instit. de pecu. quis ergo casus in fi. & l. fi sticho. C. de noua. & delega. l. ij. multo fortius ergo in realibus & incorporalibus hoc locum habet, quæ perpetua sunt, vt pater in eo, quod legitur & no. supra de vsu pal. ad hoc. infra de in. ītu. cum venissent. ad fi. & maxime si spiritualia sint, argumen. supra, de transla. episc. cap. ii. & positiue si nec transferantur, nec cedantur, sed simpliciter renunciantur, vt hic fuit.

37 Nam & quandoque renunciatio siue repudiatio inefficax est, vt ff. de lega. ii. si ita scriptum. §. si sub conditione, & tamen pactum efficax est. C. de pac. l. i. De quo & redditur ratio quod in repudiatione solus consensus repudiantis interuenit, vnde debilior est, ꝙ pactum, in quo plures necesse est consentire, vt patet ex defini-

38 tione ipsius pacti. ff. de pac. l. j. post princi. ibi. † & est pactio duorum. vel plurium in idem placitum & consensus. Sequitur ergo, ꝙ si per pactum tale ius amitti non potest, multo minus per repudiationem siue renunciationem, quæ debilior est. Quod autē pactum etiam expressum non valeret, iam probatum est. & euidenter colligitur. ff. de pac. l. pen. Item ius eligendi papam damn est cardinalibus, non solum in eorum fauorem, sed etiam in fauorem omnium hominum & vniuersalis ecclesiæ, cui præest ipse solus, & nullus alius, vt colligitur. ſ. de priuile. antiqua. & de immu. eccle. aduersus. § j. ver. fin. & in eo quod legitur & notatur. ſ. de iud. nonit. §. j. ver. cum enim. & de voto. ꝙ super his §. rursus. tale autem ius per pactum remitti non potest. & sic loquuntur iura allegata. ſ. eo. ab illo. ver. sed contra. vsque ad ver. non valuit. & ſ. de senten. excomm. contingit. i. Possunt enim generaliter

39 omnes † quorum interest, quasi ex debito petere a cardinalibus. & dicere. date nobis patrem, cum vos soli hoc potestis facere, & nullus alius, soluere debitum. sicut alias legitur & notatur. ſ. de deci. parochianos. quod ergo respondum dabis. ſ. pro cardinalibus. Sufficit ne renunciatio, vel etiam pactio, ꝙ non fiat? Ridiculosa esset talis responsio, si animo repetendi debitum discererur. Ego renuncio solutioni faciendæ. ego tibi facio pactum, ꝙ non solu-

40 uam. & maxime in tali debito † quod soluendum est nulla exceptione obstante. sicut alias leg. ſ. de coniug. lepro. quoniam. in fi. hoc enim per concordem electionem soluitur (nulla exceptione obstante.) vt ſ. de elec. licet. §. j. ad fi. Est etiam debitum vnum

41 ex † quatuor, quod ad officium cardinalatus spectat soluere, vt no. ſ. de pœn. cum ex eo. in fi. & eidem officio inhæret, vt dictum est. non potest ergo retinere officium, quin reneatur & onus. nec esset ferendus cardinalis, qui ipsum appeteret declinare, vt colligitur. C. de caduc. toll. l. vnica. §. pro socio. ff. de lega. ii. si duobus. & l. præceden. & sequen. ff. de acquir. hæred. l. j. & ij. C. de caduc. toll. l. vnica. §. his ita diffinitis. ff. pro socio. si igitur. ſ. de cleri. coniug. diuersis. §. j. in fi. Item qua ratione dices, ꝙ vnius cardinalis renunciatio valeat, eadem ratione oportet confiteri, ꝙ & alterius. & sic de singulis, arg. ſ. de consang. tua. in fi. cum suis concor. Ex quo euidens occurrit absurditas, hæc. s. ꝙ nunquam creabitur summus pontifex. Si enim singuli sic renunciauerint, & dicamus, ꝙ renunciantes de cætero eligere nequeant, ergo nullus cardinalis de cætero eliget. sed nec ad alium superiorem (qui non est) potestas huiusmodi deuoluetur. vt patet in eo, quod notatur. ſ. eo. gl. ver. item hoc ius incorporale est. hoc autem in nulla alia ecclesia reperitur. immo ex negligentia. seu delicto ad superiorem sal tem Romanum pontificem potestas deuoluitur eligendi, vt pro batur. ſ. de concess. præb. quia diuersitatem. §. si tamen. & no. plene ſ. de elec. cum in cunctis. in fi. Nec obstat, si dicas, & quid fieret, si simul omnes perirent, chasmare cardinales? carissime tunc vr-

42 gens necessitas ius nouum faceret. ſ. de reg. iu. quod est licitum. & ecclesia sibi salubriter prouideret, quæ † mori non potest. xii. q. ii. liberi. & xxiiii. q. j. pudenda. & adde, quod not. supra, de elec. licet. §. j. Potest etiam responderi, ꝙ casus vix, aut nunquam accidere

ADDITIO.

a ¶ Subtrahere comminando. Adde de hoc bonum textum pro ipsis Viterbiensibus. tit. e. c. ubi periculum lib. vj.

cidere pōt & iō non est respondendum. ff. de legib. nam ad ea, nec est uolūtarius, sed casualis. Casum aūt aduersamq; fortunā hominis liberi spectari, nec nāle, est nec ciuile. ff. de ver. ob. inter stipulā rem. §. sacram rem. ante fi. Casus vero, de quo agimus, non est casualis, sed voluntarius, & inexcusabilis, si sine causa fiat, nec tenet renunciatio, vt dictum est. Quandiu igitur superest aliquis cardinalis necesse habet id, quod ad suum spectat officium, expedire, nec voluntarie potest abiicere a se onus, nec officij solicitudini se subtrahere, vt expresse colligitur. C. de defen. ciui. l. fi. & ī Auth. de defen. ciui. i. rñ. circa. fi. ver. interim. coll. iij. nec in totum. ff. de offi. præsid. legatus, & per consequens nec in partem, quod enim iuris est de toto quo ad totum, idem iuris est de parte quo ad partem. ff. de rei vendica. quæ de tota. ff. de vsur. qui scit. in prin. & l. tutor. §. Lucius. ff. de pac. iurisgentium. § ideo autem. ver. si igitur in totum. ff. de procura. in causæ. respon. j. infra de offi. delega. pastoralis. §. j. Sicut ergo episcopus per se sine authoritate superioris non posset renunciare episcopatui, siue cardinalatui, vt. ſ. eodem, cap. in fi. ita nec officio cardinalatus, nec pertinentibus ad officium, maxime in his, quæ publicum statum respiciunt. Quid. n.

43 si cardinalis diceret † ego renuncio celebrationi missæ, vel iubuētioni pauperum, seu portandi ad summum pontificem verū suum, vel quòd non assistam papæ in cōcilio, nec recipiam, nec audiam, nec expediam causas mihi commissas, & sic de aliis, quæ ad officium spectant? vtique simplex, imò nulla esset in huiusmodi, & similibus renunciatio, siue pactum, vt potest colligi, infra de cele. mis. cap. j. &. c. dolentes. &. lxxxvij. distin. per totum, & infra de iureiuran. ego. &. c. veniens. &. c. breui. & de cleric. non resi. cap. it. maxime. cum talia nec sine peccato omitti possint, & ideo est omnis allegatio contraria reprobanda, & quæ contra

44 præstitum iuramentum, vt patet in eo, quod legitur & no. ſ. de consue. cap. fi. &. ſ. de præscrip. cap. fi. Vltimo certum est, ꝙ † nemo se facere aliquid iuber, aut perere prohibet, neque sibi imperare aut prohibere se quisquam potest. ff. de arb. l. penul. ff. de pac.

45 nemo. nec per nudam voluntatem † definit quis esse dominus. ff.

46 de acquiren. posse. si quis. ui. §. differentia, nec sibi legem † imponere, a qua non liceat resilire. ff. de lega. iii. si quis. in principio. per

47 quod patet, ꝙ nemo † potest seipsum excommunicare, vel suspendere, sicut nec instituere, vel repræsentare, vel baptizare, vt. ſ. de Institu. ca. fi. & de iure patro. c. per nostras, & de baptismo. debitū, §. ff ad Trebell. ille a quo. § tempestiuum. Sed quid, aliud est hoc dictum, renuncio electioni hac vice, vel suspendo mea iure eligē di hac vice? Nec enim in totum renunciat, imò & in significatione verborum ipsum ius eligendi in solidum retinet, ad tempus tamen suspensum. s. quandiu ecclesia hac vice vacauerit, & non vltra. vnde & in secunda vacatione eodem iure eligere poterit, quo & modo, nulla alia restitutione sibi facta, sicut alias legitur & notatur. ſ. de vita & hone. cleri. c. fi. in fi. & de cohabita. cleri. & mulie. sicut ad extirpandam. in fi. §. j. vnde & si diceremus renunciationem omnino valere, sicut sonat, ita ꝙ nec pœnitentię locus esset, non est tamen vera & pura renunciatio, quæ in totum & simpliciter habet fieri, nō ad tempus. C. de pac. post quam. Vnde dicit

48 lex, cuius tenor optime facit ad hanc quæstionem, ꝙ † destitisse videtur, non qui detulit, sed qui in totum renunciauit. ff. de iudi.

49 destitisse. sed est potius quædam suspensio temporalis, quam † nemo potest facere de ipso, vt. ſ. plenius est probatum. Sol. Potest dici, ꝙ in electione ecclesiarum inferiorum versatur duplex ius. Vnum personale & singulare, ac priuatum. s. ꝙ singuli vocentur canonici, cum singuli in electione vocem habeant, & huic renū ciari potest, vt. ſ. in primis concor. pro hac via inductis. Aliud, ꝙ persona idonea canonice eligatur, quod est publicum, & huic renunciari non potest, vt in glo. & concor. signa. ſ. e. glo. ver. sed contra. probatur vtrumque membrum. ff. de pac. iurisgentium. §. si paciscar & de hoc retigi. ſ. de elec. ecclesia. ij §. deniq;. quantumcūq; autem renunciatum sit, semper penes renunciantē remanet ius eligendi, vt patet in eo, quod notatur super glo. versi. item hoc ius in corporale est. &. ver. per quod & patet, & quandocūque veniat, re integra semper admittendus est, & locus est pœnitentiæ, cum

50 † pœnitentia ecclesiæ sit vtilis, ac nemini sit captiosa, vt. ff. de interrogat. act. de ætate. in fi. & dicitur res integra in inferioribus ecclesiis, quandocūq; veniat antequam aliquis eligatur, vel scrutinium publicetur, vt patet in eo, quod legitur & notatur. ſ. de elec. ga propter. &. c. ecclesia. ij. §. pars vero. &. c. publicato. In electione vero summi Pontificis omnia sunt de iure publico, & videtur res integra etiam publicato scrutinio, antequam dilanietur, vnde si nō deesset de numero duarum partium cardinalium, nisi vnus, renuncians superueniens posset ad nominatum accedere, & numerum complere, cum nulla differentia sit, vtrum ab initio vel ex postfacto concordia duarum partium cardinalium habeatur, vt colligitur in eo, quod legitur. ſ. de elec. licet. §. præterea, quod tamen intelligas consensu cardinalium nominantium perduran-

51 te, qui semper, donec † dilanietur. scrutinium intelligitur perdurare, vt ibi no. ad hoc. ſ. de elec. bonæ. ij. §. j. in fi. ſ. de transla. epi. ca. ij.

52 in fi. Nec obstat si dicas, ꝙ † qui semel noluit petere bonorum possessionem, statim perdit ius petendi, & ad alios incipit pertinere, ff. de suc. edic. l. j. §. qui semel. in quo nec prodest iuris ignorantia. C. de iurisd. & facti. ig. l. ignorantia, & ꝙ qui semel renunciauit liti,

53 vel etiam † negauit se velle accusare, vlterius non auditur. C. de pact. post quam. ff. de adul. si maritus. §. si negauerit. ff. ad Turp. ill. qui destitit. In his enim casibus & similibus, ideo non est locus pœnitentiæ, quia priuatum est ius, cui renunciatur, etiam quia interest illorum, quos res tangit, quòd renuncians vlterius non audiatur. Porro saltem ꝙtum ad Romanā ecclesiā hoc ius publicū est, cui renunciari non potest, vt dictū est, nec pōt causari ēt aliquis de canonicis in ea interesse, ꝙ renuncians non admittatur: quia

54 si agatur de priuato interesse ipsius, ambitiosa est talis † causatio ergo repellēda. ſ. de præben. cum iam dudum. Nam & si esset alias licita & honesta, haud dubium, quin & sit communis vtilitas ꝑse renda. ſ. de postula. prela. c. j. §. i. In hoc autem apparet communis

55 vtilitas, quia quod à pluribus † quæritur, facilius inuenitur. xx. dist. de quibus, infra de offi. delega. prudentiam. respon. j. ver. illa quippe. vnde & dicit Salomon Prouerb. xj. b. Quia † vbi multa consilia ibi salus. Admittatur ergo renuncians, & si iunior sit, ex quo venit re integra, sicut alias dicitur de illo, qui cessit bonis. ff. qui bonis. ce. posſ. iij. &. iiij. & de illo, qui uenit adhuc iudice sedente pro tribunali. ff. de restitu. in integ. diuus, & nedum collega, quinimo & prior taceat in hoc casu ar. xcv. distin. esto subiectus. ad fi. tanquā libertatem voluntatis, & communem vtilitatem inuidiose impediens, & sibi totum ascribere cupiens. arg. Insti. de lege fu. cani. toll. & adde, quod no. de simili materia. ſ. de cōsti. cum. M. Ferra. §. i. super verbo, receperunt. ver. quare autem, & in summa de cō

57 suc. ante fi. per medium colum. Potest † & illud dici, ꝙ ius eligendi prælatum cuiuslibet ecclesię, & maxime summum pontificem authoritate & vtilitate publicum est, cui nulla ratione expresse renunciari potest, vt no. ſ. ead. glo. ver. sed contra. Tacite autem potest renunciari in aliquibus, vt si canonicus citatus non veniat, vt præsens nō sit eligere, vel etiam expresse renunciet. Nam & hic expressa renunciatio habet vim tacite. vnde & si vocem non tollat, tollit tamen, ꝙ renuncians non potest de his, quæ ante reditū suum iam perfecta sunt, quærere de contemptu, vt expresse probant concordan. signa. ſ. ead. glo. versi. nec est vlterius, vnde patet, quod sophisticum est hoc argumentum. Non potest hoc ius

58 ledi per expressum pactum, ergo nec per repudiationem, vt no. ſ. ea. glo. ver. de quo & redditur ratio. Nam † pactum expressum simoniam inducit, quæ & electionem nullam reddit: secus in repudiatione, quæ sine pacto fit. Quia & si mentalis sit simonia,

59 † tamen propter pœnitentiam aboletur, vt colligitur, & no. infra de pac. cap. fi. ſ. de simo. veniens. &. ca. fi. & idem est videre in alio diuino iure collegiato & publico. xvij. q iiij. si quis suadente, cui & si clericus expresse renunciare non possit, vt. ſ. de senten. excom. contingit. i. tacite tamen potest per factum contrarium, vt colligitur. ſ. de senten. excom. perpendimus. &. c. in audientia. &. c. contingit. ij. & leg. & not. ſ. de foro compe. si diligenti. ante fi. Est ergo iste sensus, & effectus renūciationis, voci mee renuncio. i. cōcedo, ꝙ alij sine me eligant, nolo eligere, nec citari, vnde si quid fiat tali absente, præsertim contemptus irritari non potest. Nihilominus tamen veniens erit in sequentibus admittendus, vt expresse probatur. ſ. de elec. ecclesia. ij. rñ. j. & in eo, quod notatur extra. do. no. de elec. statuimus. rñ. j. super verbo, infra mensem. ver. quid si elapso. &. §. j. ver. sicut de iure, & si taliter renuncians sit in qualibet ecclesia admittendus, multofortius cardinalis, q̄diu pendet electio summi pontificis facienda, vt patet in eo, quod no. ſ. ead. glo. ver. est etiam debitum, & sequentibus, quia quāto in ecclesia Romana maius periculum imminet, tanto magis est subueniendū. xlij. dist. quiescamus. lxj. distin. miramur. Illud autem nō omitto, ꝙ cum metu mortis, & si iniuste instantis, hęc renunciatio facta fuerit, sicut patet in themate (quare iustus metus renunciantem omnino excusat, vt. ff. quod me. cā. nec timorem. &. l. seq. &. ſ. qđ me. cā. per totum.) tamen & si sine causa aliqua detractet canonicus eligere, hoc potest facere, & vt dictum est, valent ea, quę facta sunt per præsentes. licet talis peccet, & exinde taliter sit arguēdus, & etiam puniendus, sicut alias etiam in debiliori casu leg. & no. ſ. de off. deleg. prudentiā. §. adiicimus, patet ergo ꝓ ꝙs, ꝙ si veniēs pœ

60 niteat, maxime si vocem suā ecclesię necessariam & utilem esse ꝑpendat, non est ex hoc vituperandus, sed potius condemnandus, vt patet. xxij. q. iiij. magnæ. & in eo, quod legitur & no. ſ. de accusqualiter. j. §. j. discrete etiam facit per hoc vitans pœnam, sic alias legitur & nota. ſ. de elec. qđ sicut. ad fi. & de locat. c. pen. in fi. & c. fi. §. emphiteuta. ad idem, ff. de ali. mur. iudi. causa. fac. ex hoc. §. penul. ff. de his qui not. infa. l. ii, in fi. & l. iij. impœnitens, ergo de his, quæ aguntur in eius absentia, non potest conqueri, pœnitens vero & veniens omnino est in sequentibus admittendus, & sic sem

61 per † vltima nocet mora, ff. de pericul. & cō. rei ven, illud. in fi. [Irreuocabiliter.] Et pertinaciter. sicut no. ſ. eod. super verbo, permittatur. [Cum & si tales.] Cinobedientes, vel alias delinquentes. [Puniendi.] Vt. ſ. de postul. prę. c. j. §. penul. sunt tamen &c. [Pro tempore.] i. ad tempus iustitia dilata. argu. ff. de iudi. si debitori, & in

bis, quæ no. supra. §. sequē. [Tolerandi.] Quandoque enim debet,
61 tolerare negligentias disciplinæ: quia siue delectando, siue ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur xxiij. q. iiij. ne amisso iudicio, &c. præcedente, non potest. & q. v. prodest ignorantia, sed & hoc ideo dicit, quia tolerandi sunt † mali propter bonos, vt no. §. super verbo, deferere. [Emungit,] Nota bonum nota-
62 biles, & sunt † verba Salomonis, vt Prouerb. xxx. g. & testatur Gra. iiij. dist. denique. & probatur ad idem. xxiij. q. iiij. nō potest, &. ij. q. vi. § his ita. ¶ Pro graui quoque scandalo. vij. pars. [Licet.] Et forte cogitur, tantum potest esse scandalum. ar. ff. de præscrip. nihil. ff. de præben. cum teneamur. ff. de iure patro. c. i. ii. & iii. ff. de purga. c. inter sollicitudines. §. i. ii. & iij. q. vi. hæc quippe quod dic, vt no. §. super verbo, deferere. [Temporalem honorem.] O quot ad hāc partem declinant. [Memor.] f. platus. [Si esca.] i. Corinth. viii. G. & est si, ff. de noui operis nuncia. cap. ij. §. fi. [Subtiliter.] Sic subtilitas,
64 † commēdatur, vt & no. §. ti. ij. inter corporalia. §. j. ver. sicut ergo, super verbo, subtiliter intuenti. [Distinguendum.] Licet de hac materia a diuersis diuersimode sit notatū, tu tamen dicas, q vbi-
65 cunq; in † euitatione scandali cuitans peccat moraliter, potius debet peccatum mortale, q̄ scandalum cuirare, & sic non est, propter scandalum relinquenda veritas. i. filius Dei, qui est via, veritas, & vita. & qui relinquitur per peccatum. sic intellige ff. de voto. magne, §. pe. ff. de reg. iu, qui scandalizauerit, si vero euitās nō peccat mortaliter scandalum euitando, semper debet scandalum euitari, vt probatur hic & in sequentib. ff. de no. ope. nun. cum ex iniuncto, §. super eo, & in hoc concordat distinctio Gie facta super Ezechiē le. fm. d. n. Quid si dubitatur videtur scandalum euitandum. arg. xiiij. dist. c. fi. & j. q. vi. i. & si illa. xxiij. q. j. quid culpatur, ad fi. nam si dubitetur de peccato, & certum sit de scandalo, dicere possumus
66 cum Aug. Tene † certum, & dimitte incertum, de pœ. dist. vij. §. i. ad fi. Patet ex præmissis, q̄ non omne scandalum est mortale peccatum. nec omne peccatum mortale scandalum iudicatur. Et q̄uis triplex veritas. f. vitæ, & doctrinæ, & iustitię, de quibus no. ff. de reg. iu. qui scandalizauerit, non sit propter scandalum relinquenda. vt ibi. Subaudiendum est omnino, vel in toto. Nam & si veritas vitæ nulla sit ratione dimittenda vel differenda, puto tamen, q̄ alia duplex. f. doctrinæ & iustitiæ aliquādo ex causa sit dissimulanda, vel etiam differenda, nunq̄ tamen peruertenda, sicut probatur de veritate doctrinę. xliij, dist. c. i. & ij. & per totum, & de veritate iustitiæ. xlv. dist. licet. xi. q. iij. plerunq;. lōq; dicitur. Noli esse nimium iustus, quia quandoque
67 iustus in iustitia sua perit. ii. q. vij. §. de his. de pe. dist. j. serpens & ibi concor. signa. § proxi. super verbo, tolerandi. Veritas autem quæ Deus est vera animarum vita, nunq̄ est relinquenda. Si vis diffusius tractare hanc materiam. recurre ad ea, quæ no. in summa. eod. ti. §. cui. ver. graue scandalum, & se. [Cui.] f. domino. [Apostoli.] Matth. xv. c. [Scis.] O domine. [Respondit.] f. dominus. [Sinite.] f. vos apostoli scandalizari pharisęos. nam. [Cæci sunt &c.] q. d. potius est scandalum tolerandū, quàm peccatum mortale committendum. [Alibi vero dixit.] f. dominus. Matth. xviij. a. [Qui scādalizauerit &c.] Per quod patet, q̄ vbicunq; fieri poterit sine offensione, Dei erit scandalum euitādum. ¶ Personæ vero irregularitas.] viij. pars. [Testāte apostolo.] j. Tim. iij [Vnius vxoris.] Et non plurium. xxvi. dist. acutius. & c. sequentibus. [Non tamen propter quamliber.] Hęc tamen causa re-
68 gulariter locum habet, quia ex his, quæ inordinabiliter † cœpta sunt, nihil ordinabiliter sequi potest. ff. de accu. qualiter. j. vnde dicit litera, alias, Vnius vxoris virum, qui cum irregularis sit, regulariter ministrare non potest, & postea sequitur in litera, non tamē propter quamlibet &c. & bene in spiritualibus & temporalibus, fm q̄ canones, & regulæ ecclesiasticæ iubent. ff. de accu. qualiter. j. secundum. d. n. [Indulgeri,] Ipse tamen semper petere debet. cū sine dispensatione non habet executionem officii superior autē, qui dispensare potest si causa sublit, dispensabit etiam non vocatis his, ad quos electio vel confirmatio pertinet. Sed contra, quia
75 talis prælatus canonicum non habuit ingressum propter defectū dispensationis sed nec tempore dispensationis videtur habere ingressum canonicum, nisi habeatur consensus electorum, confirmatorum & consecratorum. fm. d. n. & aliorum quorum interest. ar, op. ff. de offi. archidi. ad hæc, §. fi. Sol. dicas, q̄ per dispensationem omnia reformantur, nec habent de quo conquerantur hi, quorum interest. ex quo semel in eum consenserunt. vnde ammodo resilire non possunt, dum modo ille, qui potest dispensare, velit. arg §. de elec. cum inter canonicos. § fi. §. de postula. præla. bonæ. ij. §. fi. fm. do. no. & ar. ff. de proba. per tuas. §. penul. in fi. cū suis concor. est tamen ar. contra. §. de elec. bonæ me. Cremo. §. i. in fi. & §. de transla. epi. c. ij. in fi. ff. de prebē. cum non ignores. §. fi. Hęc tamen est veritas. q̄ ei qui laudabiliter ministrauit, non est semp cedendi licentia indulgenda, vt hic dicit, & de hoc statim ponit exemplum, vnde & sequitur, vt potest si de legitimo &c. qui nō est aptus ad prælaturas, siue ad ordines, vt. §. de elec. cum in cunctis. ff. de fil. presby. c. penulti. & fi. ff. de ser. non ordi. consuluit. [Non potuit.]i. non debuit, & sic est arg. q̄ a illud solum † possumus. quod
69 iuste possumus. xxij. q. ij. faciat, de quo dic, vt no. §. de rescriptis. sci-
citatus. [Subticere,] In scrutinio. I dist. ex pœnitentibus. xxj. dist. c. fi. §. de elec. innotuit. §. multa, & de hoc legitur & notatur. ff. de cor. vit. exposuisti, & est arg pro illis, qui dicunt, q̄ latentia peccata irregularitatem inducunt. I. di. facerdos. &. c. de his vero quamuis tales suæ conscientiæ relinquantur. xxxiij. dist. habuisse, & sic intelligitur. xxxij. q. v. christiana. Contra. ff. de coha. cleri. & mu.ve-
70 stra. Sol. Dicas † q̄ latentia peccata irregularitatem inducunt canonicam, quæ per solam pœnitentiam aboletur. ff. de tempo. ordi. c. fi. vbi de hoc. & iunge, quod no. in sequenti gl. Notauit hic. d.
71 n. q̄ irregularitas dicitur pluribus modis. † Primo modo sumitur pro defectibus, qui sunt sine peccato, sicut sunt bigamia, defectus natalium. & similia, de quibus habes. I. distin. non confidat. liiij. & lvi. distin. per totum. Secundo modo dicitur irregularitas, vbi generaliter omnis homo prohibetur ordinari, vel etiam celebrare in ordine iam suscepto sine dispensatione papæ, siue patiatur defectum sine peccato, siue grande peccatum commiserit, de quibus no. ff. de tempo. ordi. dilectus, non ergo dicitur hic irregularitas pro eo, q̄ fm regulam apostoli ordinari prohibeatur, sed quia
72 talis est extra regulam aliorum. Nam cum † generaliter episcopi
b possint dispensare in omnibus. exceptis prohibitis, vt no. in dicto ca dilectus. Cum prædictis tamen dispensare nequeunt. quia ipsis prohibetur, Papa vero in omnibus irregularitatibus dispensat. qa & omnes irregularitates, & pœnæ ipsarum sunt de iure positiuo, fm. d. n. In talibus autem habet plenariam potestatem, vt patet in eo, quod legitur & no. ff. de concess. pre. proposuit. Tertio modo dicuntur irregulares omnes illi, qui non possunt remanere in susceptis ordinibus, nec promoueri ad maiores etiam pœnitentia peracta, sine dispensatione vel papæ, vel inferiorum prelatorum, & de his no. ff. de tempo. ordi. dilectus. Defectus autem sacramentorum videtur, q̄ tantum ex constitutione ecclesię inducunt irregularitatem, quantum tamen ad ordinationem. In hoc. sc. cū
73 eis non possit dispensari nisi per papam. Sed cōtra, quia vnum de capitulis apostolicę regulæ est, oportet episcopū vnius vxoris esse virum. xxvi, di. c. j. & ij. Sol. potest dici, q̄ hoc q̄ talis q̄ hibetur ordinari, non est ex defectu sacramenti, sed quia non potest esse fidelitatis hortator, qui coniugia frequentauit. xxvj. di. vna. ad fi. Vel dicas, q̄ licet per nouū testū inducatur hmōi irregularitas q̄ū ad hoc, vt promoueri non possint, non tamen q̄um ad hoc, q̄n per alium, q̄ per papam dispensari possit. Capitula tamen vīr dicere, q̄ tales propter defectum sacramenti promoueri nō pnt, vt. xxvj. dist. acutius. & ff. de biga. debitum. sed dicas defectus sacri est causa ordinationis. In ueteri autem testō erant irregularitates tēporales, & nō perpetuæ, vt qū quis eiiciebatur extra castra pro eo, q̄ teligerat morticinium, vna tamen videtur fuisse perpetua. Ip summꝰ sacerdos debet habere virginem, & non repudiatam. qd dic, vt plene no. ff. de cle. coniuga. sane. i. Sed nec istud erat propter defectum sacramenti, sed quia non possit esse horrator viduatis, vt. §. no. Idem ēt vī de his, qui rātū de iure positiuo sunt irregulares, sicut corpore vitiati, illegitimi, & obligati ad ratiocinia. Et
74 hoc notandum, q̄ si suspensus † ab officio celebrat, irregularis est, xj. q. iij. si quis epūs. Secus in suspenso a bāficio tm. ga hoc nullo iure cauetur fm d. n. & de hoc no. ff. de excess. præ. c. fi. & de clerici. exc. mi. ca. ii. [Si tamen.] ver. [Culpa latet.] q̄uis ergo peccū latens non inducat irregularitatem, in qua requiratur prælati dispensatio, vt patet in his, quæ no. in precedenti gl. & etiam sic intellige. ff. de bigamis. quia circa. Irregularitas tamen, etiam si ipsius culpa & causa lateant, dispensationem requirit, vt hic patet. &. §. de elec. innotuit. §. multa. & lvi. di. c. pe. & fi. [Implicuit.] Nec sequitur paternū vitium, vt & no. ff. de fil. presb. literas, & hic sequitur. [Potest.] i. debet. i. q. vi. tali. [Nō minus viliter &c.] viliter dicit respectu ecclesiæ. [Misericorditer.] respectu dispensationis. [Potest.] quantum ad ius. Ex quibus no. q̄ vbi utilitas ecclesię (multo fortius vbi necessitas) requirit dispensationem fieri, debita est, vt hic. &. j. q. vij. §.
75 nisi rigor. &. c. se. vsq; ad. §. ecce quibus de causis. Et breuiter † vbicunq; persona, res, locus, causa hoc exigit, debita est dispensatio. xxix, di. ca. i. & ii. I. dist. dūo sancto. ver. præcipiūt. & ver. necesse sit. &. c. considerandum. adeo q̄ prælatus peccat non dispēsando. ar. ij. q. iiij, quanto. in fi. & tamen subditus non potest eam petere. si. no. in postulato. §. de elec. scriptum. §. fi. &. ca. cum monasterium.
76 Prohibita autem † est dispensatio, vbicunque nō pōt fieri sine decoratione eccłię, & ubicunq; non est iusta cā dispensandi. i. q. vij. & si illa. &. c. tali. Permissa vero est in casu. puta, vbi ad accusationem alicuius cōuictus est aliquis vasa sacra, vel aliam rem ecclesię subtraxisse. Hic. n. potest epūs etiam forte ōdicente aduersario dispensare, fm Hug. I. dist. si quis presbyter. Potest & aliter distinguidi hac materia, vt no. infra de fil. presby. c. pe, & fi. Et ad-de

ADDITIONES.

a ¶ Hoc solum possumus, quod iuste possumus. Adde, ff. de condi. institu. l. filius. in fi. ubi hoc solum possumus, quod honeste possumus.

b ¶ † percopi regulariter dispensant in omnibus exceptis prohibitis. Adde glo & Host. in cap. at si clerici. §. de adulteriis, infra de iudic. & in cap. nu per de sent. excom.

de quod not. ff. de translat. episc. c. fi. & ff. de præb. de multa. & ff. super verbo, discretionis. [Misericorditer.] per Papam cum episcopis, & superioribus. Cum inferioribus autem per episcopos fm quosdam. quod dic, vt leg. & not. ff. de fil. presbyt. c. pen. & fin. [Dispensari.] vt patet per sequentem authoritatem. [Ego sum † in
77 quit Deus zelores &c.] Exo. xx. an. Zelans & vlciscēs peccata, vel exactor castitatis. j. q iiii. §. ecōtra. xxiiii. q. j. §. j. [Paternū odium.] ergo a contrario in illis, qui non imitantur, non vindicor, sed dispenso, & hoc est, quod sequitur. Vnde patet &c.] illis. f. filiis illegitimis. [Possunt in talibus &c.] f. dispensationibus faciendis, vt patet. lvi. dist. c. j. & ij. & per totum. & §. de elect. innotuit. §. multa.
78 [Illo discretionis &c.] Dispensaret † enim est diuersa discrete pensare, & in aīo, an relaxatio iuris expediat, versare. Et si expedire videat, ipsius rigorem relaxare, aliquin ipsum rigorem seruare, vt patet ex his, quæ nor. §. eo. super verbo, non minus vtiliter. & seq. Nam fm B. dispensatio sine causa facta, non dispensatio, sed po-
a tius dissipatio a dici debet. [Inter nothos & manzeres &c.] Legitur in historiis sub rubrica, quibus non est fas in ecclesia Dei introire, q̄ manzer est propriè de scorto natus, spurius de concubina, sic dictus de spurcitia incontinentiæ, nothus natus de adultero, vel adultera, admodum nothæ febris, quæ affligit, sicut quartana, & tamen non est vera quartana. Sicut dicitur nothus, qui videtur filius, sed non est, sed secundum hanc expositionem inter hos non distingueretur, sed omnes excluderentur. Vnde dic, q̄ manzer est de scorto natus, qui aliter appellatur vulgo quæsitus, siue spurius, quasi de spuma riualium, siue corriualium natus. in Instit. de nupt. §. fi. aduersus. Spurius tamen propriè loquendo est natus de adulterio, siue alio coitu per legem damnato. spurius. n. est, qui patrem ostendit, sed talem, quem nominare fas non est. ff. de stat. homi. vulgo quæsitus. in fi. Naturalis vero dicit propriè susceptus a soluto de soluta ingenua concubina, quasi vxore in domo detenta C. de natu. lib. auth. licet & vt patet. xxxij. q. iiij. liberi. ad fi. Ad cuius differentiam susceptus de non ingenua, vel etiā ingenua extra domum. A soluto tamen, & de soluta nothus poterit appellari, sic dictus a notha id est infamia: qa tales infamia laborant, de qua tamē possunt se purgare. ff. de purga. c. accedens. vnde & dicitur de bastardo nothus est, ad hoc Instit. de nup. §. fi. quamuis nothus, & largo modo naturalis vocetur, vt C. de natu. liber. l. j. & l. cum quis a mulie. & per totum. Et cum ingenua, & illustri castitatis obseruatio præcipuum debitum est nominari, vt C. ad Orficianum. si qua illustris, secūdum hoc ergo est, prout hic dicit inter nothos & manzeres distinguendum, vt nothi, & naturales admitti possent. §. de elect. innotuit. respon j. vers. idem quoque magister. Manzeres vero, & spurii nullatenus admittan tur testante domino dicente, q̄ manzeres & spurii vsque ad decimam generationem in ecclesiam non intrabunt. ff. qui fil. sint legit. per venerabilem. §. fin. versic. testante. Licet autem sic distinguatur quò ad dispensationem faciendam, vel non: tamen Papa cum quibus vult dispensat, licet aliqui sint cum quibus non consueuit aliquatenus dispensare, & de hoc no. ff. de fil. presbyt. c. fin. ad fin. Sed & de rigore iuris omnes illegitimi repelluntur. vt ff. de ser. non ordin. consuluit ff. de fil. presbyt. c. pen. & fin. Et de generibus istorum filiorum not. in summa. ff. de fil presbyt. §. i. vers. consueuit. & seq. Et quod ibi minus dicitur, per hoc intelligendum est, & supplendum. ¶ Verum.] ix. pars. alias verum tamen. [Alias causas.] excepris sex supra specificatis. [Postulanti.] f. cessionem. [Discreta.] quasi alia causa non possit esse iusta, & sic nulla differentia est, vtrum cessio sine causa, vel ex causa minus iuste petat, arg. §. tit. ij. inter corporalia. §. fed neque illud. versic. sicut iuxta. cū suis concord. Et est hic arg. q̄ iniusta petitio non est admittenda. Et de hoc not. ff. de simo. ex tuæ. [Omittamus.] Dicit. q̄ omittit, & tamen exprimit, color enim rhetoricus est, qui dicitur præoccupatio. sic. viii. q. j. Moises. in fi. & ff. de iudic. nouit. §. j. versic. vt illud omittamus. & ff. de offic. ordi. inter cætera. §. j. ibi. ne dicamus defectum scientiæ, & ff. c. j. §. j. versic. item propter literaturæ defectum.] Ociositas & voluptas.] iuxta illud. Ocia si tollas, perire cupidinis artes (alias arcus.) & iterum. Quæritur egistus quare sit factus adulter. In prōptu res est (alias causa est) de sidiosus erat. Ideo dicit Hieronimus. Facito aliquid operis, vt semper diabolus inueniat te occupatum. Et tanguntur hic duæ causæ, quæ multos inducunt ad cedendum contra illud, quod legitur. viij. q. j. in scriptu-
ris. & ff. c. prox. & se. [Angustias, aut persecutionis.] respectu ocio sitatis, & voluptatis, de quibus præmisit. Et hic tanguntur aliæ duæ causæ, propter quas multi cedunt [Incursus.] Hic continuatur. versic. sequens. Sciens, q̄ beati &c. [Sponsam.] f. ecclesiam. §. de translat. episc. inter corporalia. [Cui.] f. sponsæ. [Defigendo manum.] q. d. hoc tacite ineſt, vt sine licentia ab hoc extraneo obtē ta nunquam relinquat sponsam, vt ff. de regularibus. licet. quia nihil humanius, quàm sponsum, & sponsam in fortuitis casibus participes esse. ff. soluto matri. si cum dotem. §. si maritus. in fine. [Apud extraneum.] f. Deum, a quo quis se reddit extraneum per peccatum, vel dicitur extraneus, ideſt, mirabilis. Psalm. Mirabilis Deus in sanctis suis. Vel dicitur extraneus, id est, inscrutabilis, cū
tamen omnia ipse scrutetur & sciat. ij. q. j. vnus. xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor. & cap. de Tiriis. & ff. de iudic. nouit. Vel dic. [Extraneum.] ideſt Papam, qui & Vicarius est Dei. §. de translat. episc. cap. penult. & fina. & cui episcopus alligatus est. ff. eo. cap. j. in fi. qui & ideo dicitur extraneus: quia extranei vicarius est, vt dictum est. Et quia mirabilis, & inscrutabilis est, & mirabilia operatur quo ad casus sibi reseruatos, & plenitudinem potestatis, quod dic. vt nor. ff. de concess. præben. proposuit. §. de transla. episc. cap. j. & §. ritu. i. ad honorem. & sunt hæc verba Salomonis dicentis proverb. vj. æ. Fili si sponderis pro amico tuo, defixisti manum tuam apud extraneum, illaqueatus es verbis oris tui. Hic ergo loquitur, metaphorice, vt sicut fideiussor obligat se apud creditorem fideiubendo, siue sub fide, vel in fide sua promittendo, sic apud Deum, vel ecclesiam obligat se electus. Vnde quod præcedit de figendo manum, expone, ideſt obligando. Sed & ideo dicit hoc, quia consueuit dari fides de manu in manum. Vnde & pactum dicitur a pactione. quod potest exponi, ideſt a palmarum actione, siue per cussione. ff. de pact. l. j. in princ. Inde legitur da nobis dextras. j. Machab. xj. d. Item q̄ Abraam, & Abimalech percusserunt fedus. Gen. xxj. f. Ad idem Galath. ii. d. Dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis. Glo. coniungere dextras solet esse signum † concordantiæ, quia se adinuicem confœderabant antiqui. [Propter
79 iustitiam.] Matth. v. vij. q. j. scisciteris. xxiij. quæst. viij. conuenior. [Quoniam cum probati fuerint.] Iaco. j. cap. [Sed dices.] versic. [Spiritus vbi vult spirat &c.] Io. iij. B. sic. xix. quæst. ij. duæ sunt. ff. de regularib. licet. [Vias illius.] quia non sunt in homine viæ eius.
80 xlvij. di §. necesse est. in fi. [Vbi † spiritus Dei, ibi libertas.] Cal. v. c. [Quia data est.] ex hoc verbo reprobatur euidenter opinio. T. & Io. not. §. eo. § propter conscientiam. super verbo, executio. quod dic, vt ibi not. & ff. eo. super verbo, veritatem [A Deo.] vsque huc pro episcopo allegauit. Ita principio istius versicu. hucusque. Hic nunc respondet allegationi, & dicit. [Certe desipis &c.] Nam sic sapere non est sapere, sed desipere. xvj. qua. ff. i. §. i. xxxviii. distinct. quamuis errare. [Qui contra spiritum.] q. d. qui facit contra spiritum. ideſt intentionem Papæ in his, in quibus obedire tenetur, contra spiritum Dei facere intelligitur & fit. fi. argu. ff. iiij. ii. c. ii. iii. & iiii. [Si enim.] ideſt quia, vt sequitur. [Præmissimus.] §. e. §. ibi. non debes deserere sponsam tuam &c. [Indubitanter.] quia nefas est dicere, q̄ sacra scriptura mentiatur. xxiii. q. v. quid ergo. [Veritatem.] sed verum est, qđ secundum prædicta apparet, q̄ non debes deserere sponsam tuam temeritate propria. ergo si ipsam de seris sine licentia illius, cui manum defixisti, ideſt Dei vicarii, venis contra veritatem. & sic contra spiritum Dei procedis. non secundum ipsum. & hoc est quod cadit dicēdo, iō requiritur, quia angelus Sathanæ plerumque in lucis angelum se transformat. Idcoque talia sunt superioris iudicio relinquenda, vt sequitur infra versic. porro. Et est hæc regula inuiolabiliter obseruanda, & obseruata, vt nullus absque Romani Pontificis licētia præsumat deserere prælatum. ff. de regularibus. licet. §. si vero dubitetur. & §. sequen. [Porro.] versi. [Tu quomodo scis.] q. d. talibus credendum non est, nisi probetur diuino miraculo, vel scriptura. ff. de hęre. cum ex iniuncto. §. cum igitur. Quare ergo tibi credetur: quia scriptura tibi contradicit, vt supra probatum est, & ff. sequitur, & miraculum non ostendis, quod si faceres, adhuc esset per nos examinandum, vt patet ff. de veneratione sanctorum. c. j. in fi. [Gloriosus pontifex.] f. beatus Martinus. [Illius.] f. beati Pauli apostoli vasis electionis. vii. q. i. ibi. adunati. [Securus.] f. beatus Martinus. [Exemplum apostoli.] f. dicentis. Phil. j. e. [Propter vos.] ideſt propter charitatem, quam ad vos habeo, vnde & sequitur, quippe si quacunque &c. [Quippe.] versicu. [Virtutum flore.] ideſt operibus. quoniam virtutes nullus. potest habere sine charitate. Nam qui habet vnam virtutem, habet alias in actu, & in habitu, & qui perdit vnam, perdit omnes. xxiiii. quæst. j. vbi sana. xxxij, q. j. cum renunciatur. & ff. de reg. iur. defleat peccator. [Nil probaris,] alias nihil. Iuxta illud apostoli. j. ad Corinth. xiii. Si linguis hominum &c. vsque nihil sum, & nihil mihi prodest. [Quia vt animā suam &c.] vt ait Ioā. xv. d. [Propter hanc te doceat.] f. dominus. alias propter hoc te docet. [Tamen multis.] Non enim boni deferendi sunt propter malos, vt not. §. co. §. propter malitiam. versi. non tamen. super verbo, deserere. [Pro communi salute.] sic ergo habes, argum. hic, q̄ communis † utilitas præferenda est priuatæ, quod dic, vt nota. §. de postulat. prælat. bonæ. i. [Plus cœteris.] sic. xxiii. quæst. iiii. quis nos potest. Et iterum cum sim liber ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerē. xxviii. q. j. iam nunc. [Laborem effectus.] iuxta illud.

Non est in medico semper, releuetur vt eger.
Interdum docta plus valet arte manus.

81 Ideo cuētus † mortalitatis non est in medico imputandus. ff. de officio. præsid. illicitas. §. sicuti. Nam & quandoque est vitium materiæ, non artificis, vt ff. ad l. Aquil. si seruus seruum. §. si calicem. ff. loca. &

ADDITIO.

a ¶ Dissipatio. Idem dicit do. Abb. in c. de multa. infra de præb.

loca.& conduct.item quæritur.§.si gemma,vnde sufficit,q̃ medicus ita se habeat,q̃ non reperiatur in eo ante factum, vel in facto, vel post factum, vt not.ff.de eta.& qualit.ad aures.j.de homicid.tua.ad hoc.xlvij.dist.c.ij,xlvi.dist.capetiis. Illud autem no. q̃ quamuis regula sit, q̃ sufficiat ei licet incipere gerere negotiũ, licet euentus aliter sequatur.ff.de negot.gest.sed an vltro.§.illa tamen regula in negotijs pupilli fallit, vt ff.de nego. gest. si pupilli. respon.i. & l. litis. [Iuxta quod legitur.] Sap. x. F. ¶ Nec pures.] x. pars. [Martha.] quæ elegit actiuam viam. [Maria.] quæ elegit contemplatiuam.[Optimam partem.] Luc.x.G.[Licet illa.] s.pars Mariæ.i.contemplatiua. [Ista tamen.],s.pars Marthæ.i.actiua. [Et licet illa.].s.contemplatiua. [Hæc tamen.].s.actiua. [Vtilis.] & sic est præferenda, quia communis vtilitas præfertur priuatæ,vt not.ff.§.§.proxi. ante fin. Et hoc sat in probat per aliud exemplum dicens. [Cum in secunditate &c.] & sumitur hoc ex eo,quod legitur Gen.xxxi.f.[Lippitudo Lyę.] per quam signatur actiua. [Rachaelis pulchritudini.] per quam signatur contemplatiua. [Quamuis.] subaudi,posse & aliter responderi.s.q̃ prælatus non est omnino a contemplatiua excludus, imo vitam permixtam ducit.s.nunc actiuam negotijs intendens, & ipsa expediens,nunc contemplatiuam orationibus vacans. [Quamuis simul in vnum & contemplatiuus esse valeas,& actiuus &c.] alias & in vita contemplatiua esse valeas,& actiua.& dic. [In vnum.] idest in vna vita permixta,quam episcopus ducit, non tamen in vnum.i.simul eodem tempore hanc viam exequitur,sed diuersis temporibus,& hoc statim probat ibi. [Legislatoris &c.] Moysi.s.Exod.xxiiii. De hac vita permixta dic,vt plene not.ff.de sum. Tri.firmiter.respon.j.super verbo,quasi communem. [Latoris.] s.Moysi, de cuius ascẽsu & descensu legitur.lxxxviii.dist.decreuit. xxxvj.dist.si quis vult. [Nunc ascendebat.] & sic erat contemplatiuus. [Libertate.] alias veritate. [Nunc verbo descendebat.] & sic erat actiuus.lxxxvj.dist.fratrem nostrum.& in aliis concord.ff. signa.super verbo,laboris.Nobis ergo clericis secularibus non est deferenda omnino vita contemplatiua propter actiuam, nec econuerso. Sed vtrique vacandum est,vt hic probatur, & viii.q.j. qui episcopatum.in fi.j.de cler.coniug.diuersis vbi de hoc.[Quapropter.]quia actiua præferenda est priuatæ s̃m T. imo quia vita prælati permixta præferenda est soli contemplatiuæ, tanquam publice communior. [Facilius indulgetur &c.] quia magis dispensabile est, quando quis ad maiorem dignitatem vocatur, arg. hic,quod dic,vt not.ff.tit.ij.licet.§.j.versic.vnde licet.& j.c.seq.§.fi. super verbo,q̃ antea. [Ascendat.] viii.q.j.c.j.[Descendat.].vii.q.j. hoc nequaquam.& j.eo c.seq.& arg.ff.de mu.& ho. vt gradatim. xciii.dist.legimus.in fin. [Monemus.] versic. [Vt laborem.] nec dicit honorem,viij.q.j.qui episcopatum. [Recipere.] construe sic literam. [Sperneret recipere te,qui spreuisses ministrare sibi soli cite cum Martha.] sibi dico. [Diuertenti apud te.i.hospitanti. iuxta illud Apocal,iij.g. Ecce ego sto ad hostium & pulso.q.d.timẽdum est,ne forte dominus accepter tuam contemplatiuã,si non habes aliquid de actiua.¶ Quia vero.] xj.pars. [Institisti.] hoc iõ dicit,quia cum instantia est petenda,vt not.ff.ca.i. [Tibi te.] idest tuæ conscientiæ.sic.j.de iureiur. mulieri. Si vero hoc non diceretur,sed simpliciter daretur licẽtia,cedere cogeretur.j.eo.quidam. [Causis,].s.sex, sicut distinguuntur & exponuntur.ff.eo. ab illo.§. intueri, vsque ad §. verum. [Interdictam.] nec dicas alas habeo, volare possum. [Quoniam & si pennas &c.].f.contemplationis, [Quibus satagis,] idest niteris,alias satagas.[In solitudinem aduolare.] non tamen sunt libere imo. [Ita stricte &c.præceptorum.] s.nostrorum, Et hæc est ratio, quare episcopus eligi prohibetur, quod dic,vt no.ff.eo.admoneat,& de postul.præla.c.fi. [Permissio ne.].s.petita & obtenta,& est ratio,vt j.de regula,licet.§.illa semper regula.§.præced.& ff.eo.§.verum.

SVMMARIVM.

1 *Eligere qui potest, potest & postulare, sed non econtra.*
2 *Verba aliquid operare debent.*
3 *Consilium præceptoris circa electionem.*
4 *Prior solus non potest alienare rem ecclesiasticam.*
5 *Clericus plurium episcoporum ad omnibus requirendum.*
6 *Religiosus non habet liberum consensum.*
7 *Monachus eligitur ad episcopatum.*
8 *Episcopatus potius est ad onus, quam ad emolumentum.*
9 *Anima sua, in manica sua.*
10 *Præpositio in, aliquando priuat.*
11 *Cessante causa, cessat effectus.*
12 *Vigilantibus, & non dormientibus datur scientiæ margarita.*
13 *Aedificium omne recipit incrementum.*
14 *Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.*
15 *Antiquitatis nihil ignorare debemus.*
16 *Iudex non debet sententiam proferre, nisi certificatus.*
17 *Dispensationem quæ inducant.*
18 *Dispensatur, facilius vbi maior est vtilitas.*
19 *Episcopus habet officium pastoris.*

CAP. XI.

POst translationem tuam. Scilicet facta de ecclesia Fauentina. [Ad ecclesiam Rauennaten.&c.] Et no. q̃ hic scribitur episcopo in archiepiscopum Rauẽnatensem electo, per quod comprobatur, quod no.ff.tit.j.nisi specialis. [Cum præpositus.] Hic incipit cõstructio, vnde dic. [Quia post trãslationem &c.] vt ff.[Præpositus,& canonici &c.] vt sequitur j. [Eorum concanonicum.].f.solum. Sic ergo vni potest dari hæc potestas, vt hic, & ff.de elect. causam quæ, quod dic, vt ibi not. [Liberam eligendi.] & sic potuit postulare.

2 Nam qui potest †eligere,potest & postulare,vt hic,& ff.de elect.in causis. Non sic econtra,argu.ff.de ritu nupt.generali. contra.ff.de elect.innotuit.§.& quamuis contra. Vel potest fieri vt sin hoc,q̃

2 dicit,liberam,quia† verba aliquid operari debent, vt not.ff.de rescrip.cap.j.quod dic,vt not.in dictis c.in cautis.& innotuit. [Vna nimiter.] non caret misterio hoc verbum.Nam si vnus discrepet per viam non poterit procedi compromissi, vt ff.de electio.quia propter. §.vel saltem. [Contulissent.] ipsa ecclesia Fauentina vacante.[Post.] subaudi,& per translationem tuam &c.vt supra,sic not.ad formam decreti faciendam. Nam & de modo vacationis non solum de ipsa vacatione ecclesiæ est mentio facienda,vt hic & j.de concess.præben.post electionem.& ff.de postulat. prælato. bonæ me.j.& ii.& de elec.cum inter vniuersas.& cap.bonæ.j.& ii. Hoc ideo, ne quis forsan occupet locum viui. j.de concess.præb. cap.j.Vel per falsitatem se faciat facilius promoueri,j.de dolo,& contuma.cum olim Daniel [Postulandum.] No. arg.ad consi-

3 lium,†quod dabat magister meus,q̃ quando dubitabatur de aliquo, vtrum posset eligi, simpliciter cautum erat, q̃ eligeretur in

a postulandum [a], vt hic,& ff.de elect.in causis.vbi de hoc not. & ff. eod. admonet. vbi & vtrum clericus alienæ ecclesiæ eligi valeat, plenius expeditur. Electio tamen sic facta non est initialis, sed præparatoria ad electionem faciendam secundum Ioan.& Goff. Sed hoc consilium videtur frustratorium,vt not.j eo. versic.porro.super verbo,postulationem eandem. Tutius ergo videtur,q̃ si dubietas est,postules,& non eligas:quia hodie in talibus nullo simili est vtendum,extra d.n.de elect.statuimus.lib.vi.quod dic.vt not.ff.de postulat.prælat.cap.j.& fin. [Porro.] versic. [Priore.] Su-

4 baudi & capitulo:quia solus prior † non posset rem alienare.xii. quæst.ij.sine exceptione.xix.quæst.iii.statuimus.multominus per

b sonã [b], quæ maior est re.xii.quæst.j.præcipimus. C.de sacrosc.eccl. sancimus.j.qui & si nollent consentire ad superiorem esset recurrendum,argum.j.de iure patr.nullus. Veruntamen si iustam causam prætenderent,non essent compellendi lxiii.dist. literas.lxxj. dist.cap.j.& ii.lxxxv.dist.Florentinum. s̃m T. q̃ autem fratres requirendi sint.nõ est necesse vti argumento: quia casus est expressus.j.de sta.mon.cap.monachi. in fi.& dicas. [Priore.] Postulati, qui post cessionem suam in fratrem huius monasterii est receptus,vt patet j.eo.in verbo,ad monachorum viram,vt ibi not. Hic autem notandum,q̃ religiosus exemptus ab abbate & conuentu est regulariter postulãdus,vt hic,& idem est, si non sit exemptus. xix.q.iii.statuimus. In hoc tamen casu quamuis habito consensu abbatis, & conuentus possit consentire, non tamen potest se transferre sine authoritate diœcesani, cuius clericus est, ex quo exemptus non est.lxiii.dist.literas.& lxxi.dist.cap.i.& ii.& sic intel-

5 lige.xvi,q.j. qui vere & pure. Quid si sit† clericus plurium episcoporum? Respon.eadem ratione ab omnibus est requirendus,secundum dominum nostrum,arg.j.de testam.relatum.ii.§.fin.j. de senten.excom.cum illorum.§.si vero clausstralis.& cap.officii. Requisitio vero Papæ hic fuit necessaria non pro eo,q̃ esset monachus,sed quia erat episcopus.ff.de transla.episc.cap.j.vbi autem sine dispensatione vocatus ad episcopatum promouerí non potest,tunc ad Papam semper recurrendum est.lvi.dist.Cenomanẽsem.ff.de electio.innotuit.secundum dominum nostrum,& no. j.de eta.& qual.a multis. Si vero religiosus vocetur ad abbatiam, vel prioratum,vel aliam dignitatem inferiorem episcopatu,& dispensatione egeat,poterit episcopus dispensare,vt j.de eta.& qua. cum contingat.lv.dist.in.prisc.is.nisi vbi Papa sibi retinuit.j.de sententen.excom.nuper.secundum dominum nostrum,& de hoc no. j.de sta,mona.q̃ Dei timorem. Sed & in abbatem proprii monasterii est monachus eligendus,non postulandus,vt patet supra de rescrip.cum dilecta.& ff.de consuet.cum dilectus. Abbas autem in episcopum potest eligi : quia & liberum habet consensum,vt ff.de elect.cum in vereri. Vbi vero canonicus,seu clericus secularis eligitur,non est recurrendum ad præpositum,vel archipresbyterum,

ADDITIONES.

a ¶In postulandum. Dom. Andreas Sic.remittit ad Roma.consil.cccli. Sed dic,quòd hodie hæc forma non tenet, vt de postula. prælat. cap.primo, libro vj.

b ¶Multominus personam. Dic, quòd imo hodie solus superior sine capitulo dare potest consentiendi,& transeundi licentiam per tex.in c.fi. religiosus.de elect.lib.vj.

terum ; vel alium consimilem prælatum suum de necessitate, sed sufficit habere consensum episcopi.j.de cleric.peregr.cap.fin. & lxxi.dist.& lxxii. per totum. Episcopus tamen non debet eum licentiare sine consilio fratrum ipsius electi.secundum dominũ nostrum,quod dic,vt not.ff.eod.quod in dubiis.& cap.admoneat. [Super hoc.] Vt scilicet supradictæ electioni in postulandum facti æ suum præberet assensum,vt sequitur. [Præpositus & alii.].f. Fuentini. [Postulationem eandem.] Ergo perinde est,quando dixerunt eligimus in postulandum,ac si dixissent.simpliciter postulamus,& sic in consilio,quod dabat magister meus, non videtur magna vis facienda,vt no.ff.super verbo,postulandum.Sed potest responderi,q̃ si propter hoc dictum consilium reprobatur,certũ est tamen,q̃ ille fuit postulandus, & in hoc consentit d.n.dicens, q̃ ille non potuit eligi.Tum quia episcopus,vt ff.de postu.prælat.

6 cap. fina. Tum quia religiosus † qui non habet liberum consensum.xii.quæst.j.nolo.& cap.non dicatis.Nec obstat.j.de voto.per tuas.quia exponi debet,quod ibi dicitur. Electionem, ideſt postulationem, secundum dominum nostrum, sicut & j.de tempor. ordin.dilectus. Alii dicunt & forte melius, q̃ etiam monachus

7 †eligitur ad episcopatum vt in dicto cap.per tuas.secundum dominum nostrum,& de hoc not.j.de sta.mona.q̃ Dei timorem. [Verum.] versic. [Capitulum obtinere.] Quod habes.vii.quæst.j. hoc nequaquam. [In quo.].s.capitulo. [Vt quicunque.] Hic incipiunt verba capituli,& protenduntur vsque.ibi,vnde cõtra,&c. [Ad monachorum vitam &c.] Sicut iste fecerat postulatus, vt not.ff.super verbo, priore. [Nequaquam vltrerius.] Qualiter hoc intelligendum sit determinabitur.j.eo.quamquam. versic.vnde quidam & sequent. [Ad Pontificatum resurgat.] Multo minus ad minores dignitates secundum quosdam. argum.ff.de transla. episc.cap.fin.vii.quæst.j. mutationes. officium tamen aliquod sine dignitate posset habere,quia plus est ad onus, quàm ad emolumentum. C.de infamib.l.i. Alii dicunt, q̃ licet ex hac causa repellatur ab episcopatu, nec de facili dispensatur cum tali contra

a concilium Cõstantinopolitanũ p̃dictum postuletur tñ a Papa,vt in Abbatẽ vel in priorẽ promoueat,facilius dispensabitur. Tũ ga non est contra concilium . Tum quia licet sit indignus maiori, non tamen minori.argum.ff.de interdict.& relega.l.relegatorũ. §.fin.& l.sequen.Sed nec istud cap.locum habet,vbi aliquis dimissit dignitatem inferiorem episcopatu,& tactus est monachus.Talis enim bene potest assumi in episcopum, nisi probatum fuerit crimen,in quo casu non propter concilium (quod de tali non loquitur) sed propter crimen repellitur.xxv.dist.in.primum.Nec mirum,si difficilior fit inquisitio in episcopo,quàm in aliis inferioribus:quia episcopatus nõ est dimittendus propter monachatum,sed aliæ dignitates inferiores bene possunt dimitti,vnde nec ibi sic ad vnguem inquiritur,quare illam dimiserit inferiorem dignitatem, argum.j.de regularib.licet.secundum dominum nostrum. Huic autem quod supradixit, q̃ talis potest habere officium:quia potius est ad onus,q̃ ad emolumentum.Videtur contradicere.viii.quæst.j.qui episcopatum.& xl.dist.in.multi. nam &

8 episcopatus † potius est ad onus, q̃ ad emolumentum, vt ibi probatur, & sic illa rõne p̃siderata ẽ eparum hr̃e põt,vñ die q̃ offiñ sine dignitate hr̃e põt non illa rõne:qa onus est,sed quia tanq̃ in ferius,& nudũ ministeriũ facilius, q̃ dignitas cõmitti potest : nã & semper in maioribus cautius est agendum.lxii.distin. quiesca

b mus.& argum.oppo.j.quæst.j.§.ecce cum honoris [b].[Vnde contra.] Hic incipiunt verba Innocentii.[Vnum.] Nam hæc sunt.f. Nicenum,Constantinopolitanum, Ephesinum,Calcedonense. Hæc enim quatuor debent,sicut quatuor euangelia obseruari,vt legitur,& probatur.xv.dist.sicut.& C.de sum.Trin.& fide cath.l.ii. & l.fina.ibi, susscipimus autem sancta quatuor concilia &c.ante medium.l.& in Auth.de eccl.tit.§.j.collat.ix.[Nullatenus videbatur.] Quasi potestas Papæ ad hoc non extendatur : nam & ipse necesse habet euangeliis obedire,quod intelligas quòd ad fidem,&

9 ad eam pertinentia. In aliis autem †anima tua in manica sua,qa super omnia concilia est,vt ff.de elect.significasti.§.i. versic.aut in concilio.& j.eo.§.seq.vbi de hoc.quod dic,vt not.j.de concessio. præben.proposuit.& de voto. magnæ.§.j. [Admittenda.] Subaudi,quod est inteligendum generaliter. [Cæterum speciales.] Et sic continuatur seq.§.¶ Cœrerum.].ii.pars.[Speciales.] secũdum q̃ causæ, propter quas potest peti cessio, sunt diuersæ vt sequ.tur, de quibus plenius leg.& not.ff.capit.proxi.§.intueri. & seq. [Non obstante.] Ergo non per omnia,& in omnibus sicut euãgelium obseruatur,vt not.ff.super verbo,nullatenus videbatur.[Si enim.] versic hic ponit primum exemplum de casibus specialibus supra dictis. [Persecutionis.] puta inimicitiarum capitalium , vt ff.cap. proxi.§.propter malitiam. [Inualitudine.] ideſt non valitudine,

10 hoc est infirmitate,& sic præpositio † in,aliquando priuat , quod dic,vt not.ff.de consuet.capi.iii. Et hoc est secundum exemplum de casibus specialibus,quod sumitur ex illo.ff.ff.eod. capi.proxi.§. Alia vero causa est debilitas,sed quomodo poter t hoc exemplificari?Dicas,quando morbo epilentico laborabat , & cadebat assidue cum emissione vocis continuæ confusæ, & iactationis spumæ,vt vij.quæst.fin.cap.j.& ii. Postea vero fuit plenarie liberatus, & iam a temporali liberationis fuit per annum , & ampliusexpectatus,secundum quod traditur.xxxiii.distin. communiter. [De superioris.] ideſt Papæ,alias nullo modo potest.vt ff.cap.proxi. §. verum. [Impedimento cessante.].f.finali. Et not. hic, q̃ cessante

11 †causa cessat effectus .ff.de appella.cum cessante.quod intelligas de finali,secus de compul.iua, vt j.de pœnit.cum infirmitas.ff.de postul.prælat.l.j.§.fexum.& sic intelligas similia contraria hic,vel alibi de hac materia allegata. Aliter tamen distinguitur de hoc secundum Ioan.lxj.distinct.§.his ita. alias incipit his omnibus, sed hoc sufficit quantum ad solutionem huius generalis. [Item si quis.] versic.in quo ponit tertium exemplum de casibus specialibus, & est hic duplex litera, vna sic dicit. [Item si quis propter literaturæ defectum.] ne tanquam cecus cœco ducatum præbeat locum (alias baculum) regiminis &c.] Alia sic. [Item propter literaturę defectum , ne quis quam cæcus cæco ducatum præbeat, si locum regiminus &c.] Et est idem sensus. [Literaturæ defectum.] Vt habuisti , supra cap proxi.§.pro defectu quoque scientiæ.dic,vt ibi. [Ducatum.] Matth.xv.c.tic.j.de eta.& qualita.cum sit arsartium.

Si cæcus cæcum conatur ducere secum.
In foueam ductor primus cadit, inde secutor.

[Ad orium.].i.quicquem.in quo cautela adhibenda est,vt patet ff.c. prox.§.verum. post princip.ibi. Quoniam vt id tanquam notissimum obmittamus &c.Præoccupario est.sic.ff. [Ac per exercitiũ reperitur &c.] Alias lectionis scientiæ. Alias per lectionem, & scientiæ exercitium reperitur &c. Quicquid tamen habeas,hoc

12 notabis secundum vtrãque literam, & a vigilantibus † & studentibus , & non dormientibus nec dormitantibus acquiritur scientiæ margarita.quod dic,vt no. extra. d n.de homic. pro humani.§ j.super verbo negligentiæ somno.lib.vj.& ad hoc de cõsecr.dist.v.nunquam.Item & hoc notabis hic, q̃ patrũ valet theorica sine practica,ideſt,scientia sine experientia. Qui enim nõ est expertus quid nouit? q.d.nihil.ideo dicit lex, q̃ omnes adhuc discere possunt,† & omnem artificium recipit incrementum.ff.de lega.iii.legatis seruis, §.ornatricibus,sed & magis quotidianis ; & vtilioribus specialiter est studendum,vt.ff.de sun.instru.lega.quæsitum.§.sed et si.ff.de lib.lega.legaui.respon.i. ff.de vsuc.iusto.tit.j. [Vocatur.] Aliter non debet sibi reassumere honorem,quod dic, vt no.ff.de elec.qualiter. [Pastoralem.] Quia cessante causa &c. vt ff.ver proxi. [Rursus.] ver. Et hic ponit quartum exemplũ de casibus specialibus.[Adeptus.] Data pecunia, vel promissa.i.q.v. quicunque.& c.præsentium.[Et hoc comperto.] scilicet q̃ simoniace promotus fuit. [Episcopatum.] Quod citius potuit , alioquin si postquam hoc sciuit,tacite vel expresse consensit, videtur ratificare,& ei nocebit.j.de simo.sicut.§.qui vero.arg.xxxiii.q.iii. si virgo. C.de transac.quamuis, C. quomodo & quando in.ex. ab eo.vel infra breue tempus,i.q.j.constat.j.de regula.cap.ij.& ca ad nostram secundum T.& Ioan.j.de frigid.c.i.Dicas,q̃ statim hoc comperto tenetur remedium adhibere , vt dicit hæc litera, alioquin præsumendum est cõtra ipsum,si probaretur, q̃ etiam per tres dies tenuisset post scientiam,argum. j.de despon.impub.atte stationes, & c.ex literis, & alijs iuribus. ff.allegatis . Quid ergo faciet,cum non possit sine licentia cedere,vt sequitur? Dicas, q̃ sta

d tim debet vocare personas idoneas , [d] & reuelari eis, q̃ tale quid comperit,& q̃ ipse protestatur,q̃ inuitus tenet episcopatum, cũ sine licentia cedere non possit, & coram eisdem statim faciat p̃curatorem,quem in præsentia ipsorum mittat ad curiam pro licentia obtinenda, sic enim vt puto & non aliter, erit turus.argu. j.de offic.ordin.pastoralis.§.fi.j.de appell.si iustus, metus . [De licentia.] Non aliter.ff.eo.c.prox.§.verum, sic ergo & hic reprobatur opinio Ioan.& Tan.vt no.ff.c.proxi.§.verum, & §.propter cõscientiam,super verbo,executio,quod dic, vt ibi no. [Et si.] ideſt quamuis.[Episcopatum eundem.] Cui propter simoniam commissam renunciauerat.[Nequeat.] De rigore iuris in odium delinquentium , cum & in odium eorum remotus fuerit, vt j. de simo.nobis,& c.sicut.j.q.i.quidam,& c.erga simoniacos. vij.q.i.p̃sentium.dispensatiue tamen poterit, vt hic, quod dic, vt no. ff.de elec.si alicuius.[Canonicas sanctiones.] In præced. glo.signatas. [Ad alium.] scilicet episcopatum. [Re assumi.] Per postulationem,nam episcopus remanet,& spõsus ecclesiæ generalis,vt no. ff.tit.ij.inter corporalia,& sic non debet eligi,sed postulari, vt no. ff.respon.j.& sic patet,q̃ non ratione vinculi specialis ecclesiæ, qđ non est,vt ff.tit.ij.inter corporalia,§.ij.ver.cum non debeat,sed ratione vinculi ecclesiæ generalis prohibetur eligi, vnde euidenter pro-

ADDITIONES.

a ¶Ad episcopatum. Adde c.fi religiosus.de elect.lib.vj.

b ¶Cum honoris. Adde ca.vbi maius periculum,de elect.lib.vj.

3 vt not.in ſumma de ſcruti.§.fin.verſic.penult.& fin. [Salua conſcientia.] Quam ſemper ſequi debent,vt not.ſ.de tempor.ordin. ad aures.§.i.Sed nunquid epiſcopus debet talem cogere ordinari, ex quo dicit q̃ conſcienciam habet leſam? Dicit dom.noſt.q̃ ſic, non enim debet ei ſtatim credere,vnde poteſt eum ordinare, vel alij committere ordinandum,argu.j.de offic.delega.paſtoralis.§. quia vero.verſic.ad quod dicitur.j.de ſimo.per tuas.iii.ſecundum dominum noſtrum,ipſe tamen conſcientiam ſuam ſequatur.vt præmiſi. Sed quid ſi talis poſtea veniat,& velit ordinari,nunquid epiſcopus debet eum repellere? Dic, vt not.in ſumma de elect.§. quis poſſit eligere.ſub §.& qui nullo iure.ver.quid ſi poſtea.¶ Cũ igitur.] ii.pars.in qua ponitur contrarietas canonum. [Cum quidam.].ſ.canones. [Eos.].ſ clericos,qui ordinari renuunt. [Minime.] vt lxxiiii.diſtinc.cap.i.& ii.& cap.vbi iſta. & cap.honoratus. [Alij vero.]. ſ.canones. [Contrarium.] Videlicet tales clericos eſſe corrigẽdos,vt xxiii.q.iiii. diſplicet.i.quæſt.vj.ſicut. vii.quæſt.j. in ſcripturis.lxxiiii.diſt.cap.iii.& iiii.& cap.fin.Item & circa modum cogendi: nam alicubi dicitur rales per ſubtractionem beneficij cogendos eſſe.lxxiiii.diſtin. epiſcoporum. Alibi, vt minores & poſteriores,& maioribus & prioribus præferantur.vt ſic rebelles honorem & quæſtum appetere compellantur. lxxiiii.diſtinc. conſuluit. [Enodamus.] Sic ſ.de reſcrip.ſuper literis. ¶ Statuentes.] iii.pars. [Si prædicti clerici.] Non dicit vtrum ſint parochiales presbyteri,vel in perſonatibus conſtituti : quia de his non venit in dubium.vt ſ.cap.i.Sed dicit clerici in genere,vt omnes beneficiatos,ſeu intitulatos,etiam ſi ſit titulus.xx.ſol includat:nam talis tenetur reſidere,per conſequens & ſeruire,vt leg.& not.j.de cleric.non reſid.conquerente.& cap.cum ad hoc. Dicas ergo clerici,ſcilicet Aſſiſi,vr in dicto cap.cum ad hoc. vel cardinales canonici,j.de offic.archipresbyt.cap.ii. [Peccata.] Subaudi, vel alia impedimenta. in qua culpa ſua inciderunt, dummodo occulta
4 ſint, † quæ non habent vindictam, vt not.ſ.de tempo.ordi.cap.fi. & cap.ex tenore.§.fin. [Vira probabilis.] alias laudabilis. [Præferantur eiſdem.] In ordinis ſuſceptione,per conſequens & in fede & beneficij perceptione poteſt intelligi in canonicis, & clericis collegiorum,vt j.de maior.& obed.ſtatuimus.& ſic non cogunt,vt dicunt primi canones,dummodo ſint vtiles eccleſiæ, vt ſequitur. ¶ Et.niſi.] iiii. pars. [Illi.] ſcilicet clerici. [Pro iam dicta cauſa.].ſ.propter occulta ſua pecca ta,de quibus tamen ſunt parati corrigi: alioquin non retinerentur, nec diſpenſaretur cum eis, vt not.ſ.cap.proxi. [Eis.] Et in hoc caſu compellantur, & ſic ſecundi canones ſunt intelligẽdi.[Auferantur.] Ergo ſi vtiles ſunt: puta,quia ſunt prouidi in temporalibus.l.diſt.accedens. ſecundũ d.n.Vel ratione potentię.ſ.de elec.officij.Vel ratione ſcientię.Vel ratione artificij,non remouebuntur, ſed diſpenſatur cum eiſdẽ, & ſic non cogentur,vt volunt primi canones.Si ergo diſpenſatur quaſi quodammodo in defectu morum, vt hic propter vtilitatẽ eccleſiæ quare non in defectu gratiæ? Dic ergo,vt not.ſ.eo.indeco rum,& duobus c.ſeq. Vel dic, q̃ licet non compellantur in hoc caſu per ſubtractionem beneficiorum compellentur tamen per ſubtractionem prouentuum ad tempus.quod dic,vt not.j.de off. vica.c.fi [Beneficia.] Hoc verũ eſt, ſi communi poſſunt.vel illud confiteatur in iudicio contentioſo,& eis poteſt aliquid imputari, nec defectus reſtitui,vel quando volunt cõteri, & ſic latenter mutat caſum:alioquin contra.ſ.eo.c.in prin.& c.i.¶ Quia ſi.p ſola.] v.pars. [Voluntate.]-Vel ex causa iniuſta, quod idem eſt, vt ſ.de tranſla.epiſc.c.ij.§.ſed neque. verſic.licet iuxta. [Suaſerit.] eos ordinari per amiſſionem locorum & ſic intelligantur contraria.ſ. ſecundi canones.& non per cenſuram eccleſiaſticam,& ſic intelligatur primi ſignati.ſ.eo.c.j.Sic ergo eſt differentia inter hunc §. & ſuperiorem.quia quando nullam cauſam allegat, compellũtur per amiſſionem locorum.Intelligas tu ad tempus.ſ.quousque ordines receperint,& hoc innuit verbum ſequens,compellas.ſi.n. auferentur ex toto,non compellerentur vlterius promoueri,ſm
5 d.n. Ad idem facit,quod ſequitur † per ſubtractionem,quæ & ad tempus fieri conſueuit.j.de appell.paſtoralis.§.fin. In ſuperiori vero caſu.ſquando dicit ſe criminoſum, non compellitur ordinari, ſed beneficium aufertur ex toto, & alij conferuntur, vt præmiſit ſm d.n.& hoc eſt contra id.quod idem notauit.ſ.eo.c reſpon.j.ſu per verbo,ſalua conſcientia,vbi dixit,tales eſſe cogendos. Nos autem quaſi totum contrarium ſentimus. Dicimus etiam, q̃ quando iuſtum impedimentum allegant.etiam ſi ſit crimen occultũ nihilominus compelluntur per priuationem ſedis & beneficij,vt ſ.eo.c.§.ſtatuentes.& non per priuationem beneficij:ſi tamẽ alias ſunt vtiles eccleſiæ,vel neceſſarii,alioquin omnino tanquam inutiles arbores ſuccindantur,vt ſ.eo.§.proui. & ſic quando cauſam allegant,ſemper incipit pœna a priuatione ſedis & quęſitus:vbi vero ordinandus nullã cauſam allegat,ſtatim poteſt ei præcipi ſub pœna amiſſionis beneficij & loci,vt vtique ad tale tempus ordines recipiat,& ſi obedierit patet,q̃ ſic compellitur per pœnam amiſ-
6 ſionis loci, & ſubtractionis beneficij,ſubaudi tu comminãdam. Quia ſi rebellis fuerit,omnino priuari poterit,& loco, & beneficio,ex quo pœnam incurrit,& ſic eſt intelligendum,quod hic dẽt. Eſt autem intellectus iſte rationabilis, nec enim dubium eſt,q̃ magis videatur cõtemnere is,qui pro ſola voluntate ordinari renuit,q̃ is qui iuſtum impedimentum allegat.ergo cum magis rebelli,curius.& cum minus,mitius eſt agendum, & ẽt hunc intellectum litera iſtius c.plane ſonat.Si vis vltra dilatare materiam,recurre ad ea,q̃ no.in iſum.eo.tit.§.ordo.ver.circa hoc q̃ritur.& ſeq.

ADDITIO.

a ¶Quod verius eſt, & hoc ſequuntur hic Io.And. & do.Ant. De his vero, qui habent beneficia habentia certos ordines annexos, dic vt in c.licet canon.de elect.lib.vj.& in clem.vt hi qui.de ęta.& quali.

SVMMARIVM.

1 *Experto quilibet in ſua ſcientia credendum eſt.*
2 *Caſus fortuitus diligenti non eſt imputandus.*

CAP. VII.

AD aures. [Quod cum arte.] Sic nõ fuit in culpa ante factum. [Eruditus.] Sicut tibi falſa opinione videtur, vere enim eruditus & peritus ita prudentium regulis eſt munitus, vt in ſingulis agendis omnibus præterita, præſentia, & futura cognoſcat, vt dicit Hipocras in prologo pronoſticorum,quod non erat in iſto,vt in ſequenti litera demonſtratur,ſecundum T.hæc glo.eſt contra textum. [Pluribus.] ſcilicet infirmis. [Ipſius artis.] ſcilicet phiſicę,q.d.non fuiſti ſecutus proprium ſenſum,ſed artem. ergo erat eruditus & obediens arti, quod locum habet in qualibet facultate.nam in qualibet † ſuo magiſtro credendum eſt,ad hoc.ſ.de cõſti.c.j. & c.ne innitaris. [Traditiones.]Sic non fuit in culpa in ipſo facto.[Cum diligentia.] Sic non fuit in culpa ex poſt facto,ſic ergo tribus modis poteſt reperiri quis in culpa. Primo. ante factum,puta,quando intromittit ſe de hoc,quod ignorat,vel ad ipſum non ſpectat,vel non ſufficit ad agendum, ſed hoc excluditur. ſ.ibi eruditus.Secundo,cum inſipienter agit non ſequendo artẽ, ſed experimenta noua & inexperta,ſeu propriam voluntatẽ, ſed hoc excluditur, qũ dixit iuxta ipſius artis traditiones &c. Tertio, ex poſt facto,puta,quia licet eruditus ſit & erudite agat,tamẽ verſatur circa cuſtodiam negligenter, ſed hoc excluditur, quando dixit cum diligentia, hic ergo omnia recte egit, vt patet ex præmiſſis.j.Ad idem. j.de homi.tua nos.reſpon.i. & § j. ibi, ſi tamen cauſa ſperatis &c.& verbo ibi præcedẽti ff.ad l.Aquil. qua actione.§.ii.& l.idẽ iuris eſt.ff.de reg.in.culpa. & nota de hoc in ſumma.eo.tit.§ ordo.ver.hoc breuiter intelligo,& ſequentibus,& ex his etiam patet, q̃ glo. T.poſita.§.ſuper verbo,eruditus, huic textui contradicit,quia innuit,q̃ nihil recte,& textus probat,q̃ omnia recte[Licet.] ver.[In contrarium.] Quia.

Non eſt in medico, ſemper releuetur vt æger.
Interdum docta plus valet arte manus.

Sed

Sed ſicut euentus mortalitatis non eſt erudito,& diligenti medico imputandum.ff.de offi. præſid.illicitas.§.ſicuti.ſic imperitia & præſumptio imputantur,& minus diligens cuſtodia culpabilis iudicatur,vt in iuribus ſuperius alleg.in præced.glo. & propter hoc illicite extortum ſalarium reprobatur.ff.de var.& extraord.cogn. medicus. [Putabas.]

In modio vendi non eſt plena vola ſciendi.

Ex hoc vero præſumi poteſt, quòd in arte medicinæ non eſt peritus ad plenium: nã Hippocras ait,peritus mẽdicus &c.vt notatur ſupra eod.cap.reſpon.j. ſuper verbo, eruditus. ſecundum dominum noſtrum. Sed non ſequitur: nam & quandoque bonus dormitat Homerus, ſed nec eſt in medico ſemper &c. Intelligas tu,quantumcunque perito.quod dic,vt notatur ſupra eod.verſic. ſuper verbo,contrarium.& reſpon.j.ſuper verbo,cum diligentia. & in ſequen. glo. [Medelam.] Et vere adhibebas quantum in te
2 erat,nec eſt tibi † caſus fortuitus, ex quo adhibuiſti omnem diligentiam,imputandus.l.diſtincti.hi qui ad arborem. & cap.ſequẽ. & infra de homicid. capitu. fina. ff. commodati. in rebus. Abſit enim vt ea, quæ pro bono & licito (ſubaudi & licite) facimus, ſi præter voluntatem noſtram aliquid ſecus cõtingat,nobis debeat imputari.xxiii.quæſt.v.de occidendis.[Medicinis.]Corporalibus. idem accidit & de ſpiritualibus,vt notatur extra dom.noſt.de ſenten.excomm.cum medicinalis.reſpon.j.lib.vj.¶ Verum.] ſecunda pars. [Promoueri.] Subaudi,& dubitas de homicidio. [Super eo &c. conſcien tia.] Quæ ſemper ſequenda eſt, vt notatur ſupra titu.ii.cap.vnico & de tempor.ordin.ad aures.& cap.fina. [Te remordeat.] Et in dubio ſemper tutius eſt abſtinere, & eſt ratio, vt infra de homicid.ſignificaſti.ii.§.quòd ſi diſcerni.& capit.petitio. in fine.& ſupra de tempor.ordin.ad aures.in fine.quod dic,vt plene notatur infra de homici.tua nos.§.j. [Conſilio.] Hoc eſt conſilium reuerentiæ, vel neceſſitatis conſilium, ſcilicet prælati, cui ſe debet ſubditus conformare,infra de ſenten.excommun.inquiſitioni.& ideo ei obediendum eſt.vi.diſtinct.teſtamentum. infra de ſimo.Matthæus.in fi. vt & notatur ſupra de tempor.ordin.ad aures. Secus in conſilio voluntario,ſiue expeditionis,& quod ad ſalutem animæ non ſpectat,& ideo nõ obligat, vt notatur ſupra de electio.cum in veteri.& infra de arbi.cum olim.xxiiij.quæſt.j. quod præcipitur. Item in conſilio perfectionis: puta,a coniugio abſtinere.xxii.quæſt.j.integritas.de quo dicitur:ſi conſilio vti nolueris,minus bunum adipiſceris,nec tamen mali aliquid perpetrabis.xxiiii.q.j.quiſquis.

SVMMARIVM.

2 *Contumacia omnis aduerſus præſidem capite punitur.*
2 *Volenti militem caſtigare non eſt reſiſtendum.*
3 *Contumelia parentis morte luitur.*
4 *Degradatus curiæ traditur ſeculari.*
5 *Suſpenſus ſimpliciter perpetuo ſuſpenſus intelligitur.*
6 *Suſpenſus ad tempus quomodo intelligatur.*
7 *Hæreticus reputat quòd excommunicationem per annum tolerat.*
8 *Suſpenſus fructus ſui beneficij non percipit.*
9 *Excommunicatur in nulla eccleſia eſt recipiendus.*
10 *Sacramenta quædam voluntatis,& quædam neceſſitatis.*
11 *Qui omnibus ſatisfacere poteſt, Deus eſt.*

CAP. VIII.

VM bonæ. [Buccarum.] Vel potius bucca durum, vt patet j. ex rebellione ſua ad modũ equũ nõ parentis habẽis. j. de homici. ſignificaſti.ij. [Ipſius.].ſ.Clementis Papæ. [Archidiacono ſuo.]. ſuorum clericorum . [Grauiter læſerant.] Et ideo
1 graui pœna erant puniendi. ſ.capitali . omnis enim † contumacia aduerſus præſidem,vel ducem commiſſa capite punitur.ff.de re milit.omne delictum.§.j. & ii.nec † eſt caſtigare volenti militem reſiſtendum. ff.de re milit.miles.§.irreuerentes . ſed & iuxta
3 diuinum oraculum parentis † contumelia morte luitur. lxxxvj.
4 diſtin.non ſatis.in fi. & reſiſtens epiſcopo † degradatus curiæ traditur ſeculari. xj.q.j. ſi quis ſacerdotum . ¶ Quia venire.] ij. pars. [Contempſerunt.] Et ſic contumaces fuerunt.ff.de re iudic.contumacia.j. de do.& contu.cauſam quæ. [In eos.].ſ.clericos ſupra dictos,& contumaces. [Suſpenſionis.] Moderate incipit.j.de offic.deleg.ſane.ii.ad finem. j. de vſur.quia in omnibus. Hic autem ſecundum dominum noſtrũ fuit lata ſententia ſuſpenſionis ab
5 officio,& beneficio,ſuper quo notauit,q̃ ſi quis † ſuſpenditur ſim
a pliciter,perpetuo ſuſpenſus intelligitur,ſi tamẽ hoc fit cum cauſæ cognitione, & diffinitiue pronunciando, & vbi proceſſum eſt criminaliter per modum acculationis,vel etiam ciuiliter p modum inquiſitionis,ſeu denunciationis de crimine,arg.j.de accuſat. inquiſitionis . in quo caſu beneficia ſuſpenſi ſtatim conferri poſſunt,cum per ſententiam ſit damnatus,vt not.j.de conceſſio. præben.literas. ſi vero non diffinitiue cum ad hoc non ageretur, ſed interloquendo ſiue contumaciam non parentis puniendo pronunciatum ſit, non intelligitur ſuſpenſus perpetuo, niſi hoc ſit expreſſim.ſ.de conſtit.ex literis.vbi de hoc.Hæc ſecundũ quoſdam vera ſunt,quando is,qui ſententiauit,erat iudex perpetuus.ſi enim erat temporalis,nec cauſam ſuſpenſionis exprimeret, toto tempore adminiſtrationis ſuæ (& non vltra.) intelligitur ſuſpenſus.ff.de pen.l.ſi.quod dom.noſt.non admittit,imo intelligit,q̃ ſemper eſt ſuſpenſus quousque abſoluatur.[Et hoc eſt ſpeciale in pœna cenſurę eccleſiaſticę,& in eius fauorem,ne rumpatur nervus eccleſiaſticæ diſciplinæ.xxiii.q.v. excommunicatorum. & ſ. de conſuet.cum inter vos.niſi forſan offenſam expreſſerit, de cu-
6 ius natura eſt,† vt ad tempus intelligatur,vt ſi propter contumaciam, vel alia, quæ lite pendente accidunt,aliquem ſuſpenderit: quia tunc ſuſpenſus intelligitur quousque ſatisfecerit de contumacia,vel offenſa.ii.q.iiii.presbyteri ſi a plebe.lxxxj.diſt.ſi qui presbyteri ſunt,& idem eſt intelligendum de ſtatutis,quorum authoritate aliquis eſt ſuſpenſus.ſ.de conſtitu.ex literis.horum autem beneficia conferenda non ſunt, niſi prius per ſententiam priuati ſint,& idem eſt,vbi ad tempus excommunicati ſunt:nam per ſuſpenſiones,ſeu excommunicationes temporales non intelliguntur priuati beneficiis,niſi prius per ſententiam priuentur,vt not. j.eo.c.§.j.ſuper verbo,quæ habuerant. Vbi etiam quis ad tempus ex officio ſuſpenditur,finito tempore ſtatim ceſſat ſuſpenſio,& q̃ prius habebat,recuperat.ff.de poſtul.puto. niſi forſan ſuſpẽſus ſit, quouſque ſatisfaciat, tunc enim poſt ſatisfactionem ſequi debet abſolutio ſpecialis.ii.q.iiii.presbyter.Ratio diuerſitatis hæc eſt:quando ad tempus ſuſpenditur ex officio, nec alia ſatisfactio imponitur,finito tempore,nec poteſt eſſe dubitatio de ipſius abſolutione.exemplum.j.de cle.vena.c.j. Vbi vero ſuſpenditur,quouſq; tali ſatisfecerit, vel ꝓpter aliud intereſſe hominis multæ poſſunt occurrere dubitationes. ſuſpenſus enim forſan dicet, q̃ plene ſatisfecit,& alius negabit,& ſic oportet, q̃ per iudicem terminetur, ſm d.n.Alii tamen contradicunt,& accedit. quod not.j.de iudi. c.j. [Promulgari.] Eſt enim inobediẽtia punienda,vt leg.& no. ſ.de poſtul.prælat.c.i.§.nos igitur. [In qua.].ſ.ſententia ſuſpenſionis. [Triennio.] Factum narrat. Idem enim eſſet, & de biennio, & ſi excommunicati eſſent,non carerent ſcrupulo hæreticæ pra-
7 uitatis.j.de pœn.grauem.† Quinimo ità eſt]& de anno.j.de hered. excommunicamus. j.§ ſi vero dominus. nam & talis conuictus præſumitur.xj.q.iii.rurſus.& c.quiſquis . [Suſpenſi.] Suſpenſi eligere non poſſunt &c.hæc glo.quæ ſic incipit,& quã poſſit hic B. tota ſuperflua eſt: quia hęc materia plenius expeditur. ſ.de conſuet.cum dilectus.§. quia nobis.[Aliud.] Ab eo,quod tunc habebant,& ideo non tenuit collatio;quia ſuſpenſi erant, vt hic, & ſ.
8 de elect.cum inter R.ſeniorem. §.fi. nec tenim tempore ſuſpenſionis fructus ſui beneficij debet percipere. j.de appell,paſtoralis. §.fi.¶ Et quia vtrum.] iii.pars. [Sic recepta.]. ſ.dum ſuſpenſi erãt. [Retinere.] Non etiam ea,quæ prius habebant, vnde & ipſis ſpoliantur,vt ſequitur,& hoc eſt.[Reſpondemus &c.Illa.] Subaudi, etiam quæ,& a quibus ſuſpẽſi erant, & ipſa nihilominus retinuerant, & adminiſtrauerant, & ſic cenſuram eccleſiaſticam contempſerant, ſiue violauerant, quare ſunt ipſis merito ſpoliandi, hæc ergo eſt pœna clerici ſententiam eccleſiaſticam non ſeruantis,vt hic,& j.de do.& contuma.veritatis.j.de vita,& honeſt.cler. vt clericorum.§.ſi quis igitur.j.de cle.excom.mini.poſtulaſtis.ad fi.& j.de exceſſ.prælat.tanta eſt clauis. Patet autem ex hoc,quod hic dicitur,& quod infra ſequitur,q̃ non tantum beneficiis,quæ habuerant ante ſententiam, ſed etiam acquiſitis pendente ſentẽtia ſunt per ſententiam ſpoliandi, ſi per annum excommunicati permanſerunt,& ſic intellige hoc c.& xj.q.iii. rurſus. Olim autem excommunicatus pro crimine,ſtatim poſt excommunicationem locum amittebat,niſi ſtatim doceret de iniuſtitia ſententiæ.xj.q.iii.ſi quis presbyter. ſed mitigatur rigor ilie per dictum c. rurſus . ibi ſequens . Priuatus autem beneficiis ex hac cauſa non auditur vlterius ſuper eis elapſo anno,ſed tantum ſuper crimine pro quo fuit excommunicatus.C.de requi.reis.l.ii.ſed videtur,q̃ ſolus lapſus anni ſine ſententia amotionis a beneficiis ſufficiat, vt vlterius non audiatur ſuper ipſis,& ſic videtur loqui. c.rurſus. Quæ autem dicta ſunt de excommunicatione,eadem intelligas de interdicto & ſuſpenſione,argum.hic.& j.de cler.excom.min. poſtulaſtis.nec eſt vis de triẽnio,de quo hic loquitur:nam idem eſt ſi per annum,vt in d.cap.rurſus.ſecundum dominum noſtrũ cuius eſt tota hęc glo.a ſuperiori.verſic.patet autem citra.Vel dic de hac materia,vt not.j.de offic.deleg. quærenti. & j.de hære.excommunicamus.j.§.j.de pœn.cap.fin.videtur tamen,q̃ excommunicatus non ſit expectandus,niſi per ſex menſes , & iõ ſignatur huic contra.j.de cleric.non reſid.ex tuæ. Solu.illa loquitur in latitante,& docet qualiter poſſit eccleſia ſua priuari,hic loquitur in excommunicato præſente contumace, & docet quamdiu ſit expectandus,ſecundum dominum noſtrum. Vel dic,vt ibi not. [Retinere.] argu.q̃ ſi clericus habens plura beneficia in diuerſis eccleſiis excommunicetur in vna , non debet ſibi reſponderi in alia,& j.de appell.paſtoralis.§.fin. nec enim tenetur aliquis pendente ſententia reſpondere,infra de ſenten.excommuni. ſi vere,

†quia

ADDITIO.

a ¶Suſpenſus.. Adde de hac materia do.Ant.hic poſt iſtum in j.col.

9 † quia excommunicatus in nulla ecclesia est recipiendus. xxj.distinct.cleros.in fin.xxv.distin.perlectis.post princip.i.quæst.i. non liceat.xj.q.iij.cum excommunicato.& c.excommunicatos.Caute vero faciet excommunicator,si aliis hoc denunciet, vt patet j.
10 de treu.& pace.cap.j.§.i. Absolutus † tamen videtur,q fructus medii temporis reperere potest,argu..C.qui milit.stipendia.& l.cum allegatis.lib.xii.secundum Goff.de hoc in summa.j.de sent.excō. §.quis sit effectus.dic,vt ibi not. [Vnde.] versic. s.quia ea retinere non possunt. [Baranensi archiepiscopo &c.Beneficiis.].s.omnibus supradictis tam priùs habitis,q̄ post adeptis.sic habes hic fm
11 d.n.q̄ tuspēsus eligi non potest,† nec beneficii ecclesiastici capax efficˈ.& de hoc not.ē.de consuet.cum dilectus.§.quia nobis.j.de excess.prælat.c.fi.non solum ergo per excommunicationis sententiam potest compesci contumax.xj.q.iij.certum,vel pœnæ impositionem.ff.si quis ius.di.non obten.l.vnica seu per rei petitę missionem.j.de offic.deleg.quærenti.j.vt lit.non contest.tuæ.Quinimmo & per pœnæ augmentationem & beneficiorum priuationē, vt hic, quia crescente contumacia pœna est augmentanda.j.vt lite non contest.quoniam frequenter.§.fi.& tandem cum ecclesia non habeat vltra quid faciat., per curiæ secularis inuocationem. quod dic,vt leg.& not.j.de iud.cum ab homine.delegatus tamen hanc potestatem nō habet ex virtute censuræ ecclesiasticæ. quod dic, vt not extra d.n.de homic.pro humani, §.cum igitur. & sq.lib.vj. [Spoliare.] Collatio enim beneficiorū tempore suspensionis facta nō renuit,vnde nec ipsi tractu conualescere potuit.xvj.q.iij.si sacerdotes.i.q.i.principatus,qđ dic, vt no.j.de præb. dilecto.ē.de elect.dudum.i.& ii.Nec de hac spoliatione ad restitutionem aliqua agi potest,cum facta sit causa cognita & juris ordine ꝺo seruato. vii.q.i. præsentium.& ē.de rescript.dilectus filius abbas. Alioquin si intuitu restitutio peti posset,& sic tollitur cōtra.j.de restit.spol.conquerente.& c.ij.

SVMMARIVM.

1 *Ordines quot sint, & a quibus conferri valeant.*
2 *Prærogatiua meritorum dispensationem inducit.*
3 *Quod non mutatur, stare non prohibetur.*
4 *Papa solum de episcopatibus se intromittit.*
5 *Subdiaconus manus impositionem non recipit.*
6 *Bigami repellantur a sacris ordinibus.*
7 *Qui grauatur in continendo, releuatur in promouendo.*

CAP. IX.

Multis Caput cum cauda sufficeret,vētre penitus proculpsilo.In principio enim quæritur an subdiaconus possit eligi,& in fi.soluit,q sic.In medio vero quædam iura inducit,& est similis casus positio. j.de biga.debitum. in princi. [Eligi valeat.] Et hoc ideo: quia super hac quæstione videntur iura adinuicem discrepare, vt j.sequitur. sic.ē.eo. quæris. [Hæsitatur.] Et tu respondeas, q sic,vt j.s.i.& debuissent omnia alia resecari. [Siquidem.] versic in quo incipit allegare, q subdiaconus non est eligibilis nisi de gratia & hoc est,quod dicit. [Siquidem Vrbanus Papa &c. Nullus in episcopum.] Hic incipiunt verba canonis Vrbani, quem habes.lx.dist.nullus in episcopum.accipe.[Eligatur.] Quod est j. [Nisi in sacris & c.Sacros.] Inquit.i.Vrbanus Papa. [Solos.] Subaudi sacros:nam & alios habuit,licet non reputaret sacrum ordinem subdiaconatum, vt infra sequitur, quem & habuit ecclesia
1 primitiua.xxj.dist.§.i.& c.i.quor † autem sint ordines,& a quibus conferri valeant.dic.vt not.in sum.de ordi.ab episcopo.§.i. & ratur.j.eo.cum contingat. [Concedimus.]. s.ex dispensatione & de gratia:alias impropriè loqueretur,vt & innuunt verba sequentia,& leg.& not.ē.de vsu pal.cap.antepenult. licet & quandoque, quod de iure communi est.concedatur j.de procur.quia in causis. [Si tamen spectaræ scientiæ.] idest eminentis q.d. si prærogatiua † meritorum dispensationem inducat. quod dic, vt not.j.de
2 præben.de multa.ad finem. [Quia ipsum.].s.q̄ subdiaconus eligi valeat. [Non sine Romani, vel Metropolitani.] Et ita Metropolitanus olim poterat dispensare in ordinibus quò ad episcopatū: vnde & dicunt quidam authoritate mentis istius iuris, q̄ hodie possit dispensare in Accolito eadem ratione. Sed cum illegitime nato, nec olim poterat.nec hodie potest.ē.de elect.innouuit. nec in defectu ætatis, vt C.de his qui vent.ætatimp. ra. l.ii.& iii. Quod
3 enim non † mutatur quare stare prohibemur? C.de restaur.fanicimus.& sic ista gratia reseruatur hodie Metropolitano, sicut & aliud, quòd in pœnam electi negligentis consecrari, suam possit recipere cessionem.ē.de translat.episco.capitulum.ii.§.sed neque.Sed quicquid dicatur, ecclesia Romana episcopatus ad manus suas
4 retinuit, nec hodie talem licentiam approbaret: quia & iuri congruit, quòd de episcopatibus † non intromittat se, nisi Papa.xvi. quæst.vii,sicut.latius eo quod not.j.eod.quam.§.fina.super verbo, aliqua sinistra,versic.sed & tanta posset.quod dic,vt no.ē.de elect. cum in cunctis.in fi.& cap.innotuit.respon.i.super verbo, per tedem apostolicam.& cap.cum dilectus respon.i. Quo ad dignitates vero:alias minores rectorias,& alia beneficia media dic,vt no
5 tatur §.eod.præterea,& duobus cap.præceden.nam & in abbatiis dispensat diœcesanus.supra eod.ruam.& Metropolitanus sede suffraganea vacante,infra de simo.licut nobis. respon.i. vbi de hoc [In quibus.] versic.verba sunt Innocentii.ii. interpretantis.intē tionem Vrbani.[Verbis.] scilicet Vrbani Papæ supra positis.[Primæ ecclesiæ.] Alias primitiuæ. [In quibus.] scilicet statu primitiuæ ecclesiæ. [Sacer minimè.] Et hoc etiam tempus videtur respicere capitulum dicens,q̄ subdiaconus † manus impositionem non recipit.vt not.j.de sacram.non iter. cap.j. [Vtilitatis causa.] Hæc enim dispensationem inducit,vt legit.& not.ē.de electio,in cautis.§.fina.¶ Verum.] ii.pars.in qua incipit allegare,q̄ subdiaconus eligibilis est, ad quod inducit cap. sequens. [Subdiaconatus.].Iordo. [Erubescant.] Hic incipiunt verba canonis, quem inducit,quem habes.xxxii.distin.erubescant. [Et iterum.] Verba Innocentij inducentis ad idem aliud capitulum eiusdem Vrbani secundi. [Nemo ad sacrum.] Hic incipiunt verba canonis,
6 quem habes.xxxii.distin.nemo. [Vsque ad subdiaconatum.] Expone vsque.i.citra,exclusiue enim tenetur.si.ē.nit.i.cap.i.§.in secundo. [Vnicam & virginem.] Alioquin si duas.vel corruptam haberet,bigamus censeretur,& sic † repelleretur.j.de biga.debitum, [Et ad similitudinem.] versic.hæc sunt verba Innocentij,qui argumentatur a simili, sic supra de rescriptis. inter cœteras, [Constitutum.] videlicet. [Vt si quis eorum.] Et hic incipiunt verba canonis textę sinodi, quem inducit,& quem habes.xxxii. distinctio.si quis eorum. [Et beatus.] versicu.Hæc sunt verba Innocentij. [Nullum facere.] Hic incipiunt verba canonis Greg. quem inducit,& quem habes.xxviii.distinct.nullum.xxxj.distinct. ante triennium.¶ Nos volentes.] tertia pars. [Dispensationis.] Alias dispensationis. [Libere.] idest vbique,& hoc statutum erat. lx.dist. cap.i & ii.& cap.nullus.& §.fin. [Valeat eligi.] Iustum est enim,
7 vt ex quo grauatur † in continendo, releuetur in promouendo: quia qui in vno grauatur &c.xvj.quæst.vi.de lapsis.& not.j.de parochi.cap.i [Sicut.] scilicet libere valet eligi.[Diaconus,vel sacerdos.] Reducatur ergo ad ius commune, quod olim fiebat ex dispensatione.si.j. de offi.leg. post translationem. Et quod dictum erat de superioribus ad inferiores extenditur.simil.supra de translatio.episco.cap.ij.§.j & supra de constitu.cum venerabilis. sicut econuerso fit.j.de priuileg.quod nonnullis.& est argumen.ad id, quod not.j.de sacram.non iteran.cap.j.& iij.

SVMMARIVM.

1 *Melior semper a principio est eligendus.*
2 *Episcopus dispensat etiam in abbatiis, necessitate vrgente.*
3 *Abbatis nomen, est potius solicitudinis, quam honoris.*
4 *Abbati omnes in omnibus obedire debent.*
5 *Abbas, an solenniter est benedicendus.*
6 *Abbas, quæ exercere non possit.*
7 *Benedictio abbatialis, non est ordinis.*
8 *Abbas primo debet ordinari, quasi benedici.*
9 *Benedictio abbatissæ simplex est.*
10 *Cardinalis legatus plura potest quam episcopus.*
11 *Amor cordis iniustus, loco pretij est.*
12 *Affectus carnalis non debet peruertere iudicium rationis.*
13 *Preces quando noceant promouendo,& quando non.*
14 *Remittere idem est quod dare.*
15 *Simonia committitur munere intercueniente.*
16 *Adulari pro beneficio, simoniacum est.*

CAP. X.

Vam in domino. [Commendamus.] Ex quo commendatur, ergo parum, aut nihil omiserat de contingentibus. [Quam.]. s.diligentiam. [Super monasterio.].i. super prouisione monasterii,vt sequitur,in talibus enim diligenter cauendum est,vt patet ē.de electio.officii.¶ Mandamus qua.] secunda pars. [Melius prouidere.] quàm de monacho, de quo scripsisti hæc autem ratio dicit,quod ab initio semper melior est
1 † eligendus,lxiii.distinct.Metropolitano.Finaliter tamen sufficit, ne malus existat.xvi.quæst.fina. monasterium. in fi.[Commendasti.] Subaudi &. [Per quem.]. s.monachum. [Creditur.] Et si secus acciderit, non imputabitur bonæ fidei promouenti. quod dic,vt notatur ē.eod.ad aures.[Nullum prorsus &c.] Ac si dicat, caue bene tibi, vt in nullo moueant te preces carnales illiciræ, nec principaliter,nec secundario,& tamen satis videtur sufficere, si principaliter non moueretur, argum.j.de re iudic. cum l.& A. §.fin.versic.vel etiam si aliqua.& sequen. [Respectum.].s.quæst.j. quibuidam. [Quidam laici.] Qui in nullo participare debent in talibus,vt legitur & notatur ē.de elect.quisquis.& cap.sacrosancta.& cap.Massana. [Ex tuæ duntaxat &c.] No. non dicit legationis,non commissionis, sed ex tuæ duntaxat & c.q.d.ex officio solo ordinariæ potestatis. Habes ergo hic expressum textum, q̄
2 † episcopus etiam in abbatiis dispensat necessitatis articulo exigē te,vt & infra notatur,quod dic,vt notatur,supra eod.preterea.vbi de hoc.& adde,quod notatur j.§.j.in princ.& super verbo,tamen

instante

instante necessitatis articulo. [Faciebant.] Qui dictum monachum instanter in abbatem petebant.si.inor.ē.de renunciatio. ex transmissa. §.verum. [Institutas.] Dispensatiue, cum defectum ordinis perpetuum patiatur. vt sequitur. ¶ Ita videlicet.] iii.pars. [Ad sacros ordines.] Quia forte bigamus erat, vel homicida,vel alias irregularis,vnde non poterat promoueri,vt lj.distin.cap.penult.& fin.& tamen dispensatiue propter necessitatem monasterii promouetur. Quare ergo non idem in personatibus & rectoriis? Dicunt quidam, q̄ nomen abbatis † potius est solicitudinis, quàm ordinis,vel honoris.xviii.quæst.ii.hoc tantum. vnde & laicus potest fieri abbas.xciii.distin.a subdiacono.xvj.quæst.i.generaliter. Sed certe hoc recessit ab aula: nam hodie necesse est, q̄ fiat sacerdos.ē.eod.cap.i.& q̄ profectus promoueatur.ē.de elect.cum causam quæ. Nec obstat, quod dicitur, q̄ abbas non sit nomen honoris,vel ordinis:quia hoc non dicit ea.super hoc allegatum. Fateor tamen,q̄ non est nomen ordinis, benedictionem tamen recipit episcopalem,vt legitur, & notatur ē.de supplen.negligen. prælat.cap.j.& salua regula.a qua nec ipse,nec alius debet temere
4 deuiare, præest omnibus in monasterio secundum regulam beati Benedicti,& prior præest aliis post abbatem,vnde † & abbati debent obedire omnes in omnibus reuerenter,licet ipse de diligenti cura,& vigili sit præ omnibus aliis oneratus. j.de statu monacho.cum monasterium.§.prior.& §.abbas. sed nec ex hoc debet intumescere,sicut nec episcopus de episcopatu: quia nomen est oneris non honoris,secundum Hiero.& Augusti.viii. quæst.i. illud.& cap.qui episcopatum.vnde patet,q̄ hic dispensatum fuit,
5 sed nec sine causa, vt sequitur. Sed nunquid talis † abbas solenniter erit benedicendus? Videtur, q̄ non: quia illa benedictio ad hoc datur, vt monachos suos possit benedicere,vt patet supra de supplen.negli.prælat. cap.j. & vt possit minores ordines conferre,vt lxix.distin.quoniam videmus.quæ † tamen exercere non potest,nisi sacerdos sit,vt patet j.cap.i.sed iste abbas promoueri non potest, vt dicit hæc littera,nec confessiones audire poterit monachorum,nec ipsos absoluere,vt patet in eo, quod legitur & notatur j.de pœnitentiis.omnis.j.de senten.excomm.canonica in fi. Et secundum hoc cōstitutus in minoribus ordinibus curam habet ex dispensatione,& iurisdictionem spiritualem,quæ ad abbatem spectare potest & debet: ea tamen, quæ ordinis sunt, per se non exercebit. Sed aliis.qui habent ordinem,hoc committet,argum in eo,quod legitur & notatur ē.de elect.suffraganeis.& cap. transmissam. saluo eo, q̄ benedictionem & ordinationem monachorum etiam per alium abbatem non faciet fieri,vt patet in eo quod not.j.capit.j.§.j.super verbo,in ipso proprio monasterio. immo est in talibus ad proprium diœcesanum recurrendum, argum.j.de sentē.excom.monachi.in fi.& cap.de monialibus.in fi. cui nec præiudicare debent in hac parte,vt patet in eo,quod legitur,& notatur ē.de vsu pal.cap.antepenult.ad finem. Ideoque, & ad ipsum semper in huiusmodi prius recurrendum est, etiam si monachi sint exempti.j.de præscrip.veniens.§.chrisma vero.Ecō uerso videtur,scilicet q̄ talis abbas possit benedici ēt citra sacros
7 ordines.hæc enim benedictio † abbatialis non est ordinis,vt supra not.& est ad hoc efficax,argum.j.cap.i.§.j.ad finem.vt ibi not ad idem.quia etiam laicus potest abbas fieri. vt not.ē.ead.glos. circa princ. & hoc etiam seruat Romana ecclesia, quæ tales electos etiam non presbyteros benedicit, & hoc solum debet sufficere, vt patet in eo,quod notatur j.de re iudic. in cautis. Solutio.non puto,q̄ talis sit benedicendus, sed sto ei quod dictum est. ē.ead glos. in allegationibus primæ partis huius quæstionis. Nec obstat, infra eod.cap.i.Respondeo enim vt ibi notatur. Nec etiam obstat,q̄ olim laicus præficiebatur: quia illud hodie non seruatur,vt not. ē.ead.glo.post princip. Requiritur enim,q̄ saltem minores ordines habeat,vt ad minus clericus sit ad hoc,vt dispensetur,ar.hic, & in eo,quod legitur,& notatur j.de arbit contingit & capitu.ii. Sed nec obstat exemplum Romanæ ecclesiæ in hac parte: quia non puto, q̄ hoc faciat in exemplum, sed ex suo priuilegio speciali,vnde nec est ab inferioribus vsurpandum,vt patet in eo, qđ legitur & notatur ē.de temp.ordin.cap.i.& ipsa etiam non consueuit hoc facere sine causa. Quinimmo nec debet vocari abbas, sed electus tantum, donec sit benedictus.quod dic,vt legitur & notatur j.de re iudic.inter monasterium.ad finem.sed & ratio naturalis hoc dictat. q̄, ex quo abbas hodie debet esse presbyter,& benedictionem accipere episcopalem & spiritualem manus impo
8 sitione interueniente,vt patet ē.eod.cap.i.& j.eod.cap.i.primo † debet ordinari,quàm benedici,argum.xciii.distin.legimus.in fi.ff.de muner,vt gradatim. & vt legitur & notatur j.de cleri.per sal.promo.cap.vnico.& de excess.prælat.ex literis.§.fin.versi.cum igitur. Sed qualis est hæc benedictio? Ordinaria non,quia per ipsam nullus certus ordo datur,nec character imprimitur. Simplex nō, q̄a & annexam habet potestatem ordines conferendi, dumtamen presbytero præbeatur,vt patet ex præmissis. Quid ergo? Dicas, q̄ mixta est inter simplicem & ordinariam, vtriusque participans, sicut dicitur de iure emphyteutico. C. de iure emphyte.l.iii. Habet tamen maiorem participationem cum ordinatoria, quia &
9 manus impositionem requirit episcopalem,quæ † non fit abbatissę.cuius benedictio simplex est.vt patet in libro pōtificali, nec impartienda est nisi presbytero, ergo in talibus primo benedicatur, antequam fuerit in presbyterum ordinatum,caute tupplendum est,quod incaute fuerit præter missum vt patet in eo,quod legitur & notatur j.de sacram.non iteran.cap.i.& fin.& de hoc tangitur. j.cap.j.§.j.super verbo,per manus impositionem.[Non ascēdat.] Subaudi,nec obstat,quod posset obiici,non posse.i.promoueri ad tantam dignitatem in minoribus ordinibus cōstitutum. [Cum instante necessitatis &c.] Patet igitur, quod de rigore iuris non promoueretur, & quod dispensatiue sumitur, & causa dispensationis exprimitur,& quòd per ordinarium dispensatur, ergo qui in dignitatibus aufert dispensationem episcopi ex hac causa faciē dam,hic euidentissime reprobatur.quod dic,vt notatur supra eo. indecorum. & duobus capit.sequentibus. Sed dices, hic loquitur
10 de † cardinali legato,qui plura potest,quàm episcopus. Respond. quo ad dispensationem huiusmodi, tu qui contrarium tenes,ipsos ponis æquales,vt notatur infra de fil.presbyt.cap.penult.& fin. & sic quod de vno dicitur &c.& vtique verum est.quòd si in vtroque de iure dispensandi agatur, in talibus necessitas est excepta. quod dic vt notatur j.de concess.præben.cum nostris.§.fi. [Constitutus.] Subaudi,sed nec obstat petitio laicorum,quia ipsam(vt legatus instructus est) non sequitur. maximè cum. [Et laici memorati &c.] & sic continuatur versic. sequens. [Et laici.] versic. [Vt.] Subaudi. si essent coniuncti monacho consanguinitate, vel affinitate. [Ex ipsorum &c.contra eum.] .s.monachum, qui ipsos forsan retrahere potuisset, argum.j.de simon. sicut nobis.j. de homic.Petrus.[Aliqua sinistra &c.] Quia multa iura & dicta
a de hac materia sparsa sunt. Breuiter sic distingue a, cum preces porriguntur pro aliquo ad beneficium ecclesiasticum promouēdo,si is qui promouendus est,offert preces pro prælatura, ad quā quis per electionem canonicam promouendus est consequendam,simoniacum est.sic intelligē.q.i.nullus itaque. & ē.de elec. qualiter.& c.per inquisitionem. cum suis fi. Si autem pro beneficio simplici,& dignus est,vel indigens,non est simonia,vt j.de simo.tua nos.§.i.& j.de cler.excom.mihi.proposuisti. Sed & si aliquis precibus promoueatur & spiritualibus.s.non factis a laicis,sed a clericis honestis,quos nulla trahit carnalitas. neque corruptio, nō est simonia,arg.lxiii.dist.principali j.q.j.laborem. Verum iniu
11 stus amor † cordis loco precij est.j.q.j.si quis neq; sanctis. & c.sunt
12 nonnulli.Caueat ergo prælatus,q̄ † carnalitatis affectus non peruertat iudicium rationis.j.de præb.& digni.graue.j.vt eccle.benefic.c.vnico.§.omnibus.quod est,quando viro idoneo præfert nepotulum minus idoneum in personatu vel parochia conferenda:non dico hoc idem de simplicibus indistincte: nam & si egentem ꝓsanguineū dūmodo non peccatorē pferret magis idoneo non egenti in simplicibus,nō reprobarem,cum & talibus teneatur præ cœteris prouidere,arg.lxxxvi.di.non satis.j.de cohab.cler.
13 & mulie.c.i.j.de testa.relatum.ii.§.licet autem. Quando † autem consanguinei clerici, vel laici pro egente & indigno preces offerunt circa simplex beneficium non est simonia,cum in tali casu nec preces proprie reprobentur,vt not.ē.versic.si is qui promouēdus, q̄ si preces fiāt a laicis siue carnalibus.vt prælaturam consequantur,& hoc fiat in fraudem:pura,ab inimicis intendentibus promotionem illius de quo speratur,vel agitur impedire,nō ob. j.de simo.licut nobis.§.pen.& cap.nobis fuit.re ipon.i. Sinautem sunt amici non consanguinei.sed forsan extranei,& promouendus non consentiat, sed ignoret penitus, vel si sciret expresse contradicat,non obsunt preces,dummodo dignus sit, argum.j.de simo.sicut nobis.§.penult.j.de homic.Petrus.maximè si fiant a patronis, quorum assensus requiri consueuit,& qui homines quasi spirituales sunt.argum.ē.de elect.cum terra.j.de iure patro.nobis fuit.§.i. Si vero promouendus hoc scit, & non contradicit, dicitur habere voluntatem turbatam,& ideo obest.j.de simon. Matthæus.Porro si preces laicorum interueniant (maximè violentæ) niti sic fiat comminātium.illicite sunt omnino. ē.de elect.Offius. & cap.quisquis.j.de iure patron.præterea.Idem est,si fiant ab aliis laicis consanguineis, vel allis carnalibus quibuscunque, ex quo illicite præsumuntur,vbi preces principaliter sunt secutæ, argum.hic.& j.de simo.de simoniace.& cap.de regularibus.Quantumcunque autem preces illicitæ sint, dummodo promouēdus non consentiat tacite,vel expresse, nec superior ad quem spectat, ad ipsas aliquatenus oculos habeat, sed Deum tantum, & idoneitatem personæ, necnon & vtilitatem ecclesiæ considerans ipsum promoueat,non errabit,vt supra §.primo.& argumen.infra de rerum permutatio.quæsitum. Quinimmo & cum ipso exigente hoc vrgente necessitate, vel euidenti vtilitate ecclesiæ, si oportuerit (intelligas tu solus Papa in episcopatibus, ordinarius autem episcopus in aliis inferioribus) dispensabit, vt supra præmisit, secundum hoc intellige verbum beati Bernardi dicentis.

Pro

ADDITIO.

a ¶ Sic distingue. Adde glo.& do.Ant.hic.

Pro quo rogaris, si suspectus sit tibi, qui pro se rogat, iam iudicatus est. Sed & tanta posset imminere circa episcopatum necessitas, q̃ Metropolitanus de consensu capituli posset custodiam episcopatus personæ idoneæ committere (sicut puto.) vsque ad domini Papæ beneplacitum voluntatis, arg. §. de elect. nihil. §. pen. & §. eo. a multis. respon. j. versic. si quidem. & ℣. de simo. sicut nobis. resp. j. Dominus vero noster no. hic, q̃ siue pro alio roger quis electores, vel alios quoscunque, etiam pro indigno, siue pro dignitate, siue pro beneficio, taliter tamen promotus non dicitur habere beneficium simoniace, nisi rogans intenderet obligari collatori beneficii ex precibus, vel ipsum exonerare ab aliquo seruitio, seu debito, quo ei tenetur. Tunc enim dicitur simoniacum, quia in talib
14 ¶idem est remittere, quod dare, etiam si remittatur naturalis obligatio, qua quis est ad antidora obligatus arg. ff. de calumniatorib. l. ii. & iii. in prin. ff. de pet. hæred. sed & fi. §. consuluit. j. q. j. si q̃ sunt.
15 ℣. de simo. querelam. Nam ¶ ad hoc, vt simonia committat, oportet, q̃ minus interueniat. i. quæst. j. sunt nonnulli. Tales autem preces frequentius interponuntur, non pro munere, sed pro consilio, licet sæpe iniusto, vel inhonesto. Et ideo nō est simoniacum, quamuis peccarum sit, vnde nec tenetur ad resignationem taliter promotus, sed sufficit, quod alias pœnitentiam agat, argum. ℣. de simon. capit. fina. sed & dici potest, q̃ quamuis ille, qui iniuste rogat, sit simoniacus, vt ℣. de simon. tua nos. Non tamen ille, qui rogatus beneficium confert, dum tamen nō sequetur preces iniustas, vt colligitur a contrario sensu, argum. j. de re iud. cum I. & A. Sed nec tunc forte teneretur renunciare taliter promotus, nisi promotor expressisset, q̃ propter preces hoc faciebat, etiam si pecunia data esset. argum. ℣. de simon. cap. fina. Sed nec semper preces huiusmodi sunt iniuste, etiam si quis pro se roget. Puta, si solum Deum in eius obsequium in sua promotione attendat, & non honorem, vel delicias, potentiam, seu diuitias seculares. argu. viii. quæstio j. qui episcopatum, secundum dominum nostrum. Quæ additio non peromnia placet: quia & si aliqua de prædictis vere & proprie loquendo non sint simoniaca, tamen quasi simoniaca iudicantur. Ideo dic, vt notatur supra eod. glo. a prin. vsque ad versicu. dominus vero noster. Quid si non promotori, sed alii collaterali suo, vel ei familiari data est pecunia, vel preces oblatæ, vt det operam, quod talis promoueatur? Respondeo idem est, ac si datum, vel dictum esset promotori, vel beneficii collatori.
16 j. quæst. i. præsentium. Quid si quis adulatur, vt beneficium consequatur? Rñ. simoniacum est, & munus ab obsequio dici potest. Vnde beatus Ber. Adulantem & ad placitum loquentem, vnum de rogantibus puta. etiam si nihil rogauerit. Ad hoc. i. q. j. sunt nō nulli. & c. ordinationes. & quatuor c. seq. De hoc no. in summa de simo. qualiter committatur. sub §. signa. & in aliquibus vna nota per reliquam est supplenda.

SVMMARIVM.

1 *Ordo confertur per primam tonsuram,*
2 *Sacerdos simplex primum ordinem conferre potest.*
2 *Ordo psalmistatus est fundamentum militiæ clericalis.*
4 *Ordinatus recipit officium cantandi in ecclesia.*
5 *Ordo episcopalis per consecrationem confertur.*
6 *Ordines sunt nouem.*
7 *Sabbati diebus, quam alij operari debemus.*
8 *Ecclesia quolibet die potest consecrari.*
9 *Manus impositio an quolibet die dari possit.*
10 *Abbas benedictus Sacerdos, & professus potest ordines minores suo monasterio conferre.*

C A P. XI.

Vm contingat. [An clericatus ordo.] No. q̃ per primam tonsuram ¶ ordo confertur, vt expresse dicitur in fi. huius
1 capituli. ad idem. ℣. de sentren. & re iud. cum inter vos. respon. ibi, tonsuratione. Aliquitamen dixerunt, q̃ ordo iste in desuetudinem abiit, quod non placuit. dom. nost. Dixit tamen, q̃ simplex sacerdos hunc ordinem conferre posset. xxiii. distinct. Psalmista. vt & de hoc not. §. de suppl. negli. prælat. cap. i. Sed quid si hoc ordine omisso conferatur lectoratus, vel hostiariatus? Scripsit d. n. q̃ non est repetendus. sed si quis aliorum ordinum omitatur, repetendus est, vt paret ℣. de cleric. per fal. promo. cap. vnico. vbi de hoc. Ratio diuersitatis hæc est: quia in ordine psalmistatus nullum officium conceditur, nec in signum collationis ordinis aliquid traditur, in aliis vero secus. Ideoque recipiendo quemcunque volueris illorum ordinum, videtur recepisse potestatem faciendi omnia, quæ pertinent ad ordinem psalmistatus, secundum dominum nostrum. Quod non placet: nam psalmistatus certus ordo est, vt hic dicit. Et est principium & quasi fundamē-
3 tum ¶ militiæ clericalis, cui quis per hunc ordinem ascribitur. ℣. de ser. non ordi. eo libentius, & in hæreditatē domini assumitur. xxj. distin. cleros ℣. de præben. cum secundum Apostolum. Non est ergo contemnendus: nam in omnibus rebus animaduerto id esse perfectum, quod ex omnibus partibus suis cōstaret, & certe cuiuslibet rei potissima pars est principium. ff. de orig iur. l. i. Omnia
4 tē ergo ad ordines ascendendum est nam casum appetit, q̃ positus gradibus per abrupta querit ascensum. xlviii. distin. licut Neophytus. Dicimus ergo, q̃ si o nullus est, reperendus est. nec est vna cum quatuor minoribus conferendus, vt no. §. de temp ord. c. iij. nam si manus impositio & liquoris qualitas, alios etiā ordinibus, siue sacramentis rite exhibitis, repeniuntur: multo fortius erit iste ordo, qui omnes alios debet præcedere, repetendus, vt patet ℣. de sacram. non iter. cap. j. & fin. Et non sum certus ordo in ecclesia
5 Dei, vt probatum est. Per quem recepit ordinatus ¶ officium cantādi in ecclesia Dei. xxiii. distin. psalmista. & per quem vinculum promouendi, & ecclesiæ quodammodo initiatur, & est priuilegiatus. xvij. quæst. iiii. si quis suadente. cui priuilegio nec renuncia
6 ri potest. ℣. de fo. compet. si diligenti. sed & per consecrationem ordo ¶ episcopalis confertur. lxxvii. dist. c. j. & §. de tempo. ordin. si archiepiscopus. & cap. seq. C. de episc. & cleri. auth. episcopalis ordo. Cuius authoritate quædam expediuntur, quæ nec inferioribus in ordine committuntur. ℣. de consecrat. eccles. aqua. seprem alii specificantur. lxxvii. distin. capitu. i. & xciii. distinct. a subdiacono. Sic taceant, qui asserunt illos septem tantum ordines esse. Nam huiuo per iura supra allegata supplentur. Quos si septem iunxeris, nouem [a] in ecclesia Dei clericorum ordines sine errore calculi
6 cōputabis, vt sic superiori Hierarchiæ, in qua sunt nouē ¶ ordines angelorum, hęc inferior conformetur. de hoc in summa de ecclesiastico. § j. [In tonsura huiusmodi.] scilicet quam abbates faciunt. [Conferatur.] sic, vt infra eod. §. fina. ¶ Super quo.] secūda pars. sic construe sequentia. Quia clericalis ordo confertur per primam tonsuram datam a talibus iuxta formam ecclesiæ, cum in septima synodo sit statutum, quod vnicuique abbati sit licentia faciendi lectores per impositionem manus in ipso proprio monasterio tantummodo, dummodo manus impositio noscatur facta ipsi ab episcopo &c. & constet eum &c. reuertaris ad textum, & dic. [Septima synodo.] quam habes. lxix. distinct. quoniam videmus. cuius tenor incipit infra. ibi, vt lectores &c. & durat vsque ad §. fina. Et quamuis dicat hic de lectoribus tantum. Idem tamen intelligas, & de aliis duobus minoribus: quia eadem ratio. Et quod sic vno dicitur, argum. §. de constitutionibus. translato. & de translat. episco. capit. ii. §. i. & sic seruātur de facto. [Per manus impositionem.] benedictoriam, quam & olim subdiaconus dicebatur recipere. i. quæst. j. manus. Sed videtur, quod hodie recipiat ordinatoriam, vt notatur infra de sacram. non iteran. capit. j. quod dic. vt notatur supra eod. quam. §. fin. super verbo, sacros ordines. vericfed qualis est hæc benedictio. Adde, quod notatur infra eod. super verbo, manus impositio. [In ipso proprio monasterio.] q. d. non in extraneo. Et est hic argum. contra quosdam abbates, quod possint vti insignijs episcopalibus imperrantes. Nam nisi expresse, q̃ vbique hoc possint facere in ipsa indulgentia exprimatur: erit hoc ad proprium monasterium restringendum, vt hic, & lxix. distinct. cap. j. & a diœcesanis in locis aliis, nisi gratiam faciant, vel consuetudinem iam præscripserint, poterunt prohiberi, vt paret in eo, quod legitur, & notatur supra de authoritate & vsu pal. capitu. antepenult. ante finem. Et hoc expressum
† est hodie extra Alexan. IIII. de priuilegijs. quoniam nonnulli †. Sed quo tempore licet hoc? In quatuor temporibus hoc planum videtur: quia in illis licet omnibus. Diebus autem dominicis nō videtur, quod hoc possint: quia hoc de ipsis specialiter exprimitur, supra de tempor. ordin. cap. i. & iij. Ergo quod de vno dicitur & c. argumen. ff. de iudic. cum prætor. in fine. argum. infra de præsump. nonne. cum suis sim. sed puto cōtra. Tum cum in suo monasterio hoc tantum liceat, & sic nemini præiudicatur. Vnde potest latius interpretari, vt paret in his, quæ notātur supra de translatio. episco. licet. §. fina. & de authoritate, & vsu pal. capitu. antepenult. ad finem. Tum quia potius hoc videtur concedendum de diebus dominicis, quàm de quatuor temporibus, ne episcopi
7 zare, id est, generales ordines facere videantur. Sicut alias dicit. c. quod potius debemus † operari diebus Sabbati, quàm aliis, ne videamur iudaizare, de consecrat. distinctio. iii. peruenit. Sed nunquid in alieno monasterio inuitatus? forte sic, si exemptum sit, argumen. supra titu. j. capitu. j. & de tempor. ordin. post translatio nem. cum suis concordantiis. In non exempto vero hoc posset episcopus prohibere, vt supra notatur, & adde, quod notatur supra de supplen. negligen. prælato. cap. i. & supra de tempor. ordin. capitu. ii. [Dummodo ipsi.] scilicet abbati. [Ab episcopo.] diœcesano, vel alio de mandato suo non minore in ordine, infra de cōsecratio. eccles. aqua. [Manus impositio.] abbatialis, nec enim est consecratoria, nec simplex benedictoria; quia illam recipit simplex monachus. Et hæc non nominatur in summa de sacramen. non iteran. §. & qualiter. versicu. est enim multiplex. & seq.

Quamuis

ADDITIONES.

a ¶ Nouem sunt ordines. Adde de hoc glo. & Doct. in proœ. lib. vj.
† ¶ Hodie incipit ne aliquis, vel loquitur de c. abbates. de priuilegijs. libro vj.

Quamuis a [a] eo improbandam superiorē, de qua præmisit, hoc idem. c. inducatur. quod dic, vt no. §. c. proxi. §. fi. & super verbo, sacros ordines. ver. sed qualis est hæc benedictio. Sed nunquid hęc manus impositio quolibet die dari potest? Hoc egeret declaratio
8 ne. Videtur enim † q̃ hoc liceat sicut & ecclesiā consecrare. ℣. de consecra. eccle. c. ij. Sed contra † quia hæc maior est, quam ordinatoria exorcistatus, cum ex hac illa dependeat, vt hic patet. & lxix. distinct. quoniam videmus. Sed dependens non debet dari, nisi
5 Ceterum eucharistia† a talibus cōfecta nō reconsecratur nec reconciliatur:immo statim suum effectum habet,& idem iuris est in baptismate,& chrismate.vt j.q.j. multi ante fi. ibi,de corpore & sanguine &c.Sed quod ibi dicit,chrismate.expone.i. chrisma li & episcopali cōfirmatione,vt s̄.t.j.c.vnico.§.quia.ver.per fronтis, & sic est istud intelligendum , non de chrismate. i. materia chrismatis consecrata,sed de chrismate sacramento,& adde,qđ no.ℑ.de schisma.c.j.[Vel]Repete,non credimus debere.[Recon secrari &c.]Et per hoc soluitur tertia quæstio.[Supradicta.]A schismaticis non consecrata , sed a catholicis : licet ibi schismatici celebrassent.de quo dic, vt dixi.s̄.ver. precedēn.super verbo, talia.& accedit.de consecra.distin.j. si motum. & c.ecclesijs. & ℑ. de consē.ec.c.j.& iii.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus ordinans aliquem in presbyterum,vel diaconum.debet corporaliter manum imponere capiti ordinandi.*
2 *Manus impositio capiti differenter apponitur presbytero ordinando , quam diacono.*
3 *Manus impositionem capiti,an recipiat subdiaconus.*
4 *Ius unum intelligitur per aliud,& suppletur.*
5 *Formæ in ordinatione sunt seruandæ,& illis omissis supplendæ sunt.*
6 *Ordinatus,a non ordinato in die iudicij discernetur , ob characterem ei collatum.*
7 *Character infigitur animæ per constitutionem ecclesiæ , & per constitutionem Imperatoris infigitur stigma militi , vt ab alijs discernatur , sed differenter.*
7 *Papa potest facere de monacho,non monachum.*
9 *Ordinationibus in omissa,quomodo supplentur.& nu.11.*
10 *Calice, & patena omissis in ordinatione,an sint supplenda.*
12 *Manus impositio quando est fienda.*
13 *Facto melius quid potest perfici , quam uerbis exprimi.*

CAP. III.

PResbyter. Manus impositionē]Recipiunt. qđ est ℑ.[Tactu corporali.] Subaudi,interueniente. [Ritu &c.] secundum ritum in
1 tróductū ab apostolis.q.d. † quādo episcopus ordinat aliquem in presbyterum , vel diaconum debet corporaliter manum imponere capiti ordinandi fm consuetudinē ab apostolis introductam.Subaudi tu ,& formam per ecclesiam postmodū statutam,approbatam,& declaratam,scilicet temporibus competentibus.s̄.de tempo.ordi.consultationi. & verbis certis expressis in orationibus consuetis, vt sequitur , sicut fecerunt apostoli, quando miserunt ad prædicandum Paulum & Barnabam , vt

lxxv.di.

lxxv.distin.ꝙ die dominico.similiter Petrus,Iacobus . & Ioannes introduxerunt forma consecrandi episcopos.lxvi.distin.§.porro. Diaconus ergo,& presbyter manus impositionem per corporalem impressionem recipiunt,vt hic.& xxiii.distin. quorundam.
2 Est tamen differētia,† quia non solum episcopus, sed etiam omnes presbyteri astantes imponunt manum presbytero ordinando.xxiii.distin.presbyter. diaconus vero solus episcopus.xxiii.distin.diaconus.secundum T.Quod qualiter intelligi debeat. no.s̄. de tempo.ordi.nec episcopi super verbo, præsumat. & ℑ.eodem.
3 §.fi.Et est hic arg.ꝙ † subdiaconus non recipit manus impositionem , cum presbyter & diaconus tantummodo exprimantur: quia quod de vno conceditur &c.& econuerso.C. de procurato. maritus.& no.ℑ.de præsump.nonne.Tu dic,vt no.s̄.titu.j.Sufficit
4 enim,ꝙ ibi expressum sit,nam † vnum ius intelligitur per aliud, & suppletur,vt ff.de legibus.non est nouum. & l.sequenti. & no. ℑ.de appella.vt debitus.& quod lege omissum est, magistri glossa non omittet.ff. de testibus. quæsitum scio.[Ab apostolis.]De ritu apostolorum inuenitur in epistola a † Titum. ꝙ manus ponebant ordinandis, & orationes fundebant super eos. Aliam autem formam non inuenimus fuisse seruatam; vnde credit d.n.ꝙ nisi essent formæ postea inuentæ & statutæ,sufficeret ordinatori, ꝙ diceret ordinando , sis sacerdos , vel diaconus , vel alia
5 verba æquipollētia: hodie † vero formæ postea per ecclesiam inuentæ,& statutæ seruandę sunt de necessitate adeo ꝙ si eis omissis aliquis fuerit ordinatus,sunt supplendæ,vt ℑ.sequitur. & s̄.e. c.i. Si vero forma seruatur , quidam character animæ atiligitur.i.quædam figura intellectualis & indelebilis, per quam ostenditur ta-
6 lem ordinem fuisse collatum , & ordinatus † a nō ordinato in die iudicij discernetur , potest autem Papa , & ecclesia in talibus certam formam statuere,& constitutionem facere, dummodo constitutionibus Dei non sint contrariæ : quia & animæ & ad eas pertinentia sunt de iurisdictione Papæ & sanctorum patrū. ad hoc.x.distin.suscipitis.xcvi.distin.cum ad verum.ℑ.de maio.& obe.solitę.non est autem mirum,si per constitutionem ecclesiæ
7 † infigitur character animæ: nam & per constitutionem Imperatoris infigitur militi quidam character , siue stigma , vel nota in brachio,vt ab alijs discernatur.C.de fabri.stigmata.lib. xi.j.q.i. quod dominus. Illi autem character non infigitur animæ , sed corpori tantum,quod ex eo apparet , quia mortuo milite in ipsius anima de illo charactere nihil penitus apparebit sed si Impe rator inducit hunc characterem,multo fortius ecclesia hunc in ducere potest, arg.xxx.q. iii.c.j. In monachatu autem character
8 non infigitur,cum non sit sacramentum. Et † de monacho posset Papa non monachum facere,vt no.ℑ. de sta.mona.cum monasterium.§.fina.secundum do.no cuius est quasi hæc tota glo. ¶Quod si.]ii.pars. & expone. Quod.i. quæ corporalis impressio. [Si omissum.]i.si omissa fuerit , corporalis intelligas:nec enim sufficit manus extensio,sicut quidam dixerunt,argumen.legis.ff. de acquiren.pos.l.i.§.antepenul.& ad idem.s̄.de consuetu.c.ij. ad fi.vbi de hac materia : ad idem multa argumenta poteris reperire.in glo.nor. super verbo,videntiū,& audiētium.& super verbo, argumentum . & ideo ad tollendam illam opinionem hæc litera in contrarium est expressa.[Iterandum.]scilicet sacramentū ordinis presbyteratus,vel diaconatus: quia manus impositio nō est de substantia,sed de solennitate.& ideo est supplenda,vt sequitur & notatur.s̄.titu.j.c.vnico.rñ.j. super verbo , suppleri.vnde & saluis verbis cum eadem solennitate supplendum est,quia & cō ferendum, vt ibi patet.[Sed statuto tempore.]q.d.eisdem tempo ribus debet fieri hæc suppletio, quibus & facienda est ordinatio, scilicet in sabbatis quatuor temporum, & in sabbato sancto, & ante dominicam de passione,vt patet in eo, quod leg. & no.s̄.de tempo.ordi.c.j.& iii.& ab eodem,vel eisdem,vt patet s̄.tit.j.c.vnico.rñ.j.[Caute supplendum.]Repete,est,nam vtrunque determi
9 nat.Sed quomodo fiet† caute hæc suppletio? Respon.statuto tempore episcopi:ordines celebrante,veniet defectum patiens quasi ministrans episcopo,nec erit intentio episcopi,nec ipsius, ꝙ orationes super ipso iterentur , sed quando episcopus veniet ad verbum competens,scilicet quando dicitur in oratione.super hunc famulum tuum,vel aliis similibus.sicut no. ℑ. §.fi. Hic enim innuit,ꝙ tunc debet fieri manus impressio , aliis ordinandis manibus post impositis.Vltimo ei manum imponat.& ad magis velā dum poterit ei dicere,vade , deporta mihi talem librum vel aliā rem,quasi credant circunstantes,ꝙ propter mandatum sibi iniū ctum manum imposuerit , vel in capella sua paucis, & bonis secretariis vocatis poterit priuatim ordines celebrare. Quousque autem hoc supplementum receperit,executionem(non seruata forma)suscepti ordinis non habebit.lii. dist.in.solicitudo. & s̄.c.j vbi de hoc:commendatur enim non prohibetur fictio ad cautelam,dumtamen mendacium euitetur.xliii.distin. in mandatis.xxiii.q.ii.dominus.xxii.q.ii.vtilem.ff.de nouā.doli. in fi.vt not s̄.de vsu pal.nisi specialis.& in summa. eo.ti. §.& qualiter.sed hic brenius & plenius.& secundum hoc intellige.s̄.eodem.c.i.& ij.& omnia alia iura loquentia de consimili supplemento [Quod

per errorem.] Ita quòd dicantur omnes orationes , quæ manus impositioni adhærent,& de ipsa faciant mentionem. secundum d.n.sed pauce aut nullæ de ipsa mentionem faciunt , & ideo dic, vt in præcedenti glo. Illud autem verum est, ꝙ vbi diuersi sunt actus, sicut in ordinatione sacerdotis , vbi alius actus est tenere manus super caput , alius ei dare calicem , alius dare patenam. alius iniungere:si aliquis istorum omittatur, non est ordo iterādus,sed actus, qui omissus est,caute suppletndus,vt hic. & s̄.eo.c.j. Aliqui tamen dicunt,ꝙ hæc duo , quæ dicta sunt de calice & patena,non sunt supplenda:quia non sunt de substantia , sed turius
10 † est suppleri.secundū d.n.vbi vero vnus actus est tantum substantialis & indiuisibili,sicut apparet in sacramento altaris, & in baptismo.si de ipso aliquid omissum est,vel etiam dubiretur,totum est iterandum, siue deuote faciendum , cum nihil factum sit, vt patet in eo,quod legitur & no.ℑ.de bap.c.j.Quid si ordinator,parte orationis expleta, deficeret, nunquid esset alia medietas tantū prosequenda,vel tota oratio a capite iteranda?Respon.tutius est ꝙ a capite iteretur,quod necesse est de oratione substantiali , vel de qua dubitatur,an sit substantialis,vel etiam solēnis. Aliæ enim Orationes,de quibus certum esset,ꝙ non essent de substantia,nec de solennitate,non essent de necessitate iterandæ. Quid si vnam
11 tātum † manum vnxisset?Rñ.altera tantum vngi debet , quæ nō fuerat inuncta, & vbi in oratione dicitur manus in plurali, dicetur manum in singulari. Quid si facta est vnctio , sed non dicta oratio,vel si dicta sit oratio,& non facta vnctio. Dicunt quidam ꝙ si oratio tantum dicta sit,facienda est vnctio,& iterum dicenda oratio.Si autem vnctio facta sit,dicenda est oratio tantum,& non vnctio iteranda : nam oratio dicitur adhærere vnctioni , & non vnctio orationi,quod ex ipsis orationibus apparet & iurib⁹, quæ de vnctione faciunt mentionem.Sed do. n. contradicens,ꝙ in vtroque casu est iterum vnctio , & oratio facienda. Hi enim duo actus.s.inunctio & oratio separati non sunt,sed annexi.quid enim esset dictu benedicere,& sanctificare manus istas per istam vnctionem &c.si nulla fieret inunctio? ad hoc. s̄. c.i. & s̄.titu.j.c. vnico.rñ.j.Quomodo etiam diceret baptizas,ego baptizo te, nisi puerum in aquam immergeret? ideoque vtrunque est iterandū. ℑ.de bap.c.j.quod aūtin ordinibus omissum est p eūdē ordinatorem,si vnquam potest,suppleri debet alioquin per alium , quod & in missis obtinet.& in officijs etiam vespertinis,vt patet.vii.q.j. nihil.& ca. illud.Igitur si effuso oleo super manus ordinandi superuenerit infirmitas,ita,ꝙ non potuit ordinator verba proferre, nec ordinationem compellere , idem ordinator vel alius debet alia vice oleum superfundere,& a capite incipere verba illa,bene dicere & sanctificare &c. quia licet actus diuisi non sunt iterādi, si tamen vnus actus non perficiatur,a capite est incipiēdum. Vnde si quis in sacramento eucharistiæ , dum est in verbis illis.hoc est corpus meum,deficiat , incipiendum est a capite.s.a verbis illis.qui pridie ,quam pateretur &c. & idem dicendū est in baptismo.Si autem compleuisset omnia verba prædicta, per quæ conficitur sacramentum panis,& tunc deficeret,non reiterantur verba illa,sed incipiet a verbis illis,per quæ conficitur sacramentum sanguinis.ibi.f.hic est sanguis meus &c.secundum d.n. cuius est quasi hęc tota glo.[Prætermissum.]Subaudi non tamen necesse est,ꝙ prælatus manum impressam teneat in capite , ordinandi, immo ipsam trahet ad se,vel tenebit aliquoties in suspenso. & sic continuatur sequens.§.suspensio autem &c.& adde,quod no. ℑ.de cleri.per sal. prom.c.vnico.§.fi.¶Suspensio]iii.pars.alias impositio.sed secundum d.n. suspensio est vera litera de registro extracta.alias interpositio. Quicquid habes,sic intelligas.antequam episcopus incipiat orationes suas , siue sit ordinandus diacо-
12 nus , siue subdiaconus † manum suam imponat super eum & postea trahet ad se,& dicet orationes suas, sicut habentur in libro : & quandocunque inueniet in oratione,super hunc famulum tuum,vel emitte spiritum sanctum &c.vel da ei dignitatem vel in talem ordinem dedicamus,vel alia verba consimilia,semper manum imponat. In alijs autem verbis, vel manum trahet ad se,vel ipsam super ordinandum tenere poterit in suspenso,& idem fiet in ordinatione presbyteri & hoc plus:quia quando manum imposuerit,statim post ipsum astantes presbyteri vnus post alium debent imponere manus suas.Idem in consecratione episcopi.& hoc plⁿ,& hoc minus:qa duo epi,non plures,nō paucio
1 res debent continue tenere manus suas impressas cum libro, quem sustinent,& qui imponitur capiti super spatulas consecrandi.sicut in libro Pontificali , siue ordinario episcopi legi potest. quod quandoque minus plene vidimus etiam in Romana curia obseruari. In presytero autem omnes astantes presbyteri de consuetudine manus imponunt.& ideo dixi.s̄.& hoc minus.qđ dic,vt no.s̄.de tempo.ordi.nec episcopi.Hæc doctrina rationabilis est,& seruatur ab intelligentibus, & plana est & aperta.quamuis aliqui notauerunt hic,ꝙ hoc,quod intendit hic dicere-, me
13 lius † potest facto perfici,quam verbo exprimi,vel doctrina.argu. ℑ.de dona.apostolicæ.§.nam & si prima.ibi,quod quidem potest &c.cum suis concor.

¶De filijs ptesbiterorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Filij presbyterorum quare ordinari prohibentur.*
2 *Natus in matrimonio,an teneatur credere matre dicenti cum illegitimum.*
3 *Canon græce dicitur,latine vero regula.*

CAP. PRIMVM,

VT filij presbyterorum. Subaudi statutum.si.ſ.de æta.& qual.c.j.ſ.de vita.& hone.cle.c.j.[Ex fornicatione.] ſi.ſ. de cle.cum in cunctis.& c.innotuit.& ſ.ti.j.conſuluit.& ſ. e.c.fi.xxxv.q.iii.de inceſtis.& notandum,ꝙ tales † prohibentur propter honorem ſacramentorum,& in deteſtationem paterni criminis.ſ.eodem. literas.a ſecularibus autem dignitatibus non ſic repelluntur.ff.de decur.l.ii.§.nullum.& l.ſpurii.[Ad ſacros ordines.] Alias gradus. ergo a contrario ad minores poſſint,& ar.lv.diſtin.c.j.Sed d.n.cõtra.& de hoc no.ſ.eo.literas.quandoque tamen hoc.arg.vacaa,vt patet.ſ.tit.j.c.ii. Quid ſi per ignorantiam fuerunt promoti?habetur apud omnes probabilis ignorantia excuſata, vt no.ſ.de ordi. ab epi.§.j.ad fi.& ar.C.de teſta l.j.ff.de offic.præto.l.iii.Iplẽ vero,ſi veritatem nouit,in conſpectu Dei cecidit, quantumcunque occultum ſit,vt patet.ſ.de tempo.or.c.fi.& extra nullum. Si veritatem nouit,non ſine cauſa dixi.Quid enim ſi mater ſua conugata latenter admiſcrit ſacerdotem , nec ei reuelauit ? vtique erit in omnibus,& per omnia excuſatus,ar.ff.de his qui ſui vel alie.iuris ſunt. filium.& de in ius vo.quia ſemper.& no.ſ.c.j.Sed ſi nunquid filius debet ſuper hoc credere verbis matris,cum filius ſit is, quẽ nupriæ demonſtrant? Vtique prima facie eſt credendum.ar.ſ. de proba.per tuas.ſ.de præſump.afferte.vt ſ.de tempo.ordi.ad aures. §.pe.& fi.Verantamen non cogitur credere.C.de tecta.neque profeſſio.& vt patet in eo,quod no.ſ.de pœni.officii. Conſulimus tamen tali, ꝙ ſi habet dicentiã leſã ipſam,ſeruet.ſ.de ſimonia.per tuas.ii.& accedat ad ſedem apoſto.pro diſpenſatione obtinenda: quia ipſam in hoc caſu debet de facili obtinere.[Non promoueantur.]Subaudi in ſeculo. & ob hunc ſubauditum dicit in ſequenti.ver.niſi& c.[Niſi]ver.[Congregatione canonica]i.regulari, vt patet ex ſequentibus.hoc autem ideo dicit : quia canon Græce,† Latine regula nũcupatur,vt diſtin.iii.canon.q.d.niſi religioſi fiant,& religioſe viuant:quia nec habitus &c. ſ. de regulari. porrectum.licet hic non loquatur,niſi de monachis & regularibus canonicis.ſed eadem ratio eſt,& de aliis religioſis approbatis. ſ.de exceſſio.prælatorum.nimis.j.& ii.ſi.ſ.de ſupple. negli.prelar. c.ii.[Viuentes]Ergo ſi tales ſunt,a contrario ſenſu de iure communi ſine diſpenſatione aliqua habira ad ſacros ordines promouentur,non tamen ad prelationem : & hoc eſt quod dicit in ſequenti.ver.[Prælationem]verſicu.ſed nec eccleſiam ſecularem. xvi q.i legi.[Nullatenus]de iure communi.Secus ex diſpenſatione,quod dic,vt notatur.ſ.c.penul.& fi.Dicas ergo,quod hoc generale ſtatutum ſic expoſitum in omnibus,& per omnia contnet ius commune. [Sed neque .] verti. [Serui.] ſubaudi, etiam ad ordines promoueantur.[Niſi a dominis ſuis &c. Libertati.] ſubaudi,plenarie , ita quod laicus nullum ius ſibi retineat. Secus in ſeruis eccleſiæ ſeruos ſuos manumittentis. quod dic , vt notatur.infra titu.j.c ii.& iii.& iiii.& vi.liiii.diſtinctio.cap. primo.& c. quicunque.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus in dubio,poteſt ſe purgare.*
2 *Nato ex matrimonio non nocet,ſi pater poſtea fiat ſacerdos.*

CAP. II.

ADpræſentiam. Tacito.]Scienter ſecundum antiquos. Et ideo non valuerunt literæ.xxv.qõ.ii.§. & ſi legibus. & ſ.de reſcrip. ſuper literis. Idem ſi ignoranter ſecundum Goſ. Verum eſt,ſi poſſit probari defectus: alioquin contra.ſ.§ ſequenti,xxxii.q.vi.indignanter, 32.q.5.Chriſtiana.Nam & infama
1 tus † in dubio poterit ſe purgare.ſ.de purga. cano. accedens. Hoc etiam poteſt probabiliter ignorare,prout notatur.ſ. c.j. reſpon.). [In eccleſia.]hæc enim erat veritas,ſed non expreſſit eam , vt in præcedenti.gloſ. ſecundum.d.n. ¶ Ideoque mandamus.]ii.pars. [Conſtiterit.]alias enim non poſſet hoc diffiniri, vt no. ſ.de renuncia.poſt tranſlationem.§.cum ergo nobis.[In ſacerdotiq genitus.]ſubaudi,vel in ſacris ordinibus. Nam ſi in † matrimonio
2 contracto,antequam pater promoueretur ad ſacros , licet.poſtea fieret pater epiſcopus,non obeſſet.ſ.eodem.ad hæc. ex tua parte. & no.ſ. eodem. literas. Quinimo & ſi ex concubina virgine veniente ad patrem , & ei corpus ſeruante ſuſciperetur , cum qua poſtea contraheret, idem eſſet , ac ſi in matrimonio ſuſcepiſſet, ſ.qui fil.ſint legi. tanra. Pater tamen bigamus remaneret, quod dic, vt no.ſ. de cleri.coniuga.c ii.[Et quod pater eius].expone& pro aut.ſicut.ſ.de vita.& hone.clericorum.ii.ver.capax.Nam aliter um,iſtorum copulatorum ſufficit,ſicut probatur de primo.§.e. j.& de hoc ſecundo ſ.eodem.conquerente.& c. Michael. Sufficit ergo,quod alterum iſtorum probetur, ergo neceſſe eſt , quod exponas.& pro aut. Alioquin contra.ſ. de reſcriptis.inter cæteras, quod dic,vt no.ſ.de reſcriptis.olim.§.fi.[Miniſtrauit.]nulla perſona media:alioquin contra.ſ. eodem. ex tranſmiſſa. & c.ad extirpandas.[Non obſtantibus prædictis literis.]ſic ſ.de ætate. & qua. eam te.vbi de hoc. niſi forſan diſpenſaretur canonice. infra.eodem.ex tua.

SVMMARIVM.

1 *Spurij ad dignitates ſeculares promouentur.*
2 *Delictum patris non debet eſſe pœne filio innocenti,ſecus in ordinibus.*
3 *Filij ſacerdotum,quare non ordinantur ratio multiplex.*

CAP. III.

PRoſentium. In paternis]ſubaudi, maxime ſm d.n.quia nec in alijs, vt ſ. c.j.niſi ex diſpenſatione,vt ſ.c.penul.& fi.[Nullatenus
1 patiaris]Sed contra:quia ſpurij † ad dignitatem promouentur.ff.de decuri.generaliter §.ſpurios. & l.ſpurij. reſpon.j.
2 Nullum enim delictum † patris pœnę debet eſſe filio innocenti, vt ibi.& eodem.tit.l. ii.§.penul. ff. de pœnis. crimen.ſ. de his,quæ fiunt a maiori parte cap.quæſiuit.j.q.iiii.c.j.C.de pœnis.ſancim⁹. Reſpondeo.Speciale eſt in ordinibus , & dignitatibus eccleſiaſti-
3 cis,quod filius puniatur pro delicto patris.Et † eſt multiplex ratio.Primo ad incontinentiam paternam , ſiue parentum de clero modis omnibus propellendam.ſ.eodem.literas.§.i. qui & in perſonam filij puniuntur.ff.quod metus cau.iſti quidem.ad finẽ. Secunda eſt,quia talia non tantum propter recipientes,ſed propter alios conferuntur,& circa maiora & fortiora, ſcilicet ſpiritualia.ſ.de trasla.epiſco. inter corporalia periculum verſatur.Et ideo cautius eſt agendum.i.q.j.§.ecce.cum honoris.xlii. diſtinct. quieſcamus.Tertia,ne exinde contingat eccleſiam infamari,argumen.ſ.de obli.ad ratioci.c.vnico.§.penul.Quarta, quia vix poteſt fieri diſpẽſatio , ſine aliqua eccleſiæ decoloratione.In quo caſu ſi manifeſta ſit,eſt omnino diſpenſatio interdicta.j. quæſti.vii. & ſi illa. Aliter autem videntur ſpecificari hæ rationes in ſumma.eodem titu. §. quę eſt cauſa prohibitionis , ſed vna nota per aliam eſt ſupplenda.[Sed ipſos.] ſcilicet filios ſacerdotum. [Miniſtraſſe.]ſubaudi , vel perpetuam vicariam habuiſſe.ſ. eodem. conſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Notorium qualiter quid dicatur.*
2 *Quędam ꝑ ingerunt oculis,qudo non poſſunt aliqua tergiuerſatione ceꝑi.*

CAP. IIII.

COnquerente. Publicum & notorium.]ſic.ſ. eodem. quoniam eſt
1 ſacris. Qualiter autem dicatur † aliquid notorium eſſe.dic,vt no.plene.ſ. de coha.cle.& mu. veſtra.in fine. [Eſt]vel eſſe poterit,vt ſ.eodem.c.ii.[Inpræſcripta eccleſia]in qua ipſe.R.filius miniſtrauit.ſecundum d.n.non poteſt eſſe non notorium.ſ.de cle.excom.mi.illud.in prin.ſ.de transla.epiſ.quanto.
2 §.ne autem.Quædam enim adeo † ſe ingerunt oculis , quod non poſſunt aliqua tergiuerſatione cellari.ii.q.j.§.in manifeſtis.ſub.c. quæ Lotharius.Hoc tamen,quòd pater eſſet. bene poſſet eſſe occultum,vt no.ſ.c.j.[Perſonatum.] vel vicariam , vt no.ſ.c.proxi. [Ibidem.]i.in eadem eccleſia,etiam tanquam vicarium.ſ. eodẽ. Michael.[Nullatenus]niſi ex diſpenſatione , vt ſ.eo. ex tua.[Eſt ibi]i.dictus R.[Amouere.]& alii conferre,vt legitur & no.ſ. c.fi. Sed contra.ſ.eodem.c.propoſuit. Sol.ibi loquitur de diſpenſatione,hic de iuris rigore,vel ibi fuit perſona media,hic non.ſ.eodẽ. ex tranſmiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſacerdotis non poteſt tenere eccleſiam paternam , etiam ſi legitimus ſit.*
2 *Examinans preſumitur nihil de contingentibus omiſſiſſe.*
3 *Collatum quod benigne eſt,non debet fraudis conſilio reuocari.*
4 *Epiſcopus poteſt venire contra factum ſuum illicitum.*
5 *Epiſcopus ſcienter ordinans intelligitur diſpenſaſſe.*
6 *Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio,vel quaſi diſcreta ꝑpenſatio.*
7 *Epiſcopi vtrum poſſint diſpenſare cum filijs presbyterorum quo ad ordines, & beneficia.*
8 *Epiſcopus ordinans excommunicatum ſcienter,an videatur eum .*
9 *Prelatura ad tempus,dari non poteſt.*

CAP. V.

VEniens. Quam]ſcilicet capellam.[ꝑſum]ſcilicet Nicolaum.[Spoliaſti]iuris ordine non ſeruato,cum potius fuiſſet ei paterna ſollicitudine ꝓuidendum,quod dic, vt le.& no ſ.de reſt.ſpoli. ꝙquerente.[Eo]i.ea ratione.[Quod]i.quia.[Pater eius &c.]qđ nõ eſt

1 eſt † tolerãdum , etiam ſi legitimus eſſet,niſi perſona media purgaſſet vitium,vt le.& no.ſ.eod. ex tranſmiſſa.¶ Ideoque.]ii.pars. [Innotuerit]per confeſſionem ipſius.xxii.q.v.hoc videtur.vel aſs qualitercunque:quia hic non diſtinguunt.ff. de admi.tut.ita autem.§.fi.alias incipit lex quidam decedens. Et eſt ſi.ſ. de reſcr.cũ contingat.rñ.j.ver.fi.vbi inuenies plures alias concor.Sed quis tenetur,hoc probre?Dicunt quidam , ꝙ ille,qui allegat ſcientiam, ipſam probare debet.ff de proba.verius.lxxxii.diſtin. propoſuiſti. Alii dicunt,ꝙ epiſcopo incumbit probatio,qui ipſum examinauit, vel examinari fecit. xxiiii.diſtin. quando epiſcopus.& præſu-
2 mitur, † nihil de contingentibus omiſiſſe.xi.q.iii.ablit.ſ.de æta.& qua.accepimus.& ī hac opinione fuit Gof.Tu dicas , ꝙ aut iſtud fuit notorium,& ſic præſumitur contra ipſum , vt ſ.c.proxi.aut manifeſtum . Et ſi ipſum purgari in defectum probationis non fecerit,ſimiliter imputatur, & pręſumitur contra ipſum.argu.ſ. de purga.cano.accedens. Aut occultum,& tunc niſi probet ſe ipſum diligenrer examinaſſe,vel per ſe,vel per alium.Ex quo nunc defectus apparet,adhuc præſumitur contra ipſum , vt legitur & notatur.ſ.de elec.innotuit.§.parcentes.Sinautem probet ſe feciſſe diligenter examinationem , tunc probet clericus ſcientiam, quam allegat,vt ibidem.no.& vt dicit prima opinio cum ſuis iuribus. Nec enim imputatur epiſcopo, ſi non potuit diuinare , vt legitur & no.ſ.vt bene.eccle.c.vnico.§.j.ver. porro. Nam & adeo occultum poſſet eſſe , ꝙ non poſſet de facili reperiri , vt patet in eo, quod no.ſ. eodem.c.j.& ſic in vno caſu tantum opinio prima ſaluari poterit,quem tamen caſum videtur omnino opinio poſterior improbaſſe.[Eam]ſcilicet eccleſiam.[Miniſtraſſet.]in quo caſu impeditur de iure filius,etiam ſi legitimus eſſet.Nam ſi illegitimus ſit,tunc duplex eſt cauſa impedimenti, vt no.ſ.codẽ.
3 c.ii.[Reſtituas]quia,quod benigne † collatum eſt,non debet fraudis conſilio reuocari.ff.de ædil.edicto.ad res donatas. de pœni.di. j.ſtuſlibet.ver.ſed Ieſus non reuocat beneficia.xii.q.ii.ſacrorum. xvi.q.ii.viſis.xxii.qõ.ii.non enim.ſ.de præben.inter cætera.vbi de
4 hoc. Sed contra : quia epiſcopus † poteſt venire contra factum ſuum, cum illicitum ſit.xxxv.q.ix.quod quis commiſit.ſ.de rebº eccle.non alie.ſi quis presbyterorum.C.de euic.ſi tibi liberam. C. ſi aduer.rem iudi.ſi cum pater.So. hoc mandatur in odium eꝑi, qui talẽ ſcienter promouit, & diſpenſatur , vt & cæteri a talibus
5 retrahantur.Secundum Goff.epiſcopus ſcienter † ordinans inter ligitur diſpenſaſſe,cum tale factum ſit, in quo potuiſſet ab initio diſpenſare.ſ.de cleri.coniu.diuerſis.in fi. de quo dic,vt ibi no. & ſ.de electo.noſti.quod non placet.Ad hoc enim,vt diſpenſatio rite fiat,conſiderandum eſt,virtum,vtiliras, vel neceſſitas eccleſiæ hoc requirat.Vel an alia iuſta cauſa ſubſit ff.de in ius vo.libertus. j.q.vii.niſi rigor.& c.ſequenti. & quòd ipſa cauſa exprimatur in
6 ipſa diſpenſatione. Nam † diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio. Hoc autem regulare eſt, quod quandocunque iudex iure communi recedit,cauſa eſt exprimenda,vt no.ſ.de re iudic.ſicut nobis.Dicitur autem diſpenſatio,quaſi diſcreta penſatio , quando ſcilicet iudex in lance mentis ſuæ diſcrete penſat & ponderat quid magis eccleſiæ expedit , ſcilicet,ſequi rigorem iuris , vel ei æquitatis diſpenſationem præferre. Quare dicendum eſt , quòd non intelligitur diſpenſatum,niſi de hoc probetur, vt & notatur. ſ.de ſchiſma.c.ij.& ſ.de elect.cum in cunctis.§.hoc ſane,& præce den.Et in hoc etiam concordat.do n.ad idem.j.qõ.vii. quoniam quicquid.Si igitur vis intelligere,ꝙ epiſcopus cum iſto diſpenſauerit,dicas,ꝙ hoc expreſſit , & ſcienter etiam ex cauſa hoc fecit, & ideo expone,quod præmittitur.[Miniſtraſſet.] ſubaudi, quod patet ex eo , quod cum ipſo ex cauſa & ſcienter diſpenſaſti.[Ipſam ei reſtituas]quia per hoc apparet,quòd in eccleſia ius habet. Vnde & ſequitur,quòd iniuſte ipſum ſpoliaſti,& alium per conſequens iniuſte inſtituiſti,quare & ipſum debes remouere , vt ſequitur,& adde,quod notatur in ſequenti.glo. Et ſecundum hanc
7 glo.patet , quòd epiſcopi † diſpenſant cum filijs presbyterorum. Nam quo ad ordines diſpenſare poſſunt , vt elicitur.ſ. eodem.c. j.Per conſequens ergo & quo ad beneficium,vt ſ. notatur.ex tua. vbi de hoc.Vel quod meliusſt , dic , quòd quicquid continetur in hac litera , gratia eſt. Si tamen intelligas , quòd clericus de fectum ſuum ſcierit,& non prodiderit, vt patet in his,quæ no.ſ. de ſcruti.in ordi.faci.c.vnico.reſpon.j.ver.idem reſpondet. Tunc ideo fit huic gratia, quia ex quo promotus eſt, & alias idoneus, ęquum eſt,ꝙ habeat beneficium de quo valeat ſuſtentari, vt.ſ.ſ. & c.proxi. & patet in eo,quod le.& no.ſ.de renun.ad ſupplicationem.Si autẽ penitus hoc ignorauit,canonice promotus fuit. Et ideo non ſolum æquum , ſed iuſtũ eſt, vt taliter prouideatur ei, ne ipſum oporteat mendicare.Et hoc per eadem iura,non tamen ſine diſpenſatione, cum nunc appareat , ꝙ capax non erat: quia in talibus in initium eſt ſpectandum, vt le.& no.ſ.de elec.dudum.j.& ij.[Et in pace] ſubaudi,ex quo tibi innotuit.& cum eo
8 diſpenſaſti:nam per hoc patet,ꝙ ius habet in eccleſia.Alij dicunt eo ipſo,ꝙ ordinat talem,vel confirmat,vel inſtituit,videtur cum eo diſpenſaſſe.Hoc enim eſt tale factum,quod requirit cauſæ co
9 cognitionẽ, & diligentem examinationẽ, vt patet in eo, quòd legitur & no.ſ.de elec.nihil eſt.ſ.de poſtula.præla.c.j.Et ideo ex quo ordinat, vel confirmat , videtur de hoc inquiſiuiuiſſe,& ex certa ſcientia diſpenſaſſe ſecundum quoſdam:quia præſumuntur omnia ſolenniter acta, vt Inſti.de fideiuſ.in fi.Et præſumedum eſt ꝙ iudice. ſ.de renun. in præſentia. ſed nil falſius eſt, vt patet in eo, quod legitur & no.ſ. de ſchiſmati. c.ij. Secus autem eſt , ſi a tali miſſam audiat,vel procuratorem recipiat:quia in talibus non requiritur inquiſitio, ſiue examinatio iudicialis,quamuis & attendendum ſit a quo miſſa audiatur.xliiij.di.commeſſationẽs. Item quia recipere procurationem non eſt ſolennis actus, & pati eum remanere in eccleſia poſt viſitationem non eſt agere, ſed pati.
8 †Quid ſi epiſcopus excommunicatum ſcienter ordinat ; nunqd videtur eum abſoluiſſe? Reſpondeo non:quia in abſolutione excommunicati neceſſaria eſt certa forma. ſ. de ſen. excom.cum deſideres.§.j.ſecundum.d.n. quod dic,vt ibi no. Alij dicunt,quòd etiam ſola patientia diſpenſationem inducit . quod dic, vt no. ſ. de ſup.ne.præ. literas.§.j. Tu dicas,ꝙ nec ordinando,nec confir-
a mando , nec alio modo intelligitur epiſcopus diſpeſare, a niſi hoc exprimatur. quod dic. vt no. in præceden. glo. & ſ.e. ex tua. [Amoto] hæc eſt maior gratia,cũ iſte, qui amouet puniat ſine culpa ſua . Non tamen fit hoc , vt præmiſſum eſt ſine cauſa. & ſic non obſtat. lvj. diſtin. ſatis peruerſum . quod dic,vt no. ſ. de conſti.cognoſcentes. Alij dicunt,ꝙ nullum ius habere poteſt ga epiſcopus intelligitur cum alio diſpenſare,vt no.in glo.præcedẽ. ver. vel ſecundum Goff. Alij dicunt amoto, ſubaudi , iuris ordine obſeruato, & ipſo qui tenet vocato, quarta quæſtio.ſexta. hæc
b quippe. Alii afferunt hoc eſſe intelligendum,quando iſte ſecũdo inſtitutus ſciuit cauſam cum epiſcopo agi Nam in hoc caſu ſibi præiudicauit,ſi ius ſuum defendere neglexit.ſ. de re itidi.cum ſuper controuerſia.& c.quamuis regulariter.ff.de re iudic. ſæpe. Et de hoc no.ſ.de procu.ex inſinuatione.Tu dicas, quòd totum eſt gratia,vt nota.ſ.c.proximo.ſuper verbo, reſtituas.¶ Verum.]iii. pars.[Ignorans.] ſcilicet quòd pater eius presbyter &c.vt ſ.ſ.proximo.[Ex quo ad eccleſiam &c.]ecce ratio, quam no.ſ. ſ.proxi. ſuper verbo,reſtituas.ver.ſi tamen intelligas.[Ordinaſti]ſubaudi, nolumus,quod mendicet.ſ.c.proximo. repete. Ideoque mandamus quod.[Eam ſibi reſtituas &c.]ad tempus , vt ſequitur , hoc eſt.[Donec in alia eccleſia]Nunquid ergo intelligitur interim eſſe prælatus eccleſiæ? Scripſit Goffre. quòd vel prælatus eſt,vel in-
9 loco prælati habetur.argumen.ff.de bon. poſſ.j.& ii.& vii.q.j.paſtoralis. Sed contra:quia prælatura † ad tempus dari non poteſt. lv.diſtin.præcepta. Sicut nec hæreditas temporalis.ff. de adopt.ſi tibi.ff.de hære.inſtituen.hæreditas.ff.de regu.iuris.actus.ſicut nec libertas.ff.de manu.teſti. libertas . nec peculium. ff. de pecu. quæ ſitum.§.ii.Tu dicas,quòd eccleſia ex cauſa in hoc caſu commendatur. nec eſt prælatus,alioquin contra.ſ.de condi.appo.ca.fina. extra do.n.de electio.ſtatuimus.lib.vj. Adminiſtrabit tamen,tanquam prælatus,argumen.ſ. de elec. cum nobis olim.ad fi. vbi.de hoc.Nec dicitur interim vacare eccleſia , nec poterit ſibi auferri hæc commoditas ſine licentia Papæ cuius authoritate hoc fit, vt patet in diſtinct.no.ſ.de conſti. ex parte. niſi ex nouo delicto ſuperueniente: quia nec in eo videtur papa diſpenſaſſe. argumen. ſ.de excep.paſtoralis.& de teſtibus.co præterea.§.ii.cum ſuis con
b cor.Alii autem dicunt,quòd is qui commendat, poteſt hoc quã do voluerit reuocare.De qua materia dic , vt plene notatur.ſ. de electio.dudum.ij.§.fi.rñ.j.ſuper verbo , commendatum.[Vnde honeſte]ſecundum ea,quæ no.ſ.de præben.cum ſecundum apoſtolum.§.inde eſt.ſuper verbo,competens beneficium.

ADDITIONES.

a ¶ Diſpenſare. Adde de hac materia,an omni actu promouens ſcienter vel actu faciens ſcienter contra ius videatur diſpenſare do. Anto. hic in j.col.ver.teſtat. cui And.Sic.addit Ro.conſilio.cclxvi..& Oldr.conſi.325 cum quatuor ſeq.
b ¶Commendatum.Et adde.de elec.nemo deincep.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Promotus ſine beneficio eſſe non debet.*
2 *Multa fieri prohibentur,quæ facta tenent.*
3 *Sacerdos potius eſt prælatus,quam alius.*
4 *Prælationes conſueuerunt inflare.*
5 *Communio diſcordiam parere conſueuit.*
6 *Ruſtici,dubia per medium diuidunt.*
7 *Miſſam celebranti, duo debet ad minus aſſiſtere.*
8 *Eccleſia non debet dedicari ſi non habeat dotem.*

CAP. VI.

PRoposuit. A domino fundi.]i.patrono,qui in fundo ſuo eccleſiam fundauit. Et ideo ius patronatus acquiſiuit.xvi.qõ.vii. filiis.& c. quicunq;.& in Auth.de ſan.epiſco. §.ſi quis oratorij

domum.colla.ix.[Noluisti]& canonice hoc fecisti,vt ſ. eodem præſentium. [¶ Cæterum.] ii. pars. [Quia indignum eſt.] ve. rum eſt, ſi nihil ei impetrari poteſt, vel indignum eſt quo ad te, qui iſtum promouiſti ſcienter argu.ſ. eodem. veniens.§.i. quod dic,vt ibi no.& ſecundum hoc intelligeglo.ſequen.[In ſubdiaco
1 num.]vnde† non debet eſſe ſine beneficio, vt ſequitur &.probatur lxx.diſtin.c.j.& ii.ſ.de preben epiſcopus.& c.cum ſecundum. j.q.iii.ſi quis obiecerit lxxxi.diſtin.ſi quis amodo.& c.ſi quis ſacerdotum.[Ordinatus]licet enim ordinare non debuiſſes,vt ſ.c.i.ta-
2 men ordinatio facta valet:quia &† multa fieri prohibentur.quę facta tenent.j. de iureiuran. quemadmodum.§. quod ſupoſt huiuſmodi.Quinimo & ratio eſt,vt no.ſ.ti.j.c.ii. [Omnino] ne vertatur in vituperium ordinis clericalis. quod dic, vt notatur.ſ.de renuncia.ad ſupplicationem.[Cum aſſenſu]Sed contra:quia po tius quæri deberet de conſenſu patroni.lxiii.diſtin. principali. & c.ſequen.xviii.q.fi.Eleutherius. Dixit P. ꝙ ad patronum pertinet repræſentatio rectoris tantum,& ipſe præſentauit iam iſtum ſub diaconum, & iam erat prælatus. Et ideo conſenſus ipſius prælati requiritur,non patroni,vt ſ. de iure patro. poſtulaſti. Vel ſupple hoc ſuper eo,quod ſequitur.[Eiuſdem clerici]ſubaudi, & patroni.Vincen.& Lau.dixerint,quod ſubdiaconus de gratia toleratur,& presbyter,qui quærendus eſt, repræſentabitur per patronum,ad quem ſpectat,de aſſenſu tamen iſtius clerici, & iſti ambo æqualiter habebunt bona eccleſiæ.Et quod hic dicitur de iſto R.ſubdiacono ex diſpenſatione eſt: quia de iure ſacerdos debet habere adminiſtrationem.G.dixit,quod ex litera potius, colligi-
3 tur† ꝙ ſacerdos ſit prelatus,quam alius,vt patet.ſ. in fine.Vbi dicit.Solus presbyter.& vbi dicit. Sine miniſtro ſuffragio.& ſ.eodē. §.vbi dicit.Qui eccleſię ſeruat,& quod clericus ſit ſeruitor.Et eſt argumen.ꝙ clerici poſſunt habere præxendas diſtinctas, & diuiſas.Hæc verba ſatis videtur mihi confuſa, & inutilia. Nec enim poſſum ex litera colligere,quod iſte,vel ille prælatus ſit. Quid ergo dicas,quod hæc fuit quędam prouiſio,quam papa facere voluit,qui non ſolum eccleſias, ſed & epiſcopatus poteſt diuidere & vnire.ſ. de exceſſo.prælatorum.ſicut vnire.Vnde iſti duo inſolidum habēt iſtam eccleſiam, & quilibet ei ſeruit in ſuo ordine, vt patet ex litera. Sacerdos ergo qcqd ſpectat ad ſacerdotale offiū exercebit.Super quo vide,quod no.ſ. de corpo. vitia. ſignificauit. Et clericus erit in quibuſcunque ſpectat ad ſuum ordinem coadiutor.Si quæras,quare papa fecit ſubdiacono hāc gratiam, ipſe reſpondet ſupra ibi. Quia indignum eſt &c.Si quæras. quare nō fecit maiorem gratiam,vt ſcilicet eccleſiam per ſe regeret,& poſſet ad omnes ordines promoueri?Reſpondeo forte cauſa ſuberat alia latens,quæ non ſinebat ipſum ſalua conſcientia promoueri, argumen.ſ.de ætate.& quali.queris. Quinimo & talis quæſtio eſt hominis importuni,qui(ſecundum quod vulgariter dicitur)con ſueuit manum appetere,ſi ſibi digitus porrigatur. Lex autem ſatisfacit talibus importunis dicens.Quod ſufficit ſi cui, vel in paucis amici laboribus conſulatur.C. de nego. geſt.tutori. Si queris quare non expreſſit,quod omnino presyter eſſet rector? Reſpondeo, ne forſan nimis intumeſceret contra clericum ſupradi-
4 ctum.† Nam prælatione conſueuerunt inflare. xi.qō.iii. illud.Si queras,quare aſſenſus clerici requiritur? Reſpondeo,ne inuito ſocius detur.ff. pro ſocio. actione.§. ſocietas.& l. qui admittitur.Et argumen.lvii.diſtincti.c.vnico. & præſumitur, ꝙ minus diſcordent ratione iſtius conſenſus, de qua diſcordia eſt timendum
5 Communio enim †diſcordiam parere conſueuit.ff.deleg.ii.cum. pater.§.dulciſſimis.quam debemus,prout poſſumus, euitare, vt xlvi.diſtin.§.j.& c.j.& xc.diſtin.§.j.& per totum.Si queras, quare non requiritur conſenſus patroni? Reſpondeo, quia repræſentando indignum,priuauit ſe hac vice iure repræſentandi,vt notatur. ſ.de ſupple.negli.prela.c.ii.§.fi.quod & hic ſcripſit.do.no.& ſic eſt pluribus quæſtionibus ſatisfactum. ¶Ira quod]iii.pars.[Medieta tem]patet ergo,ꝙ de gratia loquitur,ſicut & alia.ſ. de præben.niſi eſſent.Alioquin contra.ſ.eodem.ti.maioribus.quod dic, vt ibi
6 notatur.Et eſt hic argumen.pro ſententiis ruſticorum † qui ſemper dubia per medium diuidunt.Ad idem.ſ.de parochi.c.j. Nam & media via tenenda eſt,vt & no.ſ. de offi. cuſto. c.j.§.lampades. [Eidem]ſcilicet eccleſiæ.[In ſuo ordine.]ſcilicet ſubdiaconatus: quia nec vltra poteſt,cum vltra nō habeat. Et tamen niſi gratia fieret, hoc non ſufficeret, vt patet ſ.de præben. extirpandæ.§.qui vero.ſ.de ętate & quali.c.j.[Obtinere]ſubaudi, & ſic non multū grauaretur ſacerdos,etiam ſi rector eſſet. [Nō enim ſolum &c.] Hic habes ſciſſum notabile,quod & comprobatur.ſ.de vita & ho
7 ne.cleri.c.iii.Quinimo duo† ad minus ei debent aſſiſtre,[a] qui ei re
a ſpondeant. Alias non diceret congrue, Dominus vobiſcum. de conſecratione.diſtin.j.hoc quoque ſtatutum eſt.licet illud hodie
8 non ſeruetur. Et eſt argumen. ꝙ † non debeat dedicari eccleſia, niſi habeat dotem,quod expreſſum eſt.ſ.de conſecra.eccle. quod ſicut. ſufficientem ad minus duobus.argumen.hic, & vii.qō.j.illud.lxxxi.diſtin.in omnibus.de conſecra.diſtin.j.hoc quoque ſtatutum.alias & hoc ſtatutum.& c.nemo.j.qō.ii.placuit. [Non poteſt.]i.non debet:quia duplex eſt potentia.ſ.de reſcrip.ſciſcitatus.

ADDITIO.

a ¶Miſſam celebranti duo debent ad minus aſſiſtere,alias non diceret congrue.dominus vobiſcum:Adde dominum Henr.Boic.infra de verborum ſign.quæſiuit.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis nomen, aliquando primum ſolum, non ſecundum, vel tertium ſignificat.*
2 *Hæres hæredis teſtatoris in infinitum dicitur hæres.*
3 *Vitium aboletur varietate ſucceſſionis.*
4 *Vitium furti,& violentiæ tranſeunt in ſucceſſorem.*
5 *Vitia perſonalia, dolus, & contumacia non tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem.*
6 *Hæreditario iure nemo in eccleſia debet ſuccedere.*
7 *Liberorum appellatione nepotes continentur.*
8 *Parentum nomine omnes ſuperiores continentur.*
9 *Filio eccleſiæ rectore mortuo, an immediate pater eius poſſit fieri rector.*
10 *Iure ſuo nemo eſt priuandus ſine culpa.*

CAP. VII.

EX tranſmiſſa. Eum] ſcilicet G.[In præſenti.] quando fuit repræſentatus,quouſque forſan noſtram authoritatem haberet.[Eo]i.ea ratione.[Quod]i.quia.[Pater]Forſan legitimus,cui nec immediate debet ſuccędere propter rationem inferius ſubſequentē. [Quo] ſcilicet preſente ipſius.G.[Media.]
1 No.† quōd nomen hæredis primum ſignificat, non ſecundum, vel tertium,vel vlteriorem in quibuſdam caſibus, vt hic, & C. de pœnis.honor.ff.de verborum ſigni.ſecundum.illud autem re
2 gulare eſt, quod hæres hæredis teſtatoris in infinitum eſt hæres. C.de hære.inſtituen.l.fi.C.de legati.in annalibus. ff. de verbo.ſi.
3 hæredis.ff.de liberi.& poſthu.l.i.[Perſona]no.ꝙ† varietate ſucceſſionis aboletur vitium,vt hic.& argumen.i.q.i.ſcito turpem.ii.q.i. in primis.ff.de hære.vel actio.ven.venditor.contra.ſ.de reſti. ſpo. ſæpe.ff.depoſiti.l.j.§.ſi rem.ff.de condi.tur. qui furtum.& l fi.C.de
4 aqui.poſ.vitia.So.Vitia,quæ rem aſſiciunt,ſicut † vitium furti & violentiæ tranſeunt in ſucceſſorem,vt in cōtrariis. & iii.q.i. reinte
5 granda. Perſonalia vero† vt dolus, & contumacia non tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem,vt in iuribus hic ſignatis:tranſeūt aūt in vniuerſalem:nā ille ſuccedit cū ſua cauſa.iunq; viriis. ff.de diver. tepo. præſcrip. Lan vitium. & l. cum hęres, ſecundum Gof. [Qui.]ſcilicet medię perſonę.[Predictū beneficii] Ad quod dicit⁹ G.tunc repreſentatus fuit.¶ Ideoq;.]ii.pars.ſubaudi, quia propter hoc ad nos venit,vt tibi quid iuris eſſet,ſcribere⁹ ſupplicauit.[Mandamus.] De iure ſi legitimus eſt,de gratia,ſi illegitimus & ſic intellexit.d.n. hanc literam.ſ. de gratia & ex diſpenſatione. papæ.alioquin contra ſ.e.conquerente. Veruntamen ſi intelligamus,ꝙ iſte filius erat legitimus,nulla diſpenſatio neceſſaria eſt in hoc caſu.ſ.ex quo perſona media interceſſit, ideoque expone,qđ ſequitur.[Quatenus ſi ita eſt.] ſcilicet ꝙ media perſona interceſſit prænoiatum G. &c[Non poſtponas.]Hoc enim facere potes Non ideo minus &c.] q.d. propter hoc enim non minus ſeruabitur decretum,de quo ſequitur: quia in nullo offenderetur:quia pſona purgauit vitiū, q̄ media interceſſit, vt hic.& ſ. de ele.venera bilē.§ fi.& ſ.e. ex tua.rō.j.& c.ad extirpādas & c.Michael.[Decre
6 to]ſm quod nemo † iure hereditario debet ſuccedere in eccleſia ſancta Dei, quia ipſa non debet eſſe ſucceſſio, vt.viij. q.j.aplica.illud enim eſt decretum, quod allegat.ad idem.ſ. de inſti.ad decorem.ſ.de iure pa.cōſuluit.ſ.eo.preſentium.[Succeſſionem.] Nūquid hęc prohibitio extenditur ad nepotes? Videtur, ꝙ ſic† quia
7 nomine filiorum continentur .ff.de ver. ſigni.liberorū.ff.ad Ma-
8 ced.filium. ſic & nomine† parentum oms ſuperiores continentur.ff.de in ius vo.l. iij. §. pe. Sed illud locum habet in fauorabilibus.ſecus in odioſis: ſenator enim non poteſt filiā illius,qui exercuit artem ludicram, ducere in vxorem,qui tamen ducit neptē. ff.de ritu. nup.l.lege.§.hoc capite & ar.lvj.diſt. dominus.ſm Gof. Sed contra:quia ſenatuſconſulto cauetur,ne tutor pupillam ſuā filio ſuo tradat nuptui, nunquid poterit & nepoti? Certe non. ff. de ritu nup. ſenatus.& pro regula traditur,ꝙ cuius filiam habere non licet, neque eius neptem. Inſti. de nup.§.fratris. Ad idem.ff. de verbo.ſig.l.iuſta. Poteſt dici,ꝙ viuente patre pōt nepos auo ſuccedere, vt in primis concor. eo autem mortuo non poteſt, vt in contrariis. Ratio: quia in primo caſu ceſſat cauſa prohibitionis nam ſi iure ſucceſſionis habetur, non nepos, ſed pater ſuccederet.In ſecundo vero nepos, tanquam proximor ſuccedit,vt.C.de ſuis & legi. hære.auth. in ſucceſſione. vt ſicut vides. quod perſona extranea media purgat vitium, vt hic dicit.ſic & perſona media naturalis.hoc autem intelligendum eſt de nepotibus deſcendentibus per rectam lineam. ſicut eſt filij. filius. & ſic de aliis. ſecus eſt de collateralib.ſicut eſt filius fratris: talis enim bene admittitur non obſtante hac prohibitione,vt infra,de offic.delega. ex parte. infra de arbitris non ſine. & de hoc notatur in ſumma eo.ti.

c.ti.§.qui filij.ver.ſed nunquid. & ſequenti. vbi inuenies quaſdam alias quæſtiones vtiles.& ſ.de hære.vergentis.§.i. Quid in conuer
9 ſo caſu, †puta,filius fuit rector eccleſiæ, mortuus eſt,vel ceſſit, nūquid pater poteſt immediate fieri rector eiuſdem eccleſiæ? Quidam dicunt,ꝙ ſic:quia hoc nuſquam expreſſe prohibitum inuenitur,argumen.ii.q.iiij.conſuluiſti. & ſ. de transla. epiſco.c.ii.ſed neque.verſi.fi. cum ſuis concor.Sed contrarium credo:quia ſucceſſio prohibetur generaliter.viii.q.j. apoſtolica. ex quo decreto ius iſtud elicitur, vt no.in præcedenti glo. Sed ſicut filius ſuccedit patri,ita & pater filio.quamuis turbato ordine, vt ff.de inofficio. teſta.nam & ſi parentibus. & l. præcedenti. & vterque querelam haber,vt in Authen.vt cum de appella.cog.§.aliud quoque. & l. ſequenti.& §.ſancimus itaque.& ſequenti.colla.viii. & eadem ratio eſt in vtroque,ergo idem ius debet eſſe,vt patet in eo,quod legitur & notatur.ſ.de conſti traslato.& de reſcriptis. inter cæteras. Quid ſi eccleſia patris, & eccleſia filij propter ipſarum tenuitatem ipſis viuentibus fuerint vnitæ,ſecundum cano.x.q. iii. vnio. ſ.de exc.præ.ſicut vnire.nunqd altero decedēte vl cedēte ſuperſtes in vtraque eccleſia miniſtrabit? Non videtur: quia hoc eſſet contra hoc ius, & alia ſupradicta, Nec obſtat ſi dicas, quōd non eſt
10 †quis priuandus iure ſuo ſine culpa ſua, vt ſ.de conſtitu. cognoſcentes.lvi.diſtin.ſatis peruerſum: quia ſubueniendum eſt, vel ſine iuſta cauſa.ſ.vt lite non conteſta.quoniam frequenter.§.ſi vero aliter.in fine.hic autem ſubeſt.hæc, ſcilicet quia vnus non debet alteri immediate ſuccedere, vt dictum eſt ſupra. Puto tamen contrarium. Nec obſtat,quod allegatum eſt de ſucceſſione:quia hic nō vendicat ſibi ius,nec adminiſtrat ex vi ſucceſſionis.ſed ex vi vnionis factæ canonice,& authoritate iuris dictam vnionem approbantis,vt in ſupradictis iuribus.& ſ.de præben.expoſuiſti.& ſ.de ætate & qualitate.eam te.§.vnico. niſi forſan in fraudem canonis hæc vnio facta eſſet. quod dic, vt notatur.ſ. de contrahen. emptio.ad noſtram.§.i. Eſſet tamen honeſtam & decens, quōd ſuperſtes in ſua eccleſia per ſe,& in eccleſia vacante per alium ad miniſtraret,vt ſic vtroque demum cedente, vel mortuo haberet vnio effectum ſuum.ſic enim nec mens iſtius canonis offenderetur,nec verba in hoc tamē caſu dominus Clemens Papa iiij. ad cautelam voluit diſpenſare.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionis cauſa a crimine eſt ſeparata,ideo electio comprobatur.*
2 *Vicarius perpetuus habet ius in eccleſia, nec remouetur ſine cauſa rationabili.*
3 *Conducens ad non modicum tempus habet ius in re.*
4 *Filij poſſunt eſſe canonici in eccleſiis in quibus miniſtrant patres tanquam prelati.*

CAP. VIII.

ONſtitutus. Canonice] Quia nec interuenit vitium,ſeu defectus ex parte conferentis,vel recipientis,vel mediæ perſonæ, vel modo conferendi.arg.ſ.de elec.poſtquam.& c.nihil. & ex hoc arguitur,ꝙ iſte clericus non reſtitutionis poſſeſſorium, ſed proprietatis petitorium intentabat: alioquin non debuiſſet per exceptionem infra poſitam impediri,vt iii.q.j.& ii.q.ii.per totum.ſ.de reſti.ſpo.item cum quis.& c.ex conqueſtione.ſ.de ordi.
1 cogni. c.fi. Eſt enim † cauſa poſſeſſionis a crimine ſeparata.C.de dona.inter vi.& vxo.ſi maritus.& comprobatur hæc electio.ſ. de ordi.cogni intelleximus ſ.de reſtit.ſpo.literas.§. nos autem.verſi. quamuis ſecundum omnes.Vel dic,vt ſ. no. nam hæc electio ſ. §.fina.reprobatur.[Et eam]ſ.eccleſiam.[Ea]ſcilicet eccleſia.[Ipſum]ſ. Gulielmum.[Sine iudicio]Sed propria authoritate.& ex his omnibus arguitur, ꝙ poſſeſſorium intentabat.[Spoliauit.] quod de ſe fieri non debuit.xvj.q. fi.laici.& c. contra ſanctorum. & xij.q.ij.eccleſiarum.quia nec poteſtatem habent in bonis clericorum.xii.q.ij.eccleſiarum.xxiii.q.viij.ſcire.& no.ſ. de offi.arch. c.fi.§.primo. ¶Cumque]ii.pars.[Exinde] Qui ſcilicet ſic fuerat per laicalem potentiam ſpoliatus.[Querelam] Non dicit vtrum petitorio,vel poſſeſſorio: intelligunt tamen Doctores,ꝙ petitorio,vt ſ. notatur. ſuper verbo, canonice.Sed contrarium eſt verum, vt ſ.& ſ.notatur.[Obiectum] In modum exceptionis. Sed contra.ſ.de reſti.ſpolia.ſolicite.Sol.Hic agitur petitorio. ibi poſſeſſorio.ſed huic obſtat, quod legitur in ſequenti.§. vt ibi notatur. ideo dicūt alij,ꝙ hic in petitorio & poſſeſſorio agebatur, & ideo de vtroque mandatur inquiri.ſi.ſ.de reſti.ſpo.accepta.ſed ego nō video,ꝙ ſuper petitorio aliqua inquiſitio committatur, vt patet in ſequenti.§. Dñs noſter ſcripſit hic, hanc decretalem loqui diſpenſatiue,& ꝙ non mouebatur hic quæſtio de canonica inſtitutione. Alij dicunt,ꝙ etiam ſi poſſeſſorio ageretur, & per confeſſionem vel probationem euidentem conſtaret, vel alias notoriū eſſet,ꝙ eſſet illegitimus,vel quod violenter poſſeſſionem occupaſſet,denegaretur ei reſtitutio: niſi contra tale notorium aliquid canonicum opponeret & probaret,cum ſine peccato eccleſiam tenere non poſſet. Ad hoc.ſ.de diuor.ſignificaſti.ff.quorum lega. l.j.§.rediguntur.ff.de dolo. ſed & ex dolo. In dubio vero poſſet dicere ſpoliatus non reſpondebo de proprietate, quouſque fuero reſtitutus.ſ.de reſti.ſpo.in literis.& c.item cum quis.Tu dicas, ꝙ de voluntate clerici talis proceſſit commiſſio, & ideo mos ei gerendus fuit.ſicut no.ſi.ſ.de reſt.ſpo.c.i.& iduxit eum papa ad hoc ex quadam æquitate,& vt cercuitus tolleretur.nam ſi pater ſuus adminiſtraſſet in capella nulla media perſona, & ſi de rigore iuris reſtituendus eſſet,parum tamen ei prodeſſet: quia breui manu amoueretur,argumen.ſ.de acculationibus. ad petitionem.ad fi.ſ.de cau.poſſeſſionis.& proprie.cum dilectus.& clericus bene confidebat de iure ſuo,& ſecundum hoc plana & clara remanet decretalis. [Miniſtrauit.] Eſſe potuit tanquam conductitius ſeu nomine filij,& non tanquam prælatus.& ideo non obfuit, vt ſequitur. [Et infra]Hoc eſt propter hoc ad nos recurſum habuit, & noſtrum remedium implorauit.& ſic continuatur ſequens.§. fraternitati tuæ &c.¶ Fraternitati tuæ] iii.pars. [Eiectus.] Et non dicit canonice inſtitutus,quod ſupra præmiſerat:ergo deſtruitur communis lectio:quia non ſuper petitorio,ſed ſuper poſſeſſorio tantum modo fit commiſſio,vt hic dicit.& argum.in fi.in verbo, perceptis,vt ibi no.& ſuper exceptione oppoſita,vt ſequitur.& ſic euidenter contradicit,vt ſ.de ordi. cogni.c.fi.& iura alia infinita. ſed ſolue,vt no.ſ.§.proxi.ſuper verbo,obiectum.[Perpetuus]Perpetua ergo vicaria impedit filium,vt hic. & ſ. eo.ad extirpandas.
2 Et eſt ratio:† quia perpetuus vicarius habet ius in eccleſia, nec de bet removeri ſine cauſa.ſ.de offi.vica.prouideas.c.ad hæc. & c.fi. ſ.de fide inſtru.G.perpetuus.ſ.de reſcrip. poſtulaſti. ſicut emphy-
3 teuta,& qui nō† ad modicum tempus conduxit, ius habet in re. ff.ſi ag.vecti.petatur.l.j.& fi.& ff.de ſuperficiebus.l.j.§. quod ait.ſecundum Gof.quinimo & ratio eſt, ꝙ perſona & vicarius eādem curam habent inſolidum : quia talia diuiſionem non recipiunt de facili,vt no.ſ.de iure patro.c.j.vnde ſi ficret perſona,poſtquam pater renuiſſet perpetuam vicariam,vel eōuerſo.fieret ſucceſſio in eodem,vel conſimili iure,quod tamen intelligitur eſſe prohibitum,vt no.ſ.e.ad hæc.ad fi.ſuper verbo,vel prefuerunt.[Nō fuerit.]De hoc conſtat eo, ꝙ non conſtat contra.ſi.C.qui mili.non poſ.ſuper ſeruis.lib.xii.ſ.de his quæ fi.a prela.ea noſcitur. vel conſtabit per probationem eius,quod ſequitur, niſi aliud dicatur,ad quam probationem faciendam onerauit ſe clericus, vt ſ.no.ff.de proba.quinquaginta.[Nomine eiuſdem G.]Per hoc enim patet ꝙ nullum filio præiudicium generatur, ſed ius ſuum euidentius comprobatum. & idem eſſet, ſi nomine alterius miniſtraſſet. nam is poſſidet,[a] nomine cuius poſſidetur. ff. de acquiren.poſſeſſ. quod meo.Inſt.de interdi.§.poſſidere.ſ.de reſti.ſpo. cum veniſſet. & c.olim.§.fi.ſ.de præſcri.ſi diligenti.[Miniſtrauerit.] Vtrum au-
4 tem filij † poſſunt eſſe canonici in eccleſiis,in quibus miniſtrant patres,tanquam prælati.no.ſ.eo.ad hęc.& c.ad abolendam.[Perceptis]Et qui percipi potuerunt cum hic ſolum poſſeſſorium intentetur.ſ.de reſtitutio.ſpo.grauis.& hæc etiam communem reprobat lectionem.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſolus, vel ſenatus infamiam remittere poteſt.*
2 *Dictio & ponitur,pro vel, & vel pro &.*
3 *Epiſcopus iure ſuo cum legitimo filio ſacerdotis diſpenſare poteſt.*
4 *Diſpenſatio rite facta,non eſt amplius reuocanda.*
5 *Quod factum eſt authori ate priorum literarum, non eſt per ſecundas reuocandum.*
6 *Inſtitutio quæ ad epiſcopum pertinet poteſt authorizabilis appellari.*

CAP. IX.

7 Cura vero † iurisdictionis est non ordinis,& hãc recipit prælatus in confirmatione.s̃.de electi.transmissa.Vel institutione.ſ.de excess.prælat.ad hæc.& de priuileg.cum & plantare.§.in ecclesiis.vn de & quando talis prælatus ordinatur, non datur ei cura, quam iam receperat, sed potestas ligandi, atque soluendi animas sibi commissas, quam sine ordine non habebat, quamuis posset alij (sacerdoti tamen) committere, vt easdem in foro pœnitentiali audiret & absolueret: quia hoc iurisdictionis est, quam ratione curæ habet,vt patet in eo,quod leg.& not.s̃.de elect.suffraganeis. ſ.de pœnit.omnis.& in summa de pœnit.§.cui confirendum sit. respon.j.versic.viii.& sequen.& sub rubrica.de remiss.§.i.& §.quis possit.& seq.& de sent.excom.§.quis possit excommunicare.sub §.nedum autem ius.sed nec absoluere potest quis ab excommunicatione.nisi sit sacerdos;quia hæc absolutio mixta est. partim.
8 spœnitentialis,& partim iudicialis,vnde nec† absoluitur,nisi pœnitens & contritus,vt xj.quæst.iii.c.antepen.& not.ſ.de sentẽ.ex com.a nobis.§.pen.& c.nuper.§.vlt. Dic ergo,vt in præced.glo. & ſ.de pœnit.& remiss.omnis.respon.j.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus, an potest excommunicare.*
2 *Excommunicandi potestatem, non potest concedere,nisi episcopus.*

CAP. V.

Archidiaconis. [De ecclesiastica.] Idest de iure communi.xvi.q. ii.visis.& q.j.cunctis fidelibus xxiii.q.iii.corripiantur. sed de consuetudine hoc licet,vt s̃.de elect.dudum ii. §.tandem.dum modo sit pacifica & præscripta.ſ.eo.c.fi.secũdum T. Sed & secundum dominum nostrum ius commune est, cp ar
1 chidiaconus † & omnes prælati iurisdictionẽ habẽtes ab episcopis,vel ex collatione,seu confirmatione officiorum, seu dignitatum ad quas assumuntur,iudices ordinarij sunt & excommunicare possunt.ii.q.i.nemo.ſ.de offi.ordin.cum ab ecclesiarum. vbi de hoc.ſ.de excess.prælat.ad hæc.nisi sint mulieres.ſ.de maior.& obed.dilecta.ſ.de pœnit.nouam. Quod autem hic dicitur,& in si milibus,intelligendum est de contraria consuetudine,quæ iurisdictionem tollit & tribuit,vt C.de emancip.l.j. & leg.& not.ſ.de foro compe cum contingat.hoc excepto,cp non possunt excommunicare cum solennitate illa,de qua legitur.xj.quæst iii. debet. & cap.sequen. Alii autem prælati,qui tamẽ a collegiis,vel aliis,q̃ episcopis iurisdictionem recipiunt,excommunicare nõ possunt, licet & alias iurisdictionem habeãt, & est ratio: quia potestatem
2 excommunicandi non potest † concedere nisi episcopus. xxiiii. q. iii. corripiantur. & ideo quod alius non habet, transferre non potest.i.q.vii. Daibertum.& de hoc not.ſ.de offic.ordin. cum ab ecclesiarum.& c.quanto.secundum d.n. Tu dic,vt not.in sum.de sent excom. §.quis possit excommunicare. sub §.nedum autem ius. [Episcoporum.] si.s̃.eo.c.proxi.

SVMMARIVM.

1 *Visitans an plus quam semel in anno potest visitare.*
2 *Concilium prouinciale semel in anno debet celebrari.*
3 *Visitare qui potest de iure communi & qui de consuetudine.*
4 *Episcopus visitare non debet morari in vna ecclesia,nisi per diem.*

CAP. VI.

Mandamus. [Visitandas.] Quod potest facere de consuetudine, vt s̃.de elect.dudum.ii.§.tandem secundum B.quinimo & de iure,vt ſ.eo.ad hæc.§.i.& ii. [Nisi semel in anno.]
1 Hoc regulare est, cp quicunque visitat,semel in anno visitare po test,vt hic.x.q.j.decernimus.& c.episcopum.& c.placuit.ſ.de hær. excommunicamus.i.§.adiicimus Non pluries, nisi causa emergente: puta,visitauit semel episcopus statim post recessum suum fit conflictus in cimiterio,fundiur sanguis,& per consequens eget reconciliatione ecclesia,vel aliqua alia de nouo emergens canonica subest causa: ex hac enim visitabit secundo, & tertio, & quoties opus erit. xviii.q.ii. visitandi. & c.non semel.& sic potest intelligi.ſ.de censi.cum venerabilis,secundum T. Vel ex consuetione,seu consuetudine speciali.ſ.de censi.quanto. Sed & si non sit multum necessaria visitatio, potest hoc vsque ad triennium differri,& tunc etiam poterit per archidiaconum visitare,vt s̃.eo.
2 cap.j. ante finem. Item semel in anno †debet prouinciale concilium celebrari,cuius statuta sunt in sinodis subsequentibus publicanda.xviii.dist.quandoquidem.& c.decernimus.ſ.de accus.licut olim.propter hoc tamen non tollitur, quin archiepiscopus singulis annis visitet,nulla præscriptione obstante,licet quidam no tant contrarium, sed talis no. euidentissime reprobatur.ſ.de præscrip.cum officii.ſ.de censi.sopitę.& c.cum nuper. Quid ergo fa
3 ciet miser rector ecclesiæ Nam de†iure communi visitat legat⁹, archiepiscopus,& episcopus, & de consuetudine archidiaconus, & archipresbyter.ſ.de censib.cum apostolus. Sed si hi omnes ad eandem ecclesiam semel in anno declinauerint, longi temporis victum breuis hora consumat, contra illud.x.q.iii.inter cœtera. ante medium. Solur.si ecclesia grauetur, suppleat hoc episcopus propriis sumptibus,arg.C.de sta.& imagi.l.fin.hoc enim de mente est,vt non grauatur ecclesia vltra,q̃ pati potest.vt ſ.de censi.cũ
4 apostolus.circa princ.& cap.sopitę.in fi.sed nec debet †morari episcopus in vna ecclesia nisi per diem tantum.x.q.iii. inter cœtera. prima die in sero visitat, & instruit presbyterum sequenti die in mane populum,& sic debet ad aliam proficisci,sic intellige.x.q.j. c.placuit.nec omittat,quin de facultatibus ecclesiarum inquirat. x.q.j.episcopum.quod dic,vt not.in sum.eo.tit.§.quod sit eius officium.versic.sed dices.& seq.& iunge,quod not.ſ.tit.j.c.fi.

SVMMARIVM.

1 *Officium aliud est, & aliud iurisdictio.*
2 *Archidiaconus est vicarius episcopi.*
3 *Episcopus quæ non potest facere, sine capitulo.*
4 *Archidiaconus comparari potest defensori ciuitatis.*
5 *Archidiaconus territorium non habet, vt ratione delicti, vel contractus quis conueniatur coram eo.*
6 *Archidiaconus habet institutionem corporalem,& authorizabilem.*
7 *Examinatus aliquando iterum examinatur.*
7 *Episcopus de facto sui vicarij tenetur.*
9 *Primicerius debet matriculam custodire.*
10 *Ordinibus furtiuis occurritur.*
11 *Nemini debet suum mendacium expedire.*

Per

12 *Promoueri per astutiam nemo debet*
13 *Promotis de,ad titulum paupertatis quid faciendum paupertatis.*
14 *Patrimonium Christi est quicquid habemus.*
15 *Beneficia, nec ordines conferri debet, nisi caute prius examinatione præmissa.*
16 *Generale est, quod omnes tangit.*
17 *Decani rurales qui sunt, & quas iurisdictiones habent.*
18 *Archidiaconus in dubio habet episcopo obedire.*
19 *Instituere semper illius est, cuius est destituere.*

C A P. VII.

1 ADhæc. [Quid ad officium.] vers. & prima quæstio. Aliud est enim †officium, & aliud iurisdictio, & aliqua spectant ad vnum, & aliqua ad aliud, quod dic, vt not. s. eo. officium. [Et in quibus.] versic. & secunda quæstio. [Releuari.] Hæc quæstio tangit iurisdictionem. præcedens vero officium, & ex mente huius quæstio
2 nis potes elicere, argum. q archidiaconus † est vicarius episcopi, & q ipso prohibente nihil facere debet, & sic potest intelligi. s. ca. proxi. & præced. [Et nos.] versic. [Prout possumus.] Optime dicit, cum enim diuersæ sint consuetudines, secundum quas loquũtur iura diuersimode de hac materia, non potest de iure absolute & simpliciter responderi, sed est ad ipsas consuetudines recurrendum, vt not. s. eod. c. j. super verbo, in vrbe. nec Papa super hoc nouum ius instituit: immo ex antiquo sua responsio roboratur. sic s. tit. i. c. j. & hoc est, quod sequitur in seq. versic. archidiaconus &c. secũdum T. Immo dic de iure scripto possumus, vt sequitur. Cum ergo consultatio quæratur, quæ sint illa, quæ pertinent ad iurisdictionem archidiaconi, & Papa de iure respõdeat, quis audet contra responsum apostolicum glosulare? Archidiaconus.] ver. in quo inducit illud Isidori. xxv. dist. perlectis. circa medium. vers. archidiaconum enim imperat. & versicu. solicitudo quoque parochiarum. multum tamen abbreuiat verba illa, qualiter sua officia expleant, secundum dominum nostrum. [Et imperat.] Hoc spectat ad officium. [Parochiarum' &c.] ideſt eorum qui p parochias morantur. s. eod. c. j. secundum dominum nostrum, & hoc spectat ad iurisdictionem. [Audire.] Non tamen diffinire, cum eis concessum non sit, & hoc intelligas de clericis parochialibus tantum secundum quosdam. Alij quos sequitur do. n. subaudiunt, & diffinire, argum. ff. de iudic. de qua re. & intelligunt hoc tam de clericis parochialibus, quàm de Ciuitatensibus, arg. s. eod. cap. j. Tu dicas hoc ad diuersas consuetudines referendum, secundum q nor. j. eod. cap. fin. [Iurgia.] f. ciuilia, & vbi de crimine ciuiliter agitur, secundum dominum nostrum. Vel dic iurgia q. d. humilia & minima: nam episcopo habet referre grauia, & maiora, vt in versic. solicitudo. superius allegato, & nota. j. §. item in epistola. & j. tit. j. cap. fin. in fi. & s. cap. ii. [Decani a pluribus.] vel a plebibus. Est enim archipresbyter Ciuitaten. & Ruralis, vt j. eod. cap. penult. & fin. [Iurisdictione.] Alias iurisdictioni, vt patet j. tit. j. cap. j. ¶ Secundum vero.] ii. pars. [Constitutionem.] s. eod. ca. i. illam enim inducit a prin. vsque ad versi. & vt de tertio. quod dic, vt ibi not. ¶ Item in epistola.] iii. pars. [Beati Clementis.] quam habes. xciii. distin. diaconi. [Oculus episcopi.] Nam & dixit quidam episcopus de quodam archidiacono suo, qui sibi infestius erat, & contra ipsum calcaneum suum erexerat, nescio quid dicam tibi aliud, nisi q ego amore tui vellem meum oculum amisisse. [Prospiciens.] ideſt inquirens non vniuersaliter visitando, sed tantum loca, vel personas, de quibus est infamia, secundum dominum nostrum ad minus de triennio in triẽnium quando non potest episcopus visitare, vt s. capi. j. ante fin. [Corrigat.] Verbis, monitionibus, & præceptis, sed pœnitentiam sine episcopo non imponat, argum. j. tit. j. cap. ii. & fin. & j. de offic. custo, cap. j. si quis tamen dicat. q modicam pœnam imponere possit, vel ad modicũ tempus suspendere, forsitan non errabit, secundũ dominum nostrum hoc intelligas, quando sacerdos est: alias autem etiam de mandato episcopi, nec confessiones audire, nec pœnitentias imponere posset, vt patet in eo, quod not. s. eod. cum satis. in fi. [Ardua.] Illa enim sunt referenda, vt not. s. eod. cap. j. versicu. archidiaconus. super verbo, iurgia. de his videtur esse non solum depositio clericorum, vt patet in eo, quod leg. & not. s. de electio. transmissa. etiam si agatur de minoribus ordinibus. xv. q. vii. episcopus nullius. Sed etiam si agatur de suspẽsione perpetua, vel
3 multum diutina, † cum nec episcopus sine capitulo talem ferat, quod dic, vt leg. & not. j. de excess. prælat. cap. j. De his etiam est ecclesiarum vnio & diuisio. j. de excess. prælat. sicut vnire. Item dispẽsatio, vt patet in eo, quod not. s. tit. j. cap. fin. j. de eo qui fur. or. sus. capit. ii. Item ecclesiasticæ rei alienatio. xii. quæst. ii. sine exceptione. & multa alia, quæ etiam per episcopum sine capitulo expediri non possunt, de quibus leg. & not. j. de his quæ fiunt a prælato. nouit. & cap. quanto. & per totum. Item iurisdictio monasteriorum nisi consuetudo sit contraria. j. eo. dilecto. secundum dominum nostrum. Item causa matrimonialis. j. de consangui. cap. j. §. fina. quam tamen archidiaconus audit diœcesano in remotis agente. j. de restit. spoliat. literas. in princ. sed illud potest intelligi ex speciali concessione. De his etiam sunt publicæ pœnitentiæ & literæ indulgentiarum, vt leg. & not. j. de excess. prælat. accedentibus. Item literæ dimissoriæ, & commendatitiæ, & licentiales, de quibus nor. s. cap. j. & ii. & j. cap j. Item causæ criminales & graues, si cut leg. & not. j. de procur. querelam. & s. de electi. transmissa. §. fi. Item quæ ordinis episcopalis sunt. s. de electio. quod sicut. §. præterea. [Terminari.] Leuia vero potest expedire, vt s. eo. c. respon. j.
4 versic. archidiaconus. Potest † igitur comparari archidiaconus de sensori ciuitatis, vt videlicet causas ciuiles audiat vsque ad trecentos aureos, & criminales minores, in maioribus etiam possit reũ capere, & ad episcopum mittere, & modicam multam indicere, & etiam clericis sibi subditis, & adoptionibus, emancipationibus testamẽtorum & donationum insinuationibus, ac manumissionibus, quas non nomine ecclesiæ, sed proprio faciunt, argum. j. de rebus eccl. non alien. epis. potest authoritatem præstare, vt in Auth. de defen. ciui. abillo. §. iudicare. vsque in fi. collatio. iii. In eo comparari non potest, vt ratione delicti, vel contractus conueniat
5 tur aliquis coram eo, cum territorium † non habeat, vt nota. j. de fo. competẽ. cum contingat, & idem dicendum est de omnibus aliis prælatis ecclesiasticis inferioribus iurisdictionem habentib. de consuetudine, vel de iure s'm quosdam. Sed hæc non placent d. n. cui nõ placet talis comparatio: quia nõ sunt s'm iura ciuilia, sed secundum constitutionem ecclesiasticã dignitates ecclesiasti cæ ordinatæ, vnde nec secundum leges, sed secundum canones sunt iurisdictiones ecclesiasticæ exercendæ, secũdum dominum nostrum, quod dic, vt leg. & not. j. de iudic. j. de do. & contu. cap. j. ¶ In quadam vero.] iiij. pars. quæ fuerit hæc nescimus: allegat tamen mentem illius, quam habes. j. eo. vt nostrum. & si illa sit, in ordine debuit hic præponi, vt patet. C. de no. co. faci. l. vnica. satis ante fin. ibi, primis quidem in primo loco. Posterioribus vero in secundo ponendis. j. de maior. & obed. statuimus. vel forsan ille ordo non seruatur in ordine decretalium eiusdem, sed diuersorũ authorum tantum. [Quia institutio &c.] Ea quæ continentur in hoc §. de iure communi ad officium archidiaconi spectare dicuntur, eo ipso, q archidiaconus est. In his ergo nihil necesse habet probare, cum intentionem suam fundet de iure communi, argum. C. de probat. siue possidetis. j. de Instit. cum venissent. j. de decim. dudum. In aliis autem, vbi de consuetudine intentionem suam fundauit, videtur aduersarius absoluendus. C. de rei vendic. l. fin. secundum T. quod dic, vt not. j. eod. vt nostrum. & capit. fin.
6 [Corporalis.] Sic † ergo est institutio corporalis, vt hic, est & authorizabilis, vt j. de fil. presbyt. ex tua. est & collationis, seu cõmissionis, seu ordinationis, vt j. §. fin. & de offic. vicar. cap. iii. lxiii. dist. si in plebibus. quod dic, vt not. s. eo. cum satis. [Super beneficiis.] Quorum collatio, vel confirmatio ad episcopum pertinet: nam si ad alium pertineret, tunc non spectat institutio ad archidiaconum, secundum dominum nostrum. Tu dic, v not. in præceden. glo. & s. eo. cum satis. [Examinatio.] Sed contra: quia videtur, q hoc sit officium sacerdotum. xxiii. dist. quando episcopus. Solut. dicunt aliqui, q contrarium locum habet in ecclesiis, in quibus non est archidiaconus, & vbi absens est, hic vero vbi præsens. Mihi videtur, q archidiaconus hoc faciet, nisi sibi ex causa ab episcopo interdicatur, argum. s. eod. cum satis. & cap. sequen. Sed & si sibi non interdicatur, nihilominus potest episcopus sibi alios iniungere de latere suo ad examinationem faciẽdam, vel etiam examinatos per ipsum iterum examinare, vel per alios facere exa
7 minari, vt in contrario, vt s. de ęta. & qualita. accepimus: nam & † examinatus aliquando iterum examinatur, maximè in his, in quibus periculum vertitur, vt leg. & not. j. de probatio. causam matrimonij. §. fi. Sed & si episcopus malum ordinauerit, vel promouerit, & circa examinationem negligens fuerit, nõ in totum ipsum examinatio archidiaconi excusabit, vt patet in eo, quod not. s. de cor. viti. exposuisti. & s. de electi. nihil est. §. j. super verbo, malitiam. quamuis alij dixerint, q in hoc casu non teneatur episcopus. f. quando examinatio per archidiaconum facta fuit, arg. liiii. dist. si seruus. & j. de pign. significante. Sed contrarium est ve
8 rum. Tenetur † enim de facto sui vicarij, sicut exercitor nauis de facto magistri. ff. de exerci. actio. l. j. §. magistrum. & leg. & not. s. eo. ea quæ. §. vnico. & plenius. j. de iure patro. pastoralis. super verbo, malitiose. nisi forsan communis opinio esset pro bonitate archidiaconi, arg. j. de pigno. significante. §. cum igitur. & in hoc concordat d. n. Quid si repræsentet aliquem, qui titulum non habet? Imputatur episcopo: quia non debet aliquem ordinare, nisi primo nomina ponãtur & scribantur in matricula: ita q appareat quis, a quo, & ad quem titulum, etiam si religiosus fuerit, præsen
9 tetur, & hanc † matriculam debet primicerius custodire. xxv. dist. perlectis. ante finem. versic. primicerium. in fi. Et quamuis qdam religiosi ex talibus indignentur, tamen non debet hoc episcopus
10 omittere, quia per hanc scripturam, & surtiuis † ordinibus occurritur, & ab infestatione ordinandorum ordinator episcopus releuatur, supra de ęta. & qualit. accepimus. j. de præben. cum secũdum Apostolum. & adde, quod no. s. de cor. viti. exposuisti. Quid ergo si archidiaconus fecerit scribi aliquẽ ad titulũ patrimonij

fui. sordinandi, cum tamen nullum habeat, vel minus sufficiẽs? Si hoc scienter archidiaconus fecerit, primo loco poterit agi cõtra archidiaconum, qui in dolo fuit. secundo loco in defectum ipsius contra episcopum, qui in culpa est. Dolus enim culpæ præponderat. ff. ad l. Aquil. item si obstetrix. Nec obstat si excipiatur de dolo ordinati, ad cuius instantiã hoc factum est. Cessat enim hic talis oppositio, ne cõtingat ipsum mendicare in vituperium ordinis clericalis, arg. in eo, quod leg. & not. s. de renunc. ad supplicationem. secundum Goff. Alij dicunt, q talis ordinatus imputet sibi: quia mentitus est, & quærat propriis manibus de cætero sibi victum. xcj. dist. clericus victum, & hæc opinio prævalet. Tũ vt subtrahatur materia multis, qui mentiendo facerent se taliter promoueri, arg j. de diuor. quanto. §. pen. cum suis cõcord. Tum
11 quia † nemini debet suum mendacium expedire. ff. de tribu. illud.
12 §. pen. Tum quia per obreptionis, siue subreptionis † astutiam nõ debet aliquis promoueri. s. de elect. cum dilecti. §. nos vero attendentes. in princ. vbi de hoc. Quid ergo de his † qui faciunt se pro
13 moueri ad titulum paupertatis, sequatur ipsam. j. de excess. prælatis praua. Quid de aliis, qui dicunt ad patrimonium Christi? Talibus videtur, q episcopus obligetur ex quo admittit. Quicqd
14 enim habemus, est patrimonium, † & hæreditas Christi. j. de præben. cum secundum Apostolum: sed idem seruatur, quod & de aliis: quia licet verba sint diuersa, tamen mens eadem est, & eiusdem conditionis sunt, argum. j. de verb. sign. intelligentia. s. de cõstitu. translato. [Beneficiorum.] Sic ergo nec beneficia, nec ordi
15 nes † conferri debent, quin examinatio cauta & diligẽs ante fiat, vt hic, & s. de elect. nihil est. & nor. s. de cor. viri. exposuisti. ¶ Subsequenter.] v. pars. [Quæsiuisti.] Tertio quia s. respon. j. duę sunt factæ quæstiones. [Quod omnes tangit.] q. d. citandus est archidiaconus, & vocãdus, authoritas tamen episcopi remanet sibi sal
16 ua. de hoc † verbo tñ generali, quod omnes tangit. dic, vt not. s. de temp ordin. si archiepiscopus. ad finem. [Et commune eorum decanus.] Hic habes, q de consensu archidiaconi debẽt instituiri, & destituit † decani rurales per episcopum. Et est ratio, quia cum
17 non solum episcopus, sed etiam archidiaconus habeat curam parochiæ. s. eo. c. j. & decanus in hoc vices vtriusque suppleat, vt patet j. tit. j. c. j. & ii. & fi. & sic communis vicarius sit, vt hic dicit. ideo & communiter est eligendus, & remouendus. secundum quosdam vt sequitur. Sed dom. nost. dicit, q' regulariter secundum consuetudinem Franciæ, vbi in aliquibus ecclesiis constituuntur tales decani per episcopum, & archidiaconum communiter ad quædã officia eis communiter exercenda, nec instituuntur in aliqua ecclesia, nec confirmantur: immo quasi ministeriales, & officiales sunt vtriusque, & pro magna parte non constituuntur perpetuo, sed ad tempus, vnde & supra dixit, qui pro tempore statuuntur. i. ad tempus. vbi ergo talis, vel similis non est consuetudo, hoc, qđ ibi dicitur, non vendicat sibi locum, secundum dominum nostrum communiter. Quid si non possunt concordare nihil agetur, cum vnus sine reliquo nihil possit, arg j. de offi. deleg. causam quæ. nisi forsan consuetudo in contrarium obtineret secundum quosdam, pro quibus facit hæc litera. A lij dicunt, q cum authoritas episcopi sit principalis & authoritas archidiaconi vicaria tm̃, debet nominatus ab episcopo obtinere, & pro his facit, quod leg. & not. s. eo. c. i. & cap. cum satis. si tamen archidiaconus videat in dignum institui, vel sibi damnosum, pro iure suo poterit appellare, vel de ipso contendere coram superiore, arg. j. de offic. deleg. super eo. & de offic. ordin. ad reprimendam. & hoc salua consuetudine contraria. De iure communi verius puto: nam & in dubio
18 † necesse habet archidiaconus episcopo obedire, vt patet in eo, qđ leg. & not. s. de tempor. ordin. ad aures. §. j. [Eligendus.] Mirabilis est hæc responsio, nec enim quæsitum fuit de electione, vel amotione, sed de institutione & destitutione, vt patet s. in quæstione facta. Sed dicas, q ideo sic respondet, ne institutioni authorizabili (quæ ad solum spectat episcopum) aliquid videatur detrahere, & vt det nobis materiam inter institutionem & destitutionem subtiliter distinguendi. q. d. si quæris de institutione authorizabili, & destitutione authorizabili, illa ad solum episcopum spectat, vt s. de renunc. admonet. vbi de hoc. Si quæris de institutione, quæ loco collationis, seu electionis habetur, vel destitutione, q̃ loco amotionis habetur, de illa quæ communiter debet fieri respondemus. Et ex hoc no. caute, q' sicut quis non debet tangere administrationem beneficii quantumcunque ab illo, qui subest ẽpo eligatur, quantũcunque sibi conferatur sine authoritate epi, sic quantumcunque ab eodem per sententiam priuetur, vel amoueatur, non debet ipsam administrationem deserere sine autho
19 ritate epi eiusdem, & sic semper illius est † instituere, cuius & destituere in eodem genere institutionis & destitutionis, vt hic patet, & s. de renunc. admonet. & facit ad hoc, quod nor. s. eod. cũ satis. & est hic arg. q si quis priuetur beneficio suo per sententiam epi, cuius præsentatio, siue collatio spectat ad aliũ, non potest ipsum restituere, nisi de consilio eiusdem & assensu, vt j. de eccl. ędi. c. iii. §. i. [Admonendus.] Eps tamen solus iudex est, vt patet in eo, qđ no. j. de offi. vica. c. ii.

S V M M A R I V M.

1 *Licentiales literæ quare sic dicuntur.*
2 *Licentiales literas, minores episcopo cõcedere non possunt, nec et dimissorias.*
3 *Quæ sunt authoritatis episcopalis, non sunt ab inferioribus vsurpanda.*
4 *Nemo debet falcem suam in alienam messem ponere.*

C A P. VIII.

1 SIgnificasti, & infra. [Sine conscientia tua.] Sic. s. eo. cũ
2 satis. & c. archidiaconus. [Literas.] Licentiales* quas
1 sic † voco: quia per tales literas datur licentia, vel ordinandi, vel peregrinandi, & quas minor episcopo non potest concedere, † vt hic, & lxviii. dist. quamuis. lxxj. dist. extraneo. & cap. primatus. de consecr. dist. v. non oportet. ij. multominus commendatitias, multominus dimissorias, seu formatas, de quibus nor. s. de cleric. pereg. c. j. & ii. Hæc enim & consimilia authoritatis epã
3 lis sunt, vt præcedit, & ideo non sunt ab inferioribus † vsurpanda, vt patet in eo, quod leg. & nor. s. eo. c. cum satis. & j. eo. c. fi. j. de excess. prælat. accedentibus. possunt tamen delegari ab eo & committi, vt hic, & j. de sent. & re iud. cum Bertoldus. respon. j. [Literas.] Continentes, q' ab alio episcopo possunt ordinari, secundum dominum nostrum. [Et eis.] vers. i. promouendis. [Discrete.] q. d.
4 tuis. Quid enim ad te de extraneis, nec † enim debes falcem tuam ponere in alienam messem. s. de elect. venerabilem. respon. j. q. d. discrete facies, si hoc facias; quia omnes forsitan non auertunt. fi. j. de offi. deleg. super quæstionum. §. verum. ibi, prouide statuimus. vel discrete. q. d. nõ fulminando. sentẽtiam. sicut quidam faciunt, vt leg. & not. j. de eo qui fur. ord. sui'c. c. j. [Audeant.] Sine conscię tia tua. [Qui si.] vers. Promouendi & subditi. [Prohibitionem.] Subaudi, maxime: nam & prohibiti sunt a iure, vt leg. & not. j. de paro. nullus. [Præsumpserint.] s. faciendo se ab alio sine tua cõscientia ordinari'. [Interdicas.] Post quod interdictum per te factum, si in sic susceptis ordinibus ministrauerint, irregulares fiũt & non ante, arg. hic, quod dic, vt plene not. s. de temp. ordin. post translationem. Sed quid si eps est absens necessitate, vel vtilitate imminente, posset tunc archidiaconus ipsos repræsentare: quia vicarius eius est, ar. s. eo. c. j. & c. ad hæc. sic & archipresbyter. j. tit. i. cap. i. secundum B. Tu dicas hoc non esse verum: quia hæc litera contradicit. Bene enim sciebat Papa illa iura, & tamen nullum casum excepit, & cum hoc prohibeatur generaliter, contradicit alia litera euidenter. j. tit. i. c. ii. §. fi eps defuerit (exceptis his, quæ p hibita sunt) archipresbyter prouideat & c. nec ista etiam, vel simi lia transire dicam in generali commissione, arg. j. de offi. leg. post translationem. ff. de pign. obligatione generali. j. de offi. vica. c. pe. vbi de hoc. Si tamen aliquis gereret vices epi generaliter, & in generali commissione esset iste casus expressus, vel aliqui similes, ap posita clausula generali, quæ consueuit apponi in huiusmodi literis. f. super præmissis & in omnibus aliis ad nos spectantibus. de tali dicerem, q hoc posset, arg. s. eo. c. in prin. s. de rescrip. sedes apostolica. ff. si quis cautio. sed & si. §. quæsitum. & not. j. de commo. c. vnico. sed nec talis deberet hoc in præsentia epi, qui hoc sic cõmisit generaliter, siue eiusdem conscientia expedire, arg. j. de offi. lega. nolentes. & extra d. n. de offic. ordin. Romana. §. fi. lib. vj. Puto etiam, q capitulum sede vacante hoc posset facere, argu. j. de maio. & obed. cum olim. vii. q. i. Pontifices.

ADDITIO.

2 ¶ Literas licentiales non possunt minores episcopo concedere, & multominus dimissorias. Dic de his literis, vt in c. cum nullus. de tempor. ordin. lib. vj.

C A P. IX.

NOstrum, & infra. [Pars. j. de appel. vt nostrum. j. vt benefi. eccles. vt nostrum. [Sufficienter probatum.] Perinde ergo est, ac si nihil fuisset probatum, arg. s. de translat. episc. cap. ii. §. sed neque. versic. sicut iuxta. cum suis concord. [Memorata.] Et ideo debet succumbere, vt j. de probat. in præsentia. §. fin. versic. & q nihil. maximè cum ea &c. [Et de iure communi.] De hoc dic, vt not. s. eo. ad hæc. §. in quadam. vbi videtur de hac epistola facere mentionem. [In sede.] Quod nunquam habetur loco electionis, vt s. de elec. ecclesia. j. & nisi authoritas episcopi præcesserit, non institutio, sed intrusio reputatur. j. de præben. cum iam dudum. respon. j. ibi, & q in die intrusionis suæ, & est ratio, vt not. s. eod. cum satis.

S V M M A R I V M.

1 *Causæ plures in eodem libello admittuntur.*
2 *Remedium per cautionem adhibetur.*
3 *Imperator mundi Dominus dicitur.*
4 *Imperatores duo, & tres quandoque fuerunt.*
5 *Episcopatuum limites stabiles sunt.*
6 *Mundani limites per potentiam augmentantur, diuiduntur, & diminuuntur.*
7 *Iudices ecclesiastici non debent recurrere ad limites laicorum.*
8 *Consuetudo iurisdictionem tribuit.*

9 *Iuris potentia multiplex est.*
10 *Monachorum correctio, ad quem spectat.*
11 *Monachi, & abbates de iure communi episcopis subiacent.*
12 *Eps potest q̃que inuito subdito cognoscere de causis ad eius iurisdictionem spectantibus.*
13 *Licitum est inter partes conuenire, vt coram non suo iudice litigentur.*
14 *Familia episcopi eodem gaudet p iuilegio, quo & episcopus.*
15 *Consuetudo tirannica, non defendit a culpa.*
16 *Canonici, secreta, & familiaria negotia ecclesiæ scire præsumuntur.*
17 *Testes inducendi sunt, qui melius veritatem nouerint.*
18 *Status, consuetudo, & personatus ecclesiæ non melius probatur, quàm per canonicos.*
19 *Antiquiores super factis antiquis sunt requirendi.*
20 *Possessor violentus quis dicatur.*
21 *Vna eadem res, non debet diuerso iure censeri.*
22 *Archidiaconus an de iure communi iurisdictionem habeat.*
23 *Episcopalis ordinis quæ sint.*
24 *Auctoritates, quæ per subditum episcopi acquirantur contra episcopum.*
25 *Cautela pro episcopis contra archidiaconos.*
26 *Consuetudo iuri contraria, vel ecclesiis onerosa, non est extendenda.*
27 *Consuetudo contra rationem inducta non seruanda.*
28 *Extensio de iure communi fit in his, quæ ad alium non pertinent.*
29 *Præscriptio tanquam odiosa restringenda.*
30 *Omnia sub episcopo esse videntur de iure communi.*
31 *Visitatio episcopalis imprescriptibilis est.*

CAP. X.

Dilecto filio, & infra. [Procurationē annuam.] Hic specificauit procurationem, apposita subsequenter clausula generali, quædam alia, & ſ. & §. seq. videtur specificare aliqua, quæ maiora videntur, & sic contra. ſ. de rescrip. ſcales. §. nec super maioribus. Solu. secundum dominum nostrum. Hoc operatur virtus illius clausulæ, & quædam alia ratione sui archidiaconatus ad ipsum spectantia. Propter hanc enim clausulam de omnibus, siue maioribus, siue minoribus agere potest, dū modo ad archidiaconatum spectent, & idem esset, si quis cōqueretur de alio dicens, q̄ iniuriabatur ei super tali domo, & rebus aliis ad eum ratione hæreditatis spectantibus; nam & hic posset maiora, q̄ domus sit petere; puta, ciuitates, castra, & omnia alia, dummodo ad hæreditatem spectantia, secundum dominum nostrum. Ad hoc. ſ. de restit. spoli. cum ad sedem. respon. versi. j. & de probat. licet. & de donat. inter dilectos. §. fi. & ſ. de offic. ordi. conquerente. Si quis autem vellet tenere contrarium, posset dicere, q̄ ideo fuit admissa sequens petitio, quia de hoc non fuit obiectum, secundum dominum nostrum, sicut alias not. C. de anna. excep. l. fin. ſ. de restit. spoliat. cap. fin. Potest & illud dici, q̄ forsan in rescripto alia fuerunt specificata, quæ hic causa breuitatis ex certa scientia sunt omissa. Vel dic procurationem annuam causa visitationis debitam, quæ non est de iurisdictione peccatorum examinatione, atque correctione, nec aliquid maius inferioribus specificatur, ex hoc autem, q̄ dicit annuam, est arg. q̄ semel in anno potest quis visitare, qd dic, vt not. ſ. eo. mandamus. [Spectantia.] Nō dicit quo iure, & ideo sub hac generalitate comprehenduntur omnia, quæ debentur non solum de iure scripto, vel priuilegio, sed etiam si ex pacto, vel consuetudine debeantur. Ad idem. ſ. de præscrip. auditis. secundum dominum nostrum. Et est
1 argu. q̄ secundum simplicitatem iuris canonici † plures causæ in eodem libello admittuntur. Ad idem. ſ. de fi. instru. inter dilectos. respon. j. & §. j. vbi de hoc. ¶ Coram quibus.]ii. pars. Iudicibus de legatis, quibus causam commiseramus, vt supra. [Petiit.] Sed nō obtinuit, eo q̄ intentionem suam non fundauit, vt & ſ. c. proxi.
2 & ſ. not. [De cætero.] In hoc per cautionem posset † remedium adhiberi. ff. ſi seruꝰ vend. l. harum. & l. egi. alias non posset sententia concipi in futurum. ff. de iudic. non quemadmodum. ſecundum Goffr. Tu dic, vt no. ſ. de sepult. in nostra præsentia. §. talem. contra. sed ibi solutur. [Sit situm.] Per hoc forsan credebat intentionem suam fundare, sed nō est ita, & ideo vbi q̄uetudinem specialem probauerit archidiaconus, non obtinebit, quod est dignum not. secundum dominum nostrum. Nec obst. quod inducit & dicit monasterium situm infra metas sui archidiaconatus: quia hæc allegatio ad episcopum spectat, etiam contra archidiaconum, & abbatem & quemliber alium, vt xvj. q. vii. nullus. & c. omnes. xiii. q. j. §. i. xviii. q. ij. monasteria. j. & ſ. de do. & contu. c. ii. ſ. de relig. dom. de xenodochiis. & c. constitutis. & ſ. de institu. cum venissent: quia territorio caret, vt not. ſ. eo. ad hæc. §. item in epistola. in fi. Nec puto, q̄ Comes, vel alius princeps minor Imperatore hanc allegationem facere posset. Ratio specialitatis, quare minor episcopo non potest hanc allegationem facere hæc est, ne videantur duo capita in vno corpore, quasi monstrum. ſ. de officio. ordin. quoniam in plerisque tamen ex quo ad iura parochialia fundat rector intentionem suam de iure communi, vt patet in eo, quod leg. & not. ſ. de his quæ fiunt a prælato. pastoralis. & de decī. cum in tua. & capit. cum contingat. & ſ. de offic. ordin. cum ab ecclesiarū. §. j. Rō specialitatis quare hæc allegatio Imperatori cōperit, est excellētia principatus, qua quo ad temporalia est sup oēs ꝓstitutus, q̄ a Deo processit, in Auth. qūo oporteat epi. ī prin.
3 Vnde & † mundi dñs dicitur. ff. ad leg. Rod. de iac. de precario. alias incipit, domine Imperator, & arg. C. de quadri. præscrip. bene a Zenone. & vii. q. j. in apibus. sed & secundum Aug. hoc priuilegium ad Reges extendi videtur, vt viii. dist. quo iure. illud tamē intelligi potest de Imperatoribus, & Regibus Romanorum tantum. Nec ob. q̄ quando loquitur in plurali, quandoque in singulari, nam quando loquitur in plurali considerat præteritos, & futuros, & leges eorundem, quando vero in singulari præsidentem tātum, sicut quando dicimus Romani Pontifices & Roma-
4 nus Pontifex. Vel ideo loquitur in plurali: quia † quandoque fuerunt duo Imperatores simul regnantes & præsidentes, & etiam tres, vt patet. C. de defen. ciui. l. i. & iiii. v. vii. & viii. Sed & de Tito & Vespasiano, & multis aliis satis est diuulgatum. Ratio vero diuersitatis, quare hæc allegatio competit episcopis, & non comitibus,
5 & aliis principibus secularibus, hæc est: quia † limites episcopatuū stabiles sunt, nec præscribuntur, nec mutantur. xvj. q. iii. licet contingat antiquis regulis. & cap. quicunque. & § potest & aliter di
6 stingui. mundani vero & præscribuntur, & vsurpantur † per potētiam, & diminuuntur, & diuiduntur, & augmentātur quotidie, sicut sit phas, siue nephas, vt patet in eo, quod leg. & no. ſ. de paroch.
7 super eo. respon. j. & de voto. quod super his. §. rursus. inde est, † q̄ nec iudices ecclesiastici recurrere debent ad limites laicorum. xvj. q. v. possessio. ſ. de relig. dom. cap. j. qui nec possunt limites episcopatuum diuidere, vel mutare. xvj. distin. cap. j. & seq. ci. dist. ca. i. ex hoc etiam insurgit ratio, quare in ecclesiasticis exigitur titulus, qui non est in secularibus requirendus, ad hoc. ſ. de translat. episc. inter corporalia. C. de sacrosanc. eccles. vt inter diuinum. C. de veter. iur. enucl. l. ii. §. sed quia diuinæ. Instit. de iure nat. §. pen. & in Auth. de non alien. reb. eccle. §. ſi minus. collat. ii. & de hoc no. in summa de præscrip. sub §. quæ exigantur. sub §. quæsitum. versic. notabis. & elicies. & seq. vsque ad fin. vna tamen nota per aliā est supplenda. [Spectantes.] Quo ad iurisdictionem. [Et eius.] versic. quæ expressa sunt vsque hic, spectant ad iurisdictionē, hæc autem, quæ sequuntur ad correctionem & visitationem. [Honesta & sancta.] Alias facta, sed prima prænaler. [Secūdum Deū.] Nam si alias fierent, essent redigenda ad arbitrium boni viri, vt legit. & not. ſ. de arbit. c. ii. ſ. de iureiur. veniens. & cap. Quintauallis. [Solent & possunt.] Valde caute fuit hoc propositum in libello. Nam quod de iure communi præcedit, pro nihilo erat quo ad monasterium contra quod agitur: sed hic totum coloratuit. Hæc
8 verba respiciunt consuetudinem, quando dicit, solent † quæ iurisdictionem dat. C. de emanci. l. i. & fi. ſ. de excess. præ. ad hæc. & le. & no. ſ. de fo. compe. cum contingat. Et omne ius siue genera
9 le siue speciale, quando dicit. [Possunt.] Quia multiplex † est potētia, vt le. & not. ſ. de rescrip. scit citatus. Et sic est ar. q̄ plures causæ possunt proponi ī eodem libello circa ecclesiasticā. De hoc not. ſ. de iudi. dilecti. ſ. de li. ob. ca. fi. ſ. de fide instru. inter dilectos. rñ. j. [Salua sua regula.] subaudi, per sc. ap. approbata & confirmata. Alias regula non obstaret fm. d. n. ar. ſ. de reli. do. c. fi. & de venera. sancto. ca. j. in fi. Alias autem dummodo episcopus contrariū non recipiat, tenentur ei religiosi obedire. xvj. q. j. qui vere pureq̄ & c. cum ꝓ vilitate. fm. d. n. in his vero, quæ ad regulam spectant
10 & ad monachalem disciplinam abbatis, est correctio † monachorum, vt hic &. ſ. de app. reprehensibilis. §. fi. ar. C. de patri. po. l. iiij. C. de emendatio. propin. l. vnica. Et si parere noluerit monachus est per episcopum compellendus. ſ. ne cle. vel mo. relatum. ſ. de sen. exc. monachi. Si vero agatur in figura iudicij, & abbas habet pro se consuetudinem, idem vt prīdē: quia & illa etiam priuatæ personæ iurisdictionem tribuit. ſ. de fo. compe. cum contingat. multo fortius prælato. ix. q. iij. conquestus. C. de emanci. l. j. & fi. Quod si talem non habeat consuetudinem, tunc omnino est ad
11 episcopum recurrendum. xj. q. j. de persona. in Auth. de sanc. epi. §. ſi quis cōtra aliquem. coll. ix. Nam salua regula in omnibus de iure, † communi subiacēt epīs monachi & abbates, vt patet. xviij. q. ij. abbates. ſ. de simo. ne Dei. & secundum hoc intellige. ſ. de of. ordi. quanto. ſ. de ma. & ob. cum in ecclesiis. De hoc no. in summa de tem. ordi. sub. §. quartadecima. ver. antepe. & se. [Obedientia.] Iin his, quæ ad obseruantiam religionis spectant, vt patet. ſ. in præceden. glo. [Petiit insuper.] ver. ſ. dictus archidiaconus. [Ne de cætero facerent.] ſ. abbas, & monachi. [Balliuia.] vulgare est galli corum. Alias enim dicimus baiulia a baiulo. las, quia baitulus portat, siue gerit vices superioris. [Conueniri.] Iniusta vī hæc petitio.
12 Tum quia episcopus, † potest q̄nq; etiam inuito subdito cognoscere de causis ad eius iurisdictionem spectantibus, vt no. ſ. de offi. ordi. cum ab ecclesiarum. Immo etiam, vt quidam dicunt (quod tamen non placet) ab eo iurisdictionem aduocare. arg. ff. de iudi.
13 iudicium. Tum quia licitum est inter, † partes conuenire, vt coram non suo iudice litigent. ff. de iurisdi. om. iudi. ſi conuenerit. Imo & inter laicos sufficit, q̄ nō excipiatur. ff. de iudi. l. j. & ij. in princi. iij. q. vj. pulsatus. Secus inter clericos, quod dic, vt legitur & no. ſ. de

de fo. competen. significasti. Et ideo quia iniusta fuit ista petitio, ei non respondetur. Vel quia in hoc monasterium non peccabat. Alii dicunt, q̄ iusta petitio erat ista propter specialem consuetudinē archidiaconatus, quæ talis erat in hoc loco, quare fuit admittenda petitio, & maximè ad fraudem remouendam, ne sic subtraheretur paulatim archidiacono iurisdictio, argum. ff. de do. cum quis. ff. de aqua plu. arcen. l. j. & l. denique. & bene satis fit huic petitioni. ſ. §. j. versic. fin. quando dicit, eam iurisdictionem duntaxat &c. in quo comprehendit non solum correctionem, & visitationem, sed & iurisdictionem, & q̄ prius debeant homines isti coram archidiacono, quàm coram episcopo conueniri, secundum dominum nostrum. [Prius debere.] non dicit quo iure, & ideo videtur omne ius suum in iudicium deduxisse. C. de anna. excep. l. fin. Nam hoc verbum late patet, sicut & pertinere. ff. de verbor. significe. verbum illud pertinere. [Specialibus.] q. d. causas, quæ tangunt archiepiscopum & homines eius, ac familiam non peto, vt coram me primo agant. dom. nost. [Ipsius archiepiscopi.] Videtur ergo, q̄ id quod supradixerat generaliter prius debere, ad specialem consuetudinem hic restringat. Hoc. n. non poterat esse de iure communi, quod contrarium est. [Ac familiæ.] hoc non audebat archidiaconus præsumere sciens, quod
14 homines & familia † episcopi eodem gaudent priuilegio, q̄uo & ipse, argum. hic, & C. de episc. & clerici. l. j. xii. quæst. ii. ecclesiarum seruos. xvj. quæst. i. similiter. ſ. de offic. deleg. ex literis. ſ. de fo. competē. cum contingat. in lib. feudorum. de priuileg. schola. & C. ne filius pro pat. auth. habita. extra dom. nost. de pœn. Romana. §. sibi etiam. lib. vj. secundum quæ iura nō deberent tales angariari, vel perangariari, vel alias affligi. Sicut nec episcopus, qui nec pro rebus ecclesiæ sportularum vllam debet exactionem. vel molestiam sustinere, alioquin exactor duplum reddat, & si militat, cingulum perdat, si vero clericus fuerit, deponatur, vt in Authē. de sanct. episc. § sportularum. Iudices tamen nostri temporis ex sua violentia hæc vsurpant. De quorum tirannorum sanguine
15 securi non sunt negligentes, vel ignari confessores, cum consue tudo † in huiusmodi non defendat, vt ſ. de consuetu. cap. i. & c. fi. & ſ. de constit. quæ in ecclesiarum. & in concilio generali. ſ. de rebus eccles. non alien. cap. fina. vbi de hoc. Sed & caueant sibi episcopi,, qui tenentur talia saltem in suis prædicationibus publicare. xxiii. q. iiii. non potest. xliii. dist. Ephelijs. [Erī] Hic cōtinetur, q̄ archidiaconus multum confidebat de iure communi. Et ideo intendebat vitare consuetudinis probationem, tanquam superfluam. Vnde consuluerunt Papam iudices, vel interlocuti sunt pro ipso, quare fuit ad sedem apostolicam appellatum. Quod vi detur verius. cum causa non remittatur eisdem (quod consuesuit fieri in consultatione, vt ſ. de cler. peregr. cap. i.) sed aliis committatur, quod in appellatione fieri debet ex quo iusta est. ſ. de appel. vt debitus. & capit. cum causam. & seq. nisi secundum quod legitur. ſ. cod. tit. interposita. §. ille denique. & huic subaudiui respondetur in sequen. §. ideoque & c. ¶ Idcoque.] iii. pars. [Mandamus quatenus.] subaudi omissa allegatione iuris communis ad fundandam intentionem suam quam pro se inducebat archidiaconus, & quæ quantum in prædicta in nullo iuuat ipsum. [Per maiores ecclesiæ &c.] Sic ergo canonici sunt admittendi, sicut illi
16 † qui secrera & familiaria negotia ecclesiæ melius scire præsumū tur, tanquam domestici, vt hic, & ſ. de probat. tertio. & ſ. de testi. veniens. ii. §. fina. C. de diuor. & repud. consen su. §. sinautem. C. de
17 quæstioni. interrogari. [Notitiam pleniorem.] Sic paret, † q̄ illi testes inducendi sunt, qui melius veritatem nouerunt, & de quibus magis præsumitur, q̄ ipsam dicant. iiii. q. iii. si testes. xxxv. q. vi. consanguineos. ſ. qui maio. accusa. poss. videtur. Item argu. hic, q̄ quando agitur de statu, vel de consuetudine alicuius ecclesiæ ca-
18 thedralis, vel personatus ipsius, non † melius hoc potest probari, q̄ per canonicos, vt leg. & not. ſ. de testib. veniens. ii. §. fina. cum suis
19 concord. Item arg. q̄ super antiquis factis sunt † antiquiores homines requirendi. ff. de probatio. l. penult. ff. de leg. iii. si chorus. §. j. xx. distin. de quibus. lxxxvj. distinct. si quid. ſ. de accusat. qualiter. ii.
20 [De pacifica.] No. q̄ consuetudo, siue possessio, vel quasi † violen
a ta[a], vel clandestina non prodest prescribenti, vel consuetudinem alleganti, immo debet esse pacifica & quieta, vt hic, & ſ. de præscrip. sanctorum. & c. illud. xvi. quæst. iiii. volumus. C. de præscrip. triginta annorum. si quis emptionis. & l. fina. Non prodest etiam gratiosa, vt ſ. de postul. prælat. bonæ ii. respon. j. [Iurisdictionem.] Hic colligitur euidēter archidiaconum, vel plebanum, vel alium quemuis (minorem tamen episcopo) correctionem, visitationem. vel iurisdictionem aliquam de iure communi in monasterio non habere. Per consequens nec procurationem, quæ ratione visitationis debetur. ſ. de præscrip. cum ex officii. ad idem xviii. quæst. ii. dudum. & cap. peruenit. ſ. de capell. monach. cap. ii. Quid de procuratoribus? Respon. si sint conuentuales, vel ad hoc instituti per episcopum, vt ibi sit conuentus, tunc non habebit archidiaconus ibi iura archidiaconatus, vt ſ. de consuet. cum dilectus. §. dictus vero. Idem iuris est de ralibus, quod & de monasteriis, arg. ſ. de sta. mona. cap. ii. §. fin. In aliis autem secus, cum nec priuilegio monasteriorum gaudeāt. x. quæst. i. cap. i. vnde & in capellis monachorum (cum non inueniantur exemptæ) percipiat archidiaconus iura sua episcopi priuilegio nō obstante. ſ. de excess. prælat. cap. ii. Quid si monasterium habet populum? Respon. videtur, q̄ abbas ratione visitationis populi debeat archidiaconum procurare, arg. ſ. de priuil. ex ore. §. fin. x. quæst. i. episcopum. & cap. placuit. & expressius extra dom. nost. de verb. signi. ad perpetuam. lib. vj. Et hoc placet dom. nost. nisi & monasteriis exemptis cum iuribus parochialibus populus datus esset. extra dom. nost. de verbor. significe. veniens. §. censentes. lib. vj. Alii dicunt, q̄ nec in monasteriis, nec in ipsorum populis minor episcopo iurisdictionē habet, licet iura parochialia, sicut decimas & similia infra totam suam parochiam possint exigere ab eisdem. xvj. quæst. j. decimas. & ca. quicunque. ſ. de decī. commissum. & cap. dilecti. Sunt & qui dicunt, q̄ & si archidiaconus in monasteriis iurisdictionem nō habeat, vt hic dicit, habet tamen ibi visitationem, & correctionē, quod hic non negatur, vt dicunt. Nec ob. xvj. quæst. i. alia. vbi videtur, q̄ etiam sacerdos in monachos iurisdictionem habeat. Intelligendum est enim, q̄ non per se ipsos distringet, sine coget ad decimas persoluendas, sed per superiorem ipsos faciet coerceri. Tu vero adhæreas primo dicto, & his quę notantur ſ. eod. versic. i. super verbo, duntaxat. & de præscrip. cum ex officii. [Vel in huiusmodi abbatis.] q. d. aliis similibus eiusdem diœcesis, nec enim
21 debent † diuerso iure censeri, cum sint eiusdem corporis ecclesię, vt xii. quæst. i. quoniam. ſ. de decī. cum in tua. §. i. ad fi. cum suis concord. Et est argum. q̄ vbi episcopus petit a subditio aliquod nouum, vel insolitum (a iure tamen non omnino reprobatum) puta, censum, vel charitatiuum subsidium, vel aliud simile. Ex quo probat, q̄ idem habet & percipit in aliis conuicinis, conuincunt & is a quo petit, nisi aliud probet, ad idem. ſ. de censi. ecclesiis. & c. fopitæ. & cap. ex parte. & cap super eo. too. distin. contra morem. ſ. de consuet. cum olim ſ. de offic. ordin. conquerente. §. i. ad fi. & adde, quod no. ſ. eod. versicu. j. super verbo, vel in eisdem abbatiis. videtur tamen no. contra. ſ. eod. cap. in fi. Quid si non iurisdictionem? dic, vt ibi. [Siquero.] versic. [De præmissis.] f. q̄ archidiaconus pacifice consuesuit exercere iurisdictionem in dicto monasterio, vel in aliis eiusdem ordinis, & conditionis. dom nost. [Per eosdem.] subaudi, in totum sufficienter & plenarie, & vos pro ipso plenarie sententiam proferatis. Quia si non probatur hoc de omnibus, sed de quibusdam, vel non probatur ita plene, sicut petiit. [Eandem iurisdictionem, &c.] Sed nunquid posset archidiaconus intentionem suam probare per alios vtique, cum hoc edictum prohibitorium sit, vt ff. de testi. l. j. contra. Sol. quantum ad hanc partem continet hæc decret. specialem prouisionem, vel ex officio, vel de consensu partium factam, sicut & alias. ſ. de elect. scriptum est. §. & si partes. ſ. de offic. delega. cum R. canonicus. Et etiam si facta fuisset de consensu monachorum tantum, non potest multum conqueri archidiaconus, argum. ſ. de offic. deleg. cū R. canonicus. & puto, q̄ sic factum fuerit. Dixit enim abbas forsitan, domine non quæramus circuitus intricatos. ff. de condict. indeb. dominus testamento. occurratur laboribus partium & expensis. ſ. de appella. vtdebitus. Ego enim canonicorum testimo-
22 nio volo stare. [Duntaxat.] Hic colligitur euidenter, † q̄ archidiaconus iurisdictionem non habet, nisi de consuetudine, super qua materia. ſ. eo. officium. in princ. Multa iura inducta sunt pro, & contra, ad quorum & diuersarum opinionum de hac materia habitarum solutionem plenam & concordiam faciendam, notabis, q̄ quædam sunt ordinis episcopalis, quædam authoritatis episcopalis, quædam simplicis episcopalis iurisdictionis, quędam
23 certi officii. Episcopalis † ordinis sunt ordinare, consecrare, dedicare, reconciliare, confirmare, & similia, quæ possunt colligi. ſ. de elect. quod sicut. §. præterea. Et hęc non potest alius minor episcopo acquirere obtentu alicuius consuetudinis, quæ potius dicēda est corruptela, vt patet ſ. de consuet. quanto. §. i. & in. lxviii. distin. quamuis cor episcopi. & cap. cor episcopi. Licet aliqui aliqua ex his exerceant, vel quia a iure hoc cōceditur, vt in abbatibus. ſ. de ęta. & qualit. cum contingat. Vel consuetudine approbata per Papam, sicut no. de presbyteris cardinalibus, ſ. de suppl. neglig. prælat. cap. i. Vel eiusdem Papæ priuilegio speciali, vt in simplicibus presbyteris leg. xcv. dist peruenit. quod tamen & Papa reprobat. ſ. de consuet. quanto. nec hodie hoc sicut puto de leui faceret, quāuis posset: quia ex quo presbyter in ordinatione sua benedicendi & consecrandi potestatem recipit, sicut patet in libro Pontificali c. Consecrare, & sanctificare digneris domine manus istas &c. Et potest conficere corpus Christi, quod maius est, vt ſ. de sum. Tri. cap. j. §. antepenult. Planum est, q̄ Papa posset ei concedere in talibus, quod est minus, argum. ſ. qui fil. sint legit. per venerabilem. respō. i. Ab alio autem aliquo nō pāt talia minori episcopo (tua cunque vis etiam approbante consuetudine) delegari. ſ. de consecra.

ADDITIO.

a ¶ Adde quis dicatur violentus possessor. glo. in versicu. non violentus. ſ. j. de paci. possess. in pragma. sanct.

28 suetudo. Nec deber moueri, si veritatem dico: nam veritas † viuit, & inualescit, & permanet in secula seculorũ. viii. dist. cõsuetudo. & si his non credat, credat legibus: nam & idem inueniet f̃m puras leges, vt patet. ff. de rei ven. religiosis. ff. de ædil. edi. iust. ssime. C. de sacrosan. eccl. sancimus. Ante fi. & l. fi. in prin. & in aliis multis legibus, & rationibus allegatis. Nec ob. ĵ. eo. P. & G. cum suis si. Fateor enim, q̃ per consensum priuatorũ non possit fieri hæc prorogatio, vt ibi. Porro authoritate iuris ipsam posse fieri non negamus, vt hic, & s̃. c. i. & c. significasti & c. sane quia. Nec pñt de cetero ab actore delegari, qui ipsam absoluerunt recusari. Tum quia ipsos impetrauit. Tum quia ab eis absolutionem petiit, arg. s̃ c. gratum. §. fi. & s̃. de elect. venerabilem. §. pen. versic. fuit. Sic ergo excommunicatores pp suam negligentiam, seu malitiam amittũt iurisdictionem tuam, tam super accessorio, q̃ super negotio principali, vt hic, sic. ĵ. de fo. comp. licet. & c. seq. Sic quia delegatus supplet negligentiam alterius delegati, vel eriam ordinarij, vt hic, & s̃. §. proxi. sic & ordinarius quandoque supplet negligentiam de legati ĵ. de offi. ordi. significauit.

ADDITIONES.

a ¶Eadem est mens. Idem tenet hic do. Abb. in j. not. post istum. Idem glos. in c. ex tenore. de sent. excom.

b ¶Dic vt not. Adde glo. hic. & do. Abb. qui multa hic per glo. & Doct. inuoluta clare explicat, & absoluit.

c ¶Dicunt quidam, vt glo. Phil. & Inno. sed cum isto tenent Pet. & Abb. antiq. sed Io. And. quem sequitur hic Abb Panor. concordat opin.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus supplet negligentiam ordinarij, & econtra.*
2 *Iudex remouendus est propter negligentiam.*
3 *Iudex, qui negligit iustitiam facere, facit litem suam.*
4 *Missio nuncij non habet vim appellationis.*
5 *Spoliatus iniuste, restituendus est.*

CAP. XXII.

Vm causa quæ. [Et tibi Reginensi.] Qui solus remanet, quia non grauauit, ad alios autem, qui grauauerunt, appellans inuitus remittendus non erat. ĵ. de appell. accepta. & c. vt debitus. & c. interposita. § ille deniq; [Commissa.] apposita clausula, q̃ si nõ omnes & c. vt innuunt sequentia. ¶ Prædictus archiepus.] ii. pars. [Accessit.] Ad cautelam, vt allegaret priuilegium fori sui. [In quorum.] Duorum. f. Panormitani & Capuani: nam si modo omnes tres adessent, licet soli duo citassent, nihilominus respondere debet, arg. ff. de fer. l. f̃m d. n. quod non
a credimus a, nisi vellet: quia talis citatio non arctauit ipsum, vt patet in eo, quod no. idem d. n s̃. c. proxi. resp̃o. i. [Proposuit.] & bene. [Tum quia.] versic. & hæc prima causa de duabus prædictis. Tribus.]. sdictis duob. archiepis & tibi Reginen. vt s̃. respon. i. [Et ipse.] Alias idẽ. sarchiepus Montis Regalis. [Duobus.]. sarchiepis collegis tuis. [Te frater Reginen.] Qui eras tertius iudex. [Incõsulto.] Quia nec aliud sciuisti de assignatione dici. [Super hoc.] s. citatione facienda: nam super principali non cogerentur vices suas recipere, neque subdelegatum suum. quod dic, vt not. ĵ. eod. coram. Sed si vis scire, q̃ caute sit huiusmodi citatio facienda, vide in summa eod. tit. §. quod sit eius officium. versi. caueat autem iudex. & versic. tertius igitur iudex. [Euocatus.] Vnde non tenebitur coram eis responderi, nec etiam venire, nisi forsan ad cautelam, vt hic fecit, & not. s̃. super verbo, accessit. & argum. ĵ. de appel. cum parati. vnde nec processus istorum duorum archiepiscoporum tenuit, nisi de facto. Sed contra, infra, de appellatio. si duobus. Solutio. illud in vno ordinario, hoc in pluribus delegatis. Quinimo cum archiepiscopi sciant se sine tertio procedere non posse per illam decret. dico, q̃ processus istorum duorum archiepiscoporum non valet: nam si in decret. illa. si duobus. sciuisset archiepiscopus, q̃ ad Papam appellatum fuisset, & hoc sciens appellantem excommunicasset, sententia non

ADDITIO.

a ¶Non credimus. Adde dominum Abb. hic in iii. not. vbi clare concordat opin.

sia non tenuisset,vt ibi colligitur euidenter: ergo mens istius,& illius non discrepat,sed concordat. Sed quid si tertius malitiose latitet, vel se non excuset, nunquid duo possunt procedere sine ipso? Ita videtur,argum.lxv.distin.si forte.& ſ.de electio.cum nobis olim.& cap.cp sicut.& cap.quia propter. Sed contra:quia nō possunt procedere, nisi tertio excusato,vt legi.& not.ſ.cap.proxi,respon.i. versic.in hoc casu. Item potest esse, cp absens iustam causam habeat,qua saltem post processum probata, totum esset irritandum,vt leg.& not.j.de re iud.cum Bertoldus.§.postmodum. Item duo nō possunt citare tertium: quia non habet imperium par in parem.ſ.de elect.innotuit.§.multa.cum suis concor. Sol. non possunt eum citare,sed vt conueniat & cum eis citet, vel saltem super hoc vices suas cōmittat,pūt ipsum requirere [a] & rogare,quod si non fecerit ter cum instantia requisitus,& non pretendat aliquid,præsumitur contra ipsum,cp non vult interesse,argu. iii.q.ix,decernimus.ff.de re iud.contumacia.lxv.dist.si forte. Hoc enim modo, ne dum contumacia inferioris conuincitur, vt in prædictis iuribus,immo & malitia,seu duritia,nedum equalis,vt hic,sed & superioris,vt & not.ſ.de suppl.neglig.prælat.c.j. Et sic tota iurisdictio in duos refunditur,& ille tertius est grauiter arguendus,vt ſ.c.proxi.§.adiicimus. Quia si requisitio ad ipsum peruenire non potest,mittatur ad domum ipsius absentis,siue ad ecclesiam principalem, & ibidem confecto exinde publico instrumēto,solenniter publicetur.& tantum valebit in hoc casu, ac si fuisset personaliter requisitus,vt leg.& not.j.de do.& contu.c.fi.& de eo qui mitt.in poss cau.rei seruan. cap.fi.& sic collegæ suppleant
1 malitiam,seu negligentiam tertij. Nam &†delegatus supplet negligentiam ordinarij,& ordinarius negligentiam delegati, vt no.
2 ſ.cap proxi.in fi.& propter negligentiam iudex† est remouēdus, vt not.ſ.de offic.custo.cap.j.ſin. Iste etiam iudex tertius, qui negligit iustitiam facere,intelligitur facere † litem suam, xxiii. q.ii.
3 dominus,quod dic,vt leg.& plene not.extra de re iudic.cum eterni tribunali.lib.vj. Quid si non possunt conuenire de loco? Hanc quæstionem & multa alia practicatoria,q̄ nec in apparatu communi tanguntur,inuenies plene discussam in sum.co.tit. §.quod sit eius officium,versic.quid si non possunt,& præced.& seq. [Tū quia ante.] versic. Et hæc est secunda causa de duabus prædictis. [Vel notitiam.] Hoc ideo dicit: quia post notitiam talis allegatio nō prodesset,vt dāt iura sequentia.[Nuncium.] Correctores capitanei,immo corruptores. Hoc quod hic dr̄,dicunt hodie esse correctum per decret.j.de appella,vt debitus.quod non concedimus,quod dic,vt ibi plene not, [In quo.].ſin hoc vltimo casu de missione nuncij. [Decretalem &c.] Immo decretales,vt j.de appellat.meminimus.& cap.suggestum.& capi.ad hæc sicut asseris.
† Sed contra.ii.q.vj.§. eius vero. † Sol. si quis conueniatur coram ordinario hæc exceptio nō excusat,vt ibi.& j. de app. vt debitus. Secus si coram delegato,vt hic.& ſi.[At ijdem.] ver.[Archiepiscopi,]scilicet delegati.[Ipsius.] scilicet archiepiscopi montis Regalis.[Nolentes admittere.] Neq; probationes oblatas,vnde non habet necesse probare veritatem exceptionum,vt patet.ſ.§.ſe.in prin.& j.de app interposita.& c.dilecto.Nec obstat.j.de restitutis. ex parte Adę. quia ibi fuit admissus, non visus. Obtulit enim se ad probandum,& ideo mos ei fuit gerendus,vt ff.de proba.ab ea parte.& no.ſi.j.de resti,ipo.c,j.secundum Gof.Tu dic, vt no.in dictis iuribus allegatis.[Protulerunt.]Et male,vt sequitur. [Appellauit.]Et bene,vt sequitur. [Et infra.]Hoc est, cp iudices appellationi non detulerunt,imo nihilominus decimas,de quibus agebatur, aduersario assignauerunt : & huic satisfit in sequenti. §. ¶ Fraternitati vestræ.] iij.pars. [Archiepiscopos.] scilicet delegatos.[Exceptiones.]Quas archiepiscopus Montis Regalis se obtulit probaturum,vt no.ſ.super verbo,nolentes admittere. [Admisisse.]Cum archiepiscopus offerret ipsas se probaturum. De quo quæri potest,etiam in absentia partis contumacis lite non cōte. j.de app.interposita.respon.i.& §.fi. [Factum est.] de assignatione decimarum, seu alio quocunque processu in decisione contento.[Postquam.]Non dicit postquam propositę fuerunt dictę exceptiones coram prędictis duobus iudicibus,coram quibus nō tenebatur rn̄dere,de tertio non excusato:quia licet proposuisset, non erant tn̄ cassanda postea innouata, nisi fuisset postea appel-
4 latum, nec missio † nuncij habet hodie vim appellationis. j. de app.vt debitus.Vel dic & melius,cp bene tenuit appellatio ex vtra que causa,& hoc expresse innuit præcedens litera, qn̄ dicit exceptiones prædictas.Hoc tn̄ vult addere hic, cp etiam & si ante appellationem predictam fuerit spoliatus,cp debet restitui:dummodo spoliatio facta fuerit post nuncij missionem.secundum;d.n. vtique & ante missionem nuncij,& etiam ante litem motā. Nā qn̄cunq; spolietur quis † iniuste,restituendus est,vt j.de resti.spo, per totum,& etiam ea,quæ lite pendente attentantur,retractant. j.vt lite pen,per totum.Sed hoc no.dignum,cp sicut reuocant ea, quæ appellatione interposita innouantur.ij.q.vj.appellatione.Sic & ea,quæ innouantur missō nuncio, vt hic. vel post iter arreptū ad curiā,j.de app.dilecti,ſm Gof.Et adde,qđ no.j.de cle. peregri. c,vnico.[Confirmatas.]De hoc dic,v t j.de confir.vti.vel inuti.c. j.& ij. [Per laicalem.] ſ.de consti. quæ in ecclesiarum. [Iudices.] quia non erant iudices.j.de iudi.at si clerici.ff.de re iud. duo ex tribus. [Cum fructibus inde perceptis.] A quibus iudicialis authoritas non excusat, secus in percipiendis, a quibus excusat & titulus.C.de rei ven.si fundum.nisi pro non titulo habeatur. C.de iure hastæ.fiscal.l.j.lib. x.ſm Goff. Ergo cum hic deficiat iudicialis authoritas,supplendum est hic,& qui percipi poterunt. xij. q. ij. non liceat.j.de resti.ſpo.grauis.vbi de hoc.[Audientes.]ver.[Post modum.] ergo non ante,alioquin processus irritus haberetur.ſ. de rescrip.cum dilecti.§.pen. & fi.j.c.venerabili.§.fi. [Quicquid.] Per hæc verba intelligas commissam quæstionem principalem proprietatis cum accessorijs omnibus,vt ſ.c.proxi.§.pen.& fi.

ADDITIONES.

2 ¶Requirere. Adde qualiter sit requirendus collega glo.hic.
† ¶Ego non reperio illum §.sed voluit iudicio meo allegare. c.ante sententiam.§.eius qui.ea.cau.& q.

SVMMARIVM.

1 *Recusandi iudicem tres causæ.*
2 *Accessorium est prædiciale.*
3 *Exceptio personæ, tu es seruus, infamis , quamdiu toleratur inordinarijs ,sententia eorum tenet.*
4 *Exceptio excōicationis propter periculū participationis, semper est audienda.*
5 *Probatus semel solenniter , non debet de facili reprobari.*
6 *Accidentalia facilius amittuntur, quam naturalia.*
7 *Multa prohibentur , quæ tamen facta tenent.*
8 *Qui vnum dicit, vel facit, plura dicit, vel facit.*
9 *Iudex si fert sententiam iniquam iuri, causam non determinat.*
10 *Posse, & velle quandoque sunt contraria.*
11 *Tutores licet sint plures, vnus tamen administrare potest.*
12 *Vtile per inutile non vitiatur.*

CAP. XXIII.

Vm super abbatia. [Monasterii vestri.] De Chonchis. [Et S. quondam abbatem vestrū.] Qui dicebat ipsam abbatiam ad se pertinere debere, vobis in contrarium allerentibus. [Et abbatē de Becco.] Siue vallis Richene. [Et j.] Hic continetur, cp ambo iudices.ſ.eps & abbas de Becco assignarunt diem partibus,& abbas post assignationem eandē cōmisit vices suas eps collegæ suo ipsas recipienti quo ad illa , quæ occurrerent illa die. Ad qđ tamen cogi non poterat eps pp clausulam appositam in rescripto,cp si non ambo &c.vt not.j.e.corā. Et sic sibi præiudicauit: quia tota iurisdictio censetur subdelegata,vt not.j.eo.super qstionū.§.si vero duo.Die assignata aduenien te,pars.R.qui se pro abbate de Chonchis gerebat.& intrusus in dicti.S.quondam abbatis piudicium dicebatur,tribus de causis præ
1 fatum epm recusauit. Prima†causa,quia causam habebat cū dic
a ćio monasterio [a]. Secunda: quia dictum R.non admisit ad osculum,qn̄ rediit a curia,quod fuit signum rancoris.j.de præbē.dilecto.respon.j.vers.tuque cum.Tertia:quia dixerat dictus eps,cp libēter noceret eidem R. in causa ista. Et ideo merito suspectus erat. iii.q.v.quia suspecti. Has autem causas veras esse obtulit se probaturum coram abbate collega suo,vel coram arbitris.Sed quia eps hanc recusationem nō admisit pars dicti R. & monasterij ad abbatem collegam appellauit . Verum qm̄ abbas collega eiusdem epm,qui per iustam recusationem iam factam iudex esse desierat ꝺ supplicationem supradicti R.in causa ēt ipsius appellationis se cum tanquam iudicem admittebat, & cum ipso epo recusationem ꝺ ipsum factam non tenuisse de iure interlocutus erat, vt j. sequitur. Fuit per partem ipsius R.& monasterij ad se.ap.appellatum . Sed quia abbas collega cum epo nihilominus processit in negotio, appellationi ab ipso abbate factæ non deferens.Quarit, an valeat hic processus? & ad hoc respondet in seq.§. Hæc autem ex integra plenius colliguntur. ¶ Quamuis.] ij. pars. [Appellaretur.] pro eo,cp ꝺ supplicationem. R.& monasterij epm iam iuste recusatum secum tanq̄ iudicem admittebat. [Iuxta formam.]i. ex vi clausulæ in forma literarū appositæ.cp si non ambo &c.ſm q̄ refusa fuit in Abbatem de Becco tota iurisdictio, epo collega suo canonice recusato.[Quia tn̄ pro eo &c.]Innuit hæc decre.cp solus eps audiebat cām recusationis suæ,& solus sniauit & ab ipso appellatū fuit.Et male: quia coram ambobus proponēdę erat causæ suspicionis,cū ambo adhuc essent iudices, quousq; in arbitros iurisdictio transferret.Nā post cās recusationis ꝓpositas det recusator cū aduersario,vel iudice eligere arbitros.j.de app.cum spāli.Et ad hoc cogendi fuerit per ambos iudices. j.e. suspitionis. Vel dic,cp licet melius sit,vt corā ambobus proponat̄, tn̄ sufficit si corā recusato tn̄ ꝓponitur.Et hoc ideo:qa nec ipse, nec ꝓiudices hoc diffinire hñt, sed arbitri,vt j.de app.cum speciali. ſm.d.n.

ADDITIO.

a ¶Cum dicto monasterio Feli. multum commendat hanc glo.Hostiē.quæ ponit tres causas recusandi iudicem . Prima est si habeat litem mecum. Secunda est denegatio actus humanitatis solitꝰ exerceri cum equalibus meis,puta denegatio osculi. Tertia quando esset minatus dicendo,quod nocere si posset.vide ipsum Feli.hic qui multa no.dicit.

Tu dic,vt no.j.eo.super verbo,interlocutus est. Sed quid ad recusatum,vt coram eo proponatur recusatio, vel cp ab ambobus de-
2 beat appellari? Rn̄deo,quia † accessorium est prædiciale , nam quousque hoc diffinitum fuerit , non potest ipsorum iurisdictio expediri.ar.ſ.eo.præterea in fi.ſm.d.n.& expressius.j.eo.[Suspicionis.in fi.]sed quæres,nonne sufficiebat ad cassationem istius processus:quia factus erat post app. Et si sufficiebat , quare tantum allegat de contrarietate potentiæ & voluntatis? Item quod dicit, j.cp potuit solus procedere fallum est.quia non potuit procedere post app.vt.ſ.ca.proxi? Respondeo.bene sufficiebat appellatio ad cassationem,sed Papa sibi proposita quæstione assumpsit disputationem,ac si processum esset ante appellationem,& etiam quando interlocuti sunt simul,nōdum erat appellatum. Vel ideo hoc dicit,vt ostendat iustam appellationem factam a duobus,& iusti tiam sententiæ ipsorum. Vel dic,cp nūquam fuit appellatum ab abbate,sed tantum contra processum eius obiiciebatur.cp cum suspecto ꝓcesserat,& ideo sic Papa rn̄det , ſm.d.n. Intellectus iste non placet.Sed dic,vt no.ſ.c proxi.rū.j.super verbo.&.j. Sed ſm, d.n.hic habes, cp non solum si sententia feratur contra suspectū, sed etiam si nolit arbitros eligere , vel alia ad quæ tenetur facere, potest coniudex solus procedere . Sed nunquid pendente causa suspicionis,potuit abbas recusatus , sed in veritate non suspectus in cā principali procedere? Vr̄,cp sic, quia eps collega suus nō pōt interesse impeditus impedimento iuris præcipitis,cp superseded̄at quousq; cā suspicionis fuerit diffinita.j.eo.suspicionis.j. de appel. secundo requiris.&.c.cum speciali . Ergo ex vi clausulæ,cp si non ambo.potuit abbas procedere.ſ.de rescrip.sciscitatus. Sed contrarium verum est,quia durante etiam cā suspicionis , potest interesse,dummodo cā suspicionis vera non sit. Nec tunc impeditur a iure,sed differtur propter exceptionem suspicionis propositam, ſm.d.n.Quinimmo & hoc ideo est,quia continentia iudicij diuidi non debet.j.de sequestra.pos.c.j.Nec etiam super diuersis personalibus coram diuersis iudicibus eodem tempore est agēdum.ſ.
2 de rescrip.ca.fi.[a] Multo minus coram iudice super principali. & coram arbitris super accessorio, quod tanq̄ præiudicialem cognitionem principalis suspendit.sicut & alias. j. de ordi.cog.tuā.Sed & si dicatur,non potest interesse abbas, quia suspectus. R̄nderi pt imò potest interesse,quia non est suspectus , & sic per negationē fit res dubia.C.quibus ad liber.procla. non licet.l.iij. quod dubiū diffiniri oportet,antequam procedatur.j.e.suspitionis, & sic non est locus illi clausulæ,cp si non ambo, cum adhuc non ꝓtet vtrū recusatus poterit interesse , vel non . Imò in pendenti est,sicut & multa alia.j.de resti.in integ.c.ii ad fi.j.de frigi. fraternitatis.in fi. Multa & alia no.hic.d.n. circa exceptiones propositas contra iudices,quæ omittimus ex certa scientia tanq̄ confusa & incerta.& quæ ipse reprobauit.Finaliter tamen scripsit hic sic, cp qn̄ aliquis proponit exceptionem contra iudicem , qua probata appareret ipsum iudicem nullam habere iurisdictionem super eo de quo agitur,vel non tenere,quod fit coram eo,puta,quia publice excōicatus est vel aliquid simile.tunc est in optione excipiētis hoc coram eodem iudice proponere & probare , & etiam sententiā audire.Vel etiam coram eo non venire,nec aliquid dicere. Si enim vadat & proponat & sententiam audiat,non obest,quia aut pronunciabit pro excipiente,& sic habet propositum, aut contra ipsum,& tunc etiam non nocet , veritate exceptionis coram superiore probata , cum per eam appareat iudicium retro nullum.j. de procu.in præsentia,& eadem ratione idem est, si etiam citatus non vadat ad ipsum.Nam si notoria est exceptio.nihil habet necesse probare.ſ.de fil.presby.quoniam.Si tamen iudex alias habe ret iurisdictionem in eum , dummodo publice non esset excōicatus,vel si exceptio esset dubia posset punire contumaciam pro eo,cp non iuit saltem ad allegandum priuilegium suum.ſ. de rescrip.super literis. Si vero aliquam iurisdictionem habet super re de qua agitur,& talis sit iudex , cp tenet quicquid factum est corā eo,tunc siue proponatur exceptio contra personam eius puta,cp sit infamis.vel excommunicatus occultus,vel alia simi's. Siue ꝺ rescriptum,vel alia declinatoria quæcunq;, semper proponenda est coram eodem iudice , & si iudex admittit exceptionem,liber receder. Si vero non admittit ipsam,& est cā recusationis, eligendi sunt arbitri,& procedatur,sicut le.& no.j.e. suspitionis.ſm.d.n. Excipe casus,quos no.j.eo.super quæstionum.§.quem vero.Quæ cum ꝛ autem alia exceptio declinatoria proponatur contra iudicem vel rescriptum,tunc omnino coram eodem iudice proponenda est & probanda,& sententia audienda . Si non admittet,vt in alio grauet,appellandum est. Aliter enim ab eo non potest recedi,ex quo iurisdictionem habet,nisi per appellationē.j.de app. vt debitus.&.c.cum cām.&.c.dilectio.&.c.interposita. & in multis aliis.c.Hæc ſm.d.n.locum habent in delegatis.In ordinariis.n.
3 non est admittēda talis exceptio,Tu es seruus, † vel infamis.quia q̄diu tolerantur,sūa eorum tenet.ff.de offi.prætо. Barbarius, nisi
4 obiiciatur,cp excommunicatus sit,Hæc enim exceptio , † propter periculum participationis semper est audiēda.j. de re iudi.ad probandum.xj.q.iij.cum excommunicato.&.c.sequēti.Vel nisi obiiciatur,cp amotus sit perpetuo,vel suspensus a senatu. ff. de iudi.cū prætor.§.nō autem omnes.i.dignitate tua.Si quæras,quare aliud in delegato, & aliud in ordinario? Rn̄deo.reddi potest triplex rō. Prima est,quia delegatus vult illam cām tantum, quæ sibi commissa est ratione illius commissionis audire , quod nō debet, ſm do.no.quia & præsumitur, cp delegatus non commisisset , si talē sciuisset.ar.ſ.de rescrip.super literis. Ordinarius vero authoritate legis iurisdictionem suam exercet.Vnde qualiscunq; sit,quousq; remoueatur vel suspendatur, ei parendum est. viij.q.iiij.nonne.j. de accu.olim.j.v.& pe.§.prouisionem . Non ergo per exceptionē talem sic potest repelli,sed potius per accusationem , vt omnino a dignitate remoueatur.j.de accu.per totum.Quo facto postea in nullo parendum est ei,vt.ſ.de elec.venerabilem.§.ti. Secunda,qn̄ cā alicui committitur,non examinatur persona, sed simpliciter fit commissio.Vnde non est tutum , si per exceptionem talis eliditur iurisdictio.Ordinarius vero etiam si nihil opponatur a partibus,examinatur ex officio,& sic confirmatur.ſ.de elec.cum no
5 bis olim.§.his igitur,&.c nihil est.Igitur sic semel, †probatus solēniter,non debet sic de facili reprobari.xxxii. q.v. horrendus. j. de purga.ca.c.fi.Tertia,quia delegata iurisdictio facilius eliditur,quā
6 ordinaria.quia, †accidentalia facilius amittuntur, quam naturalia,vt & no.j.eo.super quæstionum.§.si vero duo.& de app.vt debitus.Est & alia ratio.ſm.d.n.videlicet,quia prædicti.ſ.erui & infames non prohibentur expresse iudicare, sed per quandam consequentiam,qa prohibetur,ne iudices fiant.ff.de iudi.cum prætor.
7 q.d.multa.† prohibentur , quæ tamen facta tenent. j. de iure iur. quēadmodū.§.cp si post hmōi. Sed hæc rō non placet , quia ſm eam sequeretur , cp quis delegatus ex his causis impediri posset ne daretur,ex quo tamen semel datus esset,non posset de hoc ex cipi contra ipsum, quod falsum esse cōstat, vt expresse probatur. ſ.de rescrip. sciscitatus. Tene ergo alias supradictas. Quid si obijcitur delegato homicidium. vel aliud etiam graue crimen? Respondeo, non est admittenda talis exceptio: quia nec processum negoti , nec principalem causam contingit: alio quin bene admitteretur.ſ.de rescrip.super literis. Nec obstat.iii.q. vij. qui sine. & c iudicet. & sequenti. Quia & si criminosi iudicando tibi noceant , ex hac tamen causa per exceptionem non repelluntur.si cut innuit Gratianus.iiij.q.vii.ſ.fi. Quamuis enim tales iudicare non possent ex merito vitæ,hoc tamen possunt ex sibi commissi officii.potestate.[Cnm ipso episcopo]Qui iam fuerat recusatus. [Interlocutus est]Verbo , vel forsitan facto, instituendo præfatū S.& aduersario silentium imponendo: quia in integra non colligitur,cp super hoc locuti sint.ſm B.Qveid curo.ex quo hic istud inuenio. Et no. cp quando collega recusatur , & est appolita hæc clausula,cp si non ambo &c.non eliguntur arbitri , sed alius collega non suspectus cognoscit,vt hic patet.De hoc no.j.eo. super quæstionum §. quem vero.[Ab eodem episcopo]Ex eo,cp recusationem ex iustis causis contra ipsum ꝓpositam admittere noluit.[Interpositam] Ex parte dicti R.& monasterii ad eūdem abbatem collegam.[Sine ipso.]ſ.epo.[Cum posset.]Abbas collega authoritate clausulæ,cp si non ambo &c.[Confessus est.]ipso facto,sicut ipso facto negatur Christus.xj.q iii.exrimant. & ipso facto mentitur quis.xxij q.v.cauete. Et ipso facto appellar.j.de app. dilecti.&.c.vt nostrum,& ipso facto ratificat.ff.de inof.test.si proponas.&.l.fi.&.ff. rem ra.ha.l.iij.§.falsus.j. de his quæ fiunt a ma.
8 par.ca.exore.vbi de hoc.Item ar.cp qui, †vnum dicit vel facit.plura dicit vel facit.ff.quod me.cā.l.iij.de arbi.Celsus.§.j. de dolo & contu.cum dilecti.xj.q.iij.exrimant.&.c.sequenti. Vel dic ꝓfessus est.i.esse præsumitur.[Apostolicū.]Sine dicto epo , vel nullo modo.[Nec.]subaudi.n. [Suæ intentionis &c.] quæ finem imponit cuilibet operi.Iuxta versum.

b *Quicquid agant homines , intentio iudicat omnes* [b].

De hoc supra eod.super eo. § j. [Vt sine.] subaudi , sed cum eo, quod non potuit . Non ergo tanquā delegatus aliquid faciebat: quia non solus quod posset,sed hoc non intendebat.Nec cū collega sicut intendebat,quia non poterat.Et hoc est quod sequitur voluntate &c.[Diffiniret.]Quod potuisset [Desierat.]Per iustam recusationem , cuius causas pars appellans se obtulit probaturā. Et quia non admittebatur,ad abbatem appellauit,vt.ſ.no.in decisione,per quod comprobatur,quod no j.e. super quæstionum.§. si vero duo.Et sic eps desiit esse iudex.j. de app. interposita. [Non valebat.]Subaudi,patet igitur ex præmissis cp voluntate &c.¶ Voluntate.]iii.pars.Ex hoc.c.dicunt quidam , cp si iudex associet sibi eum,qui iurisdictionem non habet tanquam iudicem, quod ab eis simul agitur,nihil valet.Alij dicunt hoc verum esse in delegato,vt hic,secus in ordinario.ar.in Auth.de iudi.in prin. coll.vj.la. dicit,cp non infirmatur hic,quod factum est per abbatem . Ideo, cp abbas associauit sibi epm,imò quia nō detulit appellationi ab ipso abbate rite factæ.Et hoc est,quod.ſ.dixit in prin.§.antequam appel-

ADDITIO.

a ¶Ca.fi.Adde tex.in c.dispendia litium.de rescriptis li.vj.
b ¶Iudicat omnes.Adde eo.Abb.in c.cum ab omni.de vi.& ho.cle.

appellaretur ab eo &c.q.d. cp ex quo appellatum fuit,solus procedere non potuit,vnde & quod hic dicit sic exponit.[Voluntate.] Quam habuit,vt procederet post appellationē.[Potestate.] Quā habuit ante appellationem,& sic totam literam exponebat.Mihi vī,cp nimis subtilizabat in hac parte,vnde dicas, cp si quis associat sibi alium in iurisdictionem,tanquam consiliarium valet,siue sit ordinarius is,qui hoc facit,vt in Auth.de iudi. in princ.coll.vj.C. de app.in offerendis,siue delegatus.C.de iudi.auth.ad hæc. Si vero tanquam iudicem ignorantia facti ductus, adhuc excusatur, & valet.ar.ff.de re iudi.ad probandum, ff.de offi. præto.Barbarius. Sinautem ignorantia iuris,non valet,vt hic.& ar.ff.de arbi. Pedi[9], ff.cp cum fallo tu.l.j.§.i.Et no.hic ar. cp si iudex, † fert sententiam innitens iuri, cp cām non determinat,licet determinetur p aliud, cuius authoritate minime iudicare intendit, dummodo hoc exprimat in sententia,vel alias de hoc constet, sententia non valebit.ad idem.ff. de cōsti.ecclesia sanctæ Mariæ.ff. de re iudi.sicut nobis.ff.de concess.præ.ex parte Astensis.&.c.dilectus,vbi de hoc.[Cū noluerit.]ff. solus cognoscere. [Et quod voluerit.] ff. cum collega
10 procedere.de iure .[adimplere &c.]No,†cp posse & velle qnq; sūt
ā sibi ōria[a],vt hic.Et cp voluntas & potestas ad inuicē se impediunt. li.j.C.si quis alteri vel sibi.multum interest.C.de iure do.si genero, ff.de transla.epi.inter corporalia.§.ff.ff.de testa. mili. si miles,ff.de rebus dubi.in ambiguo. ff. de hæredi. instī.quoties.ar.contra.ff.de præben.inter cætera.& capitu.dilectus.xii.q.ii.si quos.ff. de ōhen. empt.qui tabernas.ff.de liber cā.l.j.&.l. non solum.§.j.Institu.de adop.§.fi.& quia interpretatio potius sic facienda est,vt res valeat, quam pereat.ff. de priui.in his.ff.de verbo.sign.abbare.§. contra cp fuerat.ver.hic autem sensus.[Quod a duobus]Abbate, & epō tāquam iudice admisso,qui iudex non erat.Sed contra.ff. de elec.cū
b Vinitonicū.ibi soluitur.Item cōtra.ff. quod cum fal.tu.l.j.[b].§.j.vbi & si verus tutor authoritatem præstet, cum fallo tutore,renet,qđ agitur,sed illud ideo est,quia licet plures tutores sint, vnus tamen
11 solus,†administrare potest.C.de auc.tu.l.fina . Vel dic, cp illud loquitur,quando erratur in facto,hic autem quando erratur in iu-
12 re.ff.de iur.& fac.igno.regula.&.l.plurimum.Item ar.cp †vtile per inutile vitiatur.ff.eo.super quæstionum.§.si vero duo.

ADDITIONES.

a ¶Contraria.Adde glo.fi.hic.& do.Abb.
b ¶L.j.§.j.Adde do.Abbatem.And. & Bar. qui multum laborant in solutione huius contrarij post gl.fi.hic.

SVMMARIVM.

1 *Absens expectandus est.*
2 *Absolutio a termino assignato,& absolutio ab instantia iudicij differunt.*
3 *Instantia iudicij perempta,an sit perempta iurisdictio.*
4 *Actor, vel reus non debet sine licentia discedere.*
5 *Potestas iudicialis non debet esse cluſoria.*
6 *Potestas quæ datur iudici circa iudicia.*
7 *Exceptio personarum non debet esse apud iudicem.*
8 *Assignationi diei tota dies cedit.*
9 *Forum ecclesiæ,& forum ecclesiasticum in iudicando differunt.*
10 *Processum de nocte factum,an ualeat.*
11 *Dies incipit apud diuersos populos diuersimode.*
12 *Transactio facta de nocte tenet.*
13 *Iudex tria in iudicijs de per se debet audire.*

CAP. XXIIII.

Onsuluit. Cum ad.]subaudi, videndum iurare.j.de testi.c.ij.[Testes.] subaudi, vel audiendum depositiones.i. dicta testium ipsorum.[Et earum.]Sc.partium. [An circa.]ver.prima q stio.[Et ti.]ver.secunda quæstio.[Expectauit.]Partem contumacem vsque in diem subsequentem . [Citandus.] Et videbatur, cp sic,quasi peremptorium fuisset circumductum.i. cancellatum,siue deletum,quasi haberetur pro non scripto, & pro non facto,& ideo iterum citaretur,ff.de iudi.& post peremptorium.§.fi.sed nō
1 est ita:nam absens,†expectandus est, nec adhuc contumax reputatur,& iō durat edictum,siue citatio,vt.j.sequitur ſm Gosf.imò contrarium sequitur,quia contumax reputatur prima facie,nisi veniens aliud probet,vt in sequenti glo.vnde & scripsit hic.d.n.cp aliud hic,& aliud ibi.Lex enim loquitur,quando reus citatus est præsens,& is,qui ipsum citari fecit,est absens, tunc enim circūducitur edictum,vt ibi,hic autem loquitur econuerso.nec circumduceretur edictum,si nō fuisset citatus in termino,sed & postea scripsit,cp super is,qui præsens est siue actor sit,siue reus, potest petere circūduci edictum , & etiam absolui a termino assignato:potest etiam petere,vt absoluatur ab instantia iudicij,non solum post litem contestatam,vt.C.de iudi.properandum.§.j. sed etiam & ante,vt.C.quomodo & quando iudex.auth.qui semel, & melius.iij.
2 q.iij.quod fieri. †Est autem differentia inter istas duas petitiones, quia a termino assignato potest absolui de facili,& etiam non citato absente,nec pereunt alia acta iudicij , quādo vero absoluitur ab instantia,citandus est absens, & cum maiori solennitate procedendum est: quia & tunc pereunt omnia acta iudicii. & adde, quod tangitur.ff.ea. glo. in fi. & fit condemnatio expensarum ,& secundum hoc intellige.ff. de iudi. edictum.&.l.& post edictum, C.de iudi.properandum.§.j.&.ii. Sed nunquid in hoc casu,quā-
3 do perit , † instantia iudicij , perit & iurisdictio saltem delegata? Non,quia non est de actis iudicij,secundum do. nost. & quia nō est functus officio suo.ff.eo.in literis,& quia iurisdictio per citationem solam intelligitur esse perpetuata,vt.ff.eo.gratum. &.ff.de simo.q̄relam.in fi.Et nunquid statim in prima absentia potest petere , cp citetur aduersarius ad hoc, vt petens ab instantia iudicij absoluatur?R̄n sic.Nec obstat.l.properandum,quę dicit, cp expectandum est circa finem triennij,quia loquitur in eo casu, quando ptens non instat,vt tatim ab instantia iudicij absoluatur, sed potius,vt testes sui recipiant,& sīla diffinitiua ferantur : & hæc locū habent in ciuilibus. In criminalibus autem quid fieri debeat no.j.de accu.licet secundum d.n.& j.de dolo & contu. veritatis. sed & secundum leges spacio triennij perit instantia . C. de iudi. properandum . Hoc tamen secundum canones non obtinet . secundum d.n.quod dic,vt le.& no j.de iud.venerabilis.Quid de attestationibus & confessionibus habitis , nonne pereunt, sicut & instantia? De hoc dic,vt no.j.de proba.c.fi.j.de testi.præsentium. ¶Nos autem.]ij.pars.[An expiret.]Puta,quia dictum erat in rescripto, cp infra mensem expedretur causa . & dies assignata fuit vltima die mensis,vt ff.eo.de causis.respon.j. Vel secundum leges vltima die triennij.C.de iudi.properandum.[Si durat.] ver.pura, quia assignata est per tres dies,vel quatuor ante finem mensis,vel ante finē triennij. [Aequitate suadente.] Et quidem æquum est & honestum:nam licet de rigore iuris contumax reputetur,vt sequitur, tamen non multum debet festinare iudex ad decernendum,quia potest esse,cp iustum haber impedimentum. quo probato esset sententia retractanda,vt ff.de dam.infl.li finita. §.si forte.j.de re iudi.cum Bertoldus.§.si postmodum.nō tamen est necessarium nisi velit,cum iam contumax reputetur, vt sequitur. [Poteris.]si volueris.ff.de offi.præsi.sæpe. & l. seq. & sic soluta est prima quæstio. [Expectare.] Ex hoc colligo,cp neque actor,neq;
4 †reus,qui præsens est,sine licentia debet recedere.ff.de iud.c.j.Ad idem.xi.q.iij.certum.xviij.di.ij.si quis autem. alioqn in altera parte absente postea veniente & ostendente,cp iusta causa absuit vel impedita,omnes expensas petere potest,arg. C.de iudi. sancimus.Et est tarn secundum d.n.quia duo viderentur mandata. Scp in termino compareat,& cp compareat. vnde si in termino venire nō potuit,debuit tamen postea quam cito potuit,comparere . quod dic,vt no.j.de do.& contu.cum dilecti.§.præterea.Sed & circumductio termini debet fieri per iudicem , & licentia dari antequā recedatur.& sic intelligo.ff.de iudi.& post edictum. secundum d.n.Item ex quo iudex potest expectare vsque in diem alteram , vt hic.ergo per consequens & pars præsens expectare tenetur:aliqn cum iudex sine præsentia partium non contumacium non procedit.j. de verb.sig.forus.§.in omni.j.de cau.posc.j. j. de maio.&
5 obe.inter quatuor.patet,cp eluſoria esset hæc † potestas iudicialis, contra iura.ff.de iudi.si prætor ff.de postu.prætla.bonorū.§.nec nocebat.Quid si citatus non venit ad diem assignatam , nec is, qui ipsum citari fecerat,præsens fuit? Respon. Fit compensatio hinc & inde,ita cp neutra partiū est puniendā.ff.de arbi. l. antep. Quid si dies feriata occurrat in die assignato,vel alia causa subsit quidē, per quam apparet,cp & si citatus præsens esset, procedere non teneretur? Vtique in tali casu debet prætor subuenire,ex quo actoris non interest citatum venisse?.si quis in ius vo.non ier.l.ij.ad fi.Quid si iudex die assignata abest a loco, in quo partes citatę sūt & præsentes? Respon. Ex æquitate debent expectare vsque ad subsequentem diem.ar. hic.sed nisi aliud mandauerit iudex , libere possunt recedere,sicut & si mortuus esset iudex.ff.de arbi. arbiter capitulis.nec tenentur eum alibi quærere.ij.q.vi.§. biduum.secūdum d.n.Quid si iudex infirmetur in eodem loco? Respon. non debent partes sine licentia recedere:possunt tamen instare, vel cp procedatur,vel cp alius terminus assignetur,ar.ff.de arbi.& si quando respon.j.& §. j. Quid si vocetur quis ad electionem faciendam , nec veniat ad diem,& capitulum dicit ipsum expectandum,nōne aliquis eorum,qui presentes sunt,possit recedere , & si recesserit,nonne iterum est vocandus? Respon. non , nam sicut dicitur de vocatis ad synodum,cp non debent recedere,nisi ipsa finita, ita dicendum est de vocatis ad electionem, cp non debent recedere, nisi ipsa facta,vel ad alium terminum prorogata. xviij. di. si quis autem.xj.q.iij.certum.nec etiam sic in electionibus,sicut & in iudiciis circūducit dies,imò vocatis absentibus, & non venientibus, ptentes eligere pnt,vt patet in eo,quod le.& no.ff.de elec.cum nobis olim.& c.quia propter.secundum d.n. [Nec crit.] ver.& hic respondet secunde quæstioni. [Citanda.] Nisi ad malitiam convincendam.j.de dolo & contu.prout. C. de iudi.auth. iubemus, & de gratia,vt sequitur.[Nisi gratiam.]Ecce, †quanta potestas datur iudici circa iudicia,vt possit parcere cōtumaci, ne statim procedatur contra eum C.quo & qn iudex.l.j.ff. de arbi. si cū dies,§.si quis ex litigatoribus,idē est & in multa.ff.si quis ius di. non obtē-

l.vnica.

l.vnica.Idem est,quando delegatus mandat ordinario , cp aliquē denūciet excommunicatum,potest enim ordinarius facere gratiam de authentico non petendo,ſm ea,quæ no.j.e.cum in iure, §.vnico.potest & se retrahere a gratia si voluerit . & sic accedit, quod dici consueuit:non subiicitur iuris necessitati,quicquid per mittitur iudicis potestati.ff.de iudi.non quicquid . Hoc tamē nō captiose intelligendum est.licet enim iudex potest ius meum differre,vt hic.non tamen debet auferre,ar.C. de preci. impera.offe. l.quoties.xxv.q.ii rescripta.nec licet gratiam facere aliquam,per quā iniuste iudicet vel procedat , imò ita iuste iudicabit magnū,
7 vt paruum,nec erit,† apud ipsum exceptio personarum .iij.q.ix.c. fi.j.de iudi.nouit.§.j.ver.cœterum. ita enim potest deferre vni,cp ius suum non omnino subtrahat alteri.C.de sta.& ima.l.& virtutum.ii.q.vii.quæritur.xvj.q.vii.decimas.vnde nec contumaci gra-
a tiam facere poterit de expensis[a].C.de iudi.sancimus.Quinimmo hodie si iudex contra conscientiam & iustitiam in grauamē partis alterius ī iudicio quicquam fecerit per gratiam, vel per sordes per annum ab executione officij est suspensus,in æstimatione litis etiam condemnandus,quod dic,vt le.& no.extra.d.n. de re iudi.cum æterni.§.si quis autem iudex.li.vj.[Si autem expiret.]ver. Siurisdictio . [Cum id.]Sc.terminum peremptorium assignatum. [Ea hora qua congrue.]Illud ergo,quod dici cōsueuit,cp assigna-
8 tione, †diei tota dies cedit.ff.de verbo.obli. cum qui calendis.§.fi. &.l.seq.quo ad iudicia pertinet,non est simpliciter intelligendū, imò tenetur comparere citatus hora congrua, & dicitur hora cōgrua,quando tali hora comparet,cp possit perfici id, ad quod dies est assignata,vt hic colligitur euidenter. No.ergo,cp nihil interest vtrum nullo modo , vel hora minus congrua comparear.arg.ad idem.ff.de transla.epi.inter corporalia.§.sed neque.ver.sicut iuxta.cum suis concor.sicut & contideratur congruitas loci. j. de fideinstru.accepimus.rū.j. Et ex his paret, cp si nō compareat in hora congrua(qualis intelligi debeat exponitur in seq.§.) quamuis postea comparear,ad expensas teneatur , de quibus nec iudex sibi gratiam facere potest,vt.ff.eo. alioquin de proprio hoc exponet. C.de iudi.properandum.§.finaurē alterutra.&.l.sancimus. [Ter-
b minum peremptorium.]Nisi terminus peremptorius[b], statutus sit ad sententiam audiendam,non valet sententia in absentia partis lata.ff.quæ sen. sine app.rescin.l.j.§.cum ex edicto . ſm.B imò nec valet,nisi ad notitiam suam perueniat,vt ibi dicit,quod intelligas,vbi peruenire potuit nec latitabat . alioquin contra , vt le.& no.j.vt li.non contest.quoniam frequenter.§.i. ver. in huiusmodi casibus.& se.& de dolo & contu.ca.fi.[Extunc.] Scex quo expectauit vsque ad horam cōgruam.[Exequi poteris.] i.debebis vsq; in mane crastini , sicut seruat consuetudo ſm. A. imò poteris si
c volueris,vt hic dicit,sed vī,cp vltima dies, qua priuatus futur[9] est, iudicare non possit.ff.de fer.pridie.ff.de iurisdom.iudi.eum qui.qđ verum est in ordinario,cuius successor iā aduenit , & præsens est, quasi erubescat de dignitatis abdicatione,ar.ff.de condi.& demō. Publius.alioquin contra.ff.de offic. proconsu.meminisse . rn.j.& ſm hoc intellige in Auth.de administra.§.illud.col.vij. delegatus vero etiam vltima die iurisdictionis suæ diffinit negotium, vt hic dicit , & etiam postea sentēriam suam potest exequi infra annū, vt.j.eo.quærenti.¶Ne vero.]iij.pars.subaudi, qa diximus ex tūc, & non determinamus horam congruam, scias ipsam intelligen
9 dam talem , cp id quod incumbit possit perfici ante noctem , & hoc est . [Ne vero ecclesiasticum.]q.d. † aliud in seculari,in quo & matutino.& vespere,& mane,& meridie iudicatur, vt ī Auth. de iudi.§.sedebunt.col.vj. Nec obstat.ff.de origi.iu.l.ij. §. sed quia, vbi dicit incongruum esse,cp iudices vespere sedeant , quia illud intelligitur de maioribus iudicibus,quibus licet incongruum sit ā non decens,non tamen iniustum , si hoc facere vellent , quod patet per e.§.in quo aperte dī,cp quinq; viri inuenti sunt , qui eorum vice illa hora fungebātur,quicquid tamen hic dicat,de consuetudine sic seruat,cp iudex sedet & de nocte , & de die in vtroq; foro.Nec obstat,quod hic dicit, quia non importat iuris necessitatem,sed tantum honestatem,vnde sic expone,quod hic præcedit.[Ne frustra iudicialis instātia euanescat.]subaudi, quod fieret,
10 si honestatem suam seruando,†de nocte forte præcedere nollet, nec obstant alia,quæ sequūtur,vt.j.no.[Veritatis.]Io.iij. [Lucē.] sic.xviij.q.ii.pernicio sam.j. vt benefi. eccle.c.vnico.§.j.ver.porro. ff.de elec.quia propter.§.fi.& in his inuenies concor.in apparatu communi iterū hic signatas,& ex his verbis notare potes, cp non reprobatur tempus noctis ratione illa sola , quia nox est,sed quia illud tempus datum est ad quietem , & consueuerunt homines exire loca publica & intrare lectos.quod si contingeret, iudex solus remaneret,& sic occulte fieret,quod debet publice exerceri. Si ergo hæc cā cessat,quæ hodie pro maiori parte cessāt in curiis,cū ex peruersa sua abusione faciant tenebras lucem, & lucem tenebras,cessare potest & effectus istius prohibitionis.arg.ff. de pac.qđ
d dictum est.j.de appel.cum cessante.cum suis cōcor. & quicquid alias no ex mente istorum verborum,puto, cp licet valeat, [a] processus de nocte habitus partibus tacentibus. ar.iij.q. vi. pulsatus.ff. so.ma.l.ij.§.voluntate.si tamen alterutra partium contradicat di
cens.domine supplico,cp detis mihi licentiam, quia hora est qescendi,& iudex licētiam denegaret,ex hac cā posset canonice appellari,& ſm hunc intellectum sic ordinabis literam subsequentem.[Licet vero.]Quod est.ī.in prin §.[Licet enim ſm consuetudinem,& constitutiones legitimas&c.] vsque . [Ac si qualibet parte lucis agatur.]Postea reuertere.ī.in prin.§.& dicas.[Ne tū.] Quod habes.j.ver.nos tamen. [Ecclesiasticum iudiciū &c.] Nos eam procedendi horam &c.Dominus tamē.n. scripsit hic,cp de nocte possunt testes recipi,& allegationes audiri , & sic intelligitur Auth.de iudi.§.sedebunt. sententia autem ferri non debet stādo, sed sedēdo tantum.ar.ibi,&.j. de his quæ fi. a maio.parisca. ex ore. &.iii.q.iii.§.j.nec de nocte,alioquin nulla est , nisi feratur die assignata,saltē in suppremā hora ante noctis tenebras, vī.j.seqtur. & ij.q.vi.biduum.Nec ob.ff.de orig.iu.l.ij §. sed quia , quia quod ibi dicit vespere iudicabūt.expone.i.suppremā horam diei ante noctis tenebras,& sic concordat huic ſm.d.n.Tu dicas[f], vt præmisi.[Licet enim.] ver. [ſm consuetudinem.] Peruertentium lucem in tenebras,& econtra,vt.ī.no.[Legitimas.] ff. de fer. more Romano,cuius tenorem statim ponit, vt sequitur immediate. [More Romano.]Quem sequi debemus,vt no.ī.de cōsti. ex literis.[Desinat.]Quinimmo, † & sic legitur in[f] Genesi.i. factum est vespere
11 & mane dies vnus,& beatus Amb.in hymno. Qui mane iunctū vesperi diem vocari præcipis. Athenienses, vero ipsum feruntur computasse ab occasu Solis vsque ad occasum. Babilonij ab ortu vsque in ortum. Vmbrii a meridie vsque ad meridiem , quod est absurdissimum , vt Marcus Varro in libro rerum humanarum dicitur retulisse ſm Azo. Ecclesia vero , quo ad officium psallendum domino,incipit de vespera in vesperam,vt.j.de fer.cap.ij,in
12 prin.Sed.†& transactio de nocte facta tenet.C.de transac.nō minorem,& testamentum.ff.de testa.ad testium §.pe. Et breuiter,cp hic dicit,quo ad omnes contractus intelligi potest.q possunt fieri qualibet hora noctis,cum nec prohibitū sit in iure.ar.ī.de offi. archipresl.c.ii.§ ii eps ff.ex quibus cau.ma.necnon.§. cp eis inquit. [Agitur.] Et sic videretur , cp insta ferri possit . [Nos tamen.] ver. [Procedendi.]in iudicio.[Ante noctis tenebras.]Ergo hora tenebrosa apta nō ē,si aliqua pars nō ōdicat,vt ī.no.si vero nō ōdicat, apta est.nō tū decēs,& ſm hoc expone qđ hic pcedit.[Horā congruā.].i.honestam.& qđ dicit.[Possis.]Honeste,sed & dici pōt,cp multa fieri prohibentur quæ tamen facta tenent.j. de iureiu.quē admodum.§.cp si post huiusmodi , ſm superiora intellige , quod no.in summa.de iudi.§.qualiter & quando. [Perficere.] Et ad qđ est terminus assignatus : nam in absentia partium ad alia procedere,non potest ar.j.de re iud.cum olim. secus si non ad aliquod certum,sed generaliter ad procedendum sit terminus assignatus, quia tunc ad omnia , & etiam ad sententiam proceder[e] potest
e iudex,semel contumace amplius non citato[e].C.de iudi.properādum,ſm.d.n.Sed ō.in eo,quod no.ī.e.c.§.j.super verbo.terminū peremptorium. Lex tamen vult hic esse intelligendum, quando iudex comminatus est in peremptorio se cognituru & pronūciaturum,& etiam dicit , cp absens post peremptorium voce preconis citari deber,antequ procedatur & pronuntietur.ff. de iudi.in
13 peremptorio.&.l.& post edictum.No.etiam,cp tria, † sunt in iudiciis, qui iudex delegatus per se audire debet ſm leges.f.principiū, medium,& finis.i.litis contestatio,testium receptio, & sīla diffinitiua.C.de iudi.auth. iubemus.quod dic,vt no.j.e. super quæstio
f num.§.i.& ad hæc tria[f],tanq principalia vī,cp sit terminus specialiter assignandus.f.ad litis contestationem faciendam.iij.q.iij.offeratur.qua omissa,nihil agitur.j.de lit.contest.c.vnico. Secundo ad videndum testes iurare.quod dic,vt le.& no.j.de testi.in nomine domini.Tertio ad diffinitiuam sīam proferendam, vt hic,& in superioribus iuribus.[Quod incumbit.]subaudi.hic autem.scp ita arcet se iudex,cp vltima die iurisdictionis suæ assignet peremptorium,est iudicis indiscreti,& sic continuatur sequēs.ver. [Porro.]ver.[Peremptorij.]ff.de iudi.nōnunquam.j. de resti. in integrum ex literis.§.fi.ante fi.[Coarctare.]i.restringere, sed satis citra iurisdictionis exitum assignare, vt sic absenti possit gratificare,vel etiam alium diem assignare, ad omnem malitiam superandam, vt.j.de dolo & contu.prout.ff.de iud.& post edictum,& concordat.

ADDITIONES.

a ¶De expensis.Idem gl.hic.& hoc placet multum do.Ab.licet do. Anto. contrariū dixerit.
b ¶Terminus peremptorius.Non ergo sufficit simplex citatio vt hic infert do.Abb. in glo.huius verbi,& addit gl.iuncto tex.in cle.sepe.in verbo.peremptorio.de verbo.sig.& Ro.consi.ccccxcvij.& dominum Ab.consi.lxvj.
c ¶Vltima die.adde do.Ab.hic in gl.ex tunc.& eundem.consi.lxxiiij.
d ¶No.valere processum de nocte factum.Adde,quòd idem tenent glo.& Ioā.And. hic,licet Inno.teneat contrarium.& Adde Io.An.in addi.ad Spec.tit. de prola.sen. §.iusta.ver.item est nulla ratione temporis.& do.Ab.& Feli.hic.
e ¶Non citato. Adde,an iudex possit expectare contumacem vltra vnum diem , & an teneatur iterum citare contumacem.do.Ab.hic in fi.& Ro.consi.lxviij.
f ¶Ad hæc tria.Adde,cp Inno.videtur velle, cp vbicunque iudex est processurus ad ea,quæ sunt magni præiudicij,debet semper præmittere trinā citationem , vel vnā peremptoriam,quod multum notat do.Ab.hic in gl.terminum peremptorium,& consi.lxvj.

dat.ſ.de app.reprehenſibilis.ij.q.vj.appellatore. ff. de autho.tu.pupillus.§.pœ.ff.de excuſa.tu.non tantum, & no. q imputatur ei,q nimis ſe arctat,vt ar.hic.&.ff.ſi quis cau.l.ij.§.ſi quis tñ.ff. ex qbus cau.ma.ſed & ſi per prerorem.§.ſi feriæ,quia potuit cogitare hoc euenire poſſe,vt ibi.&.§.de ſeruis non or.c.j.cum ſuis concor.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas repellit iudicem,& teſtem.*
2 *Omnes ſumus cognati de iure naturali.*
3 *Cauſa minor repellit iudicem,quam teſtem.*
4 *Criminoſus poteſt eſſe iudex.*
5 *Exceptio dilatoria,an poſſit proponi poſt litem conteſtatam.*
6 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.*
7 *Iudicem inſtructum ſine cauſa mutare ſanum non eſt.*

CAP. XXV.

INſinuante. ſancti Fandalti.] Alias Faldati. [Super iure parochiali.] Hic repete,quod no.§.de reſcrip.Rodulphus.[Inter ipſum.] f.Rogerium ex vna parte,& Thomam de altera.forſan ſuper decimis vel oblationibus,vel iure funeris.ſ. de præſcrip. ex tranſmiſſa.ſ.de paro.c.ij.&.iij.& fi.& de deci.ex multiplici.[Obtinuerit.]f.Rogerius,vt.ſ.§.j.[Calculum.] Hoc ideo dicit, quia ſi poſt cām ſuſpitionis exortam ex certa ſcientia coram eiſdem iudicibus proceſſiſſet,non eſſet poſtea , locus recuſationi , vt.ſ.§. fi.
a [Idem ſeps.] f.Vigorienſ. [Familiarem.] Familiaritas[a] , repellit,
1 †iudicem,ſicut & teſtem,vt hic.&.ſ. de reſti.in literis:nam veritatem ſolet familiaritatis affectio impedire.iij. q.v. accuſatores. iiij. Quinimmo & propter familiaritatem domini ſolet tota ſua familia recuſari.C.ſi quacunq; prædi,pote.l.vnica;quod tamen forte verum non eſt,niſi in caſu illius.l.fm.d.n.Alij contra. vnde & archidiaconus epi recuſatur,vt.ſ.de appel.ex inſinuatione. ſ. vt li. non conteſt.accedens.j.&.ij.&.§. de reſcri.ad hæc. ff.de procur.aut affinitate.Nó,tamen,q ſm.d.n.diſtinguendum eſt inter familiā, quæ eſt in poteſtate conſtituta , & alios familiares,modica enim familiaritas non repellit,q.d.familiaritas poteſtatiua repellit iudicem,non extranea:dicuntur autem extranei omnes,qui in poteſtate non ſunt.C.de iure do.l.fi.§.ſimili quoque.vnde non ſufficit dicere,q ſit familiaris,imò oportet, q dicat nimis familiaris , & q cām proponat,vt legitur.& no.ſ.vt lit.non conteſt. accedens.ij, rñ,j.ver.& magiſter.& ar,ff.de verbo.ſigni.latæ culpæ.§.amicos.ff. de autho.tu.q dicimus.in fi.C.de his qui ad eccle. confu.l.fi.iij.q. v,conſtituimus,vel q ſit nimis propitius.§. de reſcrip. ad hæc ſumus,ff.de procura.aut affinitate.ſ.de appel.ex inſinuatione, alias poſſet quilibet recuſari:nam & vnuſquiſq; obligatus eſt alteri ſaltem naturaliter ex verbis domini,non ſolum ad generalem familiaritatem,ſed ad puram & conſilij & auxilij operoſam affectionem,cū & alium teneatur diligere,vt ſeipſum. Matth. xxii. Quinimmo,†& omnes ſumus cognati ſm ius naturale. ff. de iuſti.& iure.l.j.in fi.&.l.ij.&.iij.hoc tamen aduertas,q licet.§. in prin.glo.
2 iudicem & teſtem æquiparauerim,minor tamen,†cā repellit iudicem,quam teſtem,quælibet enim conſanguinitas proxima repellit iudicem.ſ.de app.poſtremo,ſed non teſtem , vnde & frater pro fratre teſtificatur.ſ.de præſump.literas. Item concanonicus recuſatur,ſ.eo.cum.R.canonicus . qui tamen in teſtem admittitur.§.de offi.archid.c.fi.§.fi.Item pater in cā filij (ciuili tamen)pōt
3 eſſe iudex ordinari[a],ſed & † criminoſus poteſt eſſe iudex.iij.q.vij.
dicl, ꝙ ideo auditur hic abbas: [a] quia temporalia capellarum ad monasteria pertinebant.ſ.de præben.in Lateranenſi. ſ. de excep. cum venerabilis. Vel abbas iſte dicebat ad ſe hæc iura epiſcopalia pertinere. Sed & vbi agitur generaliter de grauamine communi omnium eccleſiarum, tunc epiſcopus tantum ager, ſed hoc non inueniur iure cautum.de hoc no.ſ.de ap.dilecti.ſecundum d.n.& ſ.de ſucceſſ.ab inteſt.c.ſi.ſ.de reſcrip.ad hæc ſumus.Et notã. dum ſecundum d.n. ꝙ abbas, vel alius ſuperior nomine ſuo, vel monaſterij non poſſit agere negatoria,vel quaſi,contra illos,qui in capellis ſuis aliqua iura requirunrur.& hoc ideo eſt:quia non habet dominium capellarum.licet aliqua iura ibi percipiat, ſed rector capellæ,vel etiam ipſe abbas non ſuo, vel monaſterij nomine,ſed nomine capellæ poſſet hanc intentare,& hoc verũ, qñ capella habet ſua iura diſtincta a iuribus monaſterii ; quia tunc domina eſt ſuorum iurium,vnde tunc nomine ſuo, & non alterius eſt agendum.Si vero capella in proprios vſus monaſterij cõceſſa ſit,tunc abbas quaſi dominus poteſt negatoriam, ad ſimilitudinem vſufructuarij,intentare,licet tutius ſit,ꝙ nomine capellæ hoc faciat.Conſeſſoriam autẽ intentat abbas pro iuribus ſibi competentibus in capella.ſ.de ver.ſig.abbate.ſecundum do.n. de hoc no.plenius ibi,& ſ.de reſti.ſpo.olim.ſ.de fide inſtru.G. perpetuus.ſ.de iudi.examinata.[Non contentus] Vtinam quilibet eſſet † contentus ſuis terminis.ſ.de ſepul.c.i.ſ.fin.Et qui paupertatẽ elegit, ad ſubtrahenda iura parochialia non extenderet manus ſuas,ſed qui profeſſionem paupertatis amplexus eſt,vt ſ.de exceſ. prælatorũ. nimis praua.in eadem profeſſione,in qua vocatus eſt, permaneret.xxi.q.i.c.i & patienti defectum in clero potiſſime epiſcopi & poſt ipſos chriſticolæ ſubuenirent.xciii.diſtin,diaconi.& lxxxvi.diſtin.non ſatis. & c. pace. ſic enim omnia recte procederent quo ad hoc pertinet,de quo ago,vt no.ſ.ca.proxi.ſ.fi.[Mirime.]Hæc petitio non fulcitur iure, ꝙ non liceat epiſcopo exigere procurationem a capellis,quæ non ſufficiunt,vel quę procurationem non debent ſecundum quoſdam. Sed dic eam fulciri † quia negatoria † pro hi- iuribus competit.vt no.ſ.de ver.ſig.abbate.& ſ.de offi.delega.cum olim abbas. Alij dicunt,ꝙ non competit negatoria,ſed ſufficit,ꝙ capella neget id quod epiſcopus petit, nec ob hoc ſolum,ꝙ petit,dabitur negatoria contra ipſum,cum nec inuitus agere cogatur. C. vt nemo inuitus in rubro & in nigro. Alij dicunt,ꝙ in hoc caſu recte imploratꝰ offiñ iudicis a monaſterio:nam & timere poteſt,ne epiſcopus gladium excommunicationis quem in manu geſtat,vibret in abbatem,xxiiii.qõ. iii. corripiantur.Item quia.ex quo epiſcopus diffamat ipſum in quibuſdam iuribus ſibi debitorem,iuſte petitur a ſuperiore.ꝙ faciat ipſum ceſſare ab hac diffamatione, niſi infra certum tempus ſibi præfixum de iure ſuo doceat. C. de ingenuis diffamari.7.qui fil.ſint le.laror.Iniuſte autem petit abbas, ꝙ non cogantur capellæ,quæ ſufficientes nõ ſunt,ad procurationem præſtandam, ſed debuit petere, ꝙ non cogerentur vltra, quam penſatis facultatibus moderate ſoluere poſſent,vt pater in forma ſententiæ.ſ.eodẽ §.ad fi.Sed licet ſic petat non tamen eſt inepta petitio, vnde & ſequitur condemnario,vt ſ.eod.§.i.ver.ita quod cum ad eas. Poteſt etiam dici dari officium iudicis contra hunc epiſcopum, qui vltra,quam debet exegit.arg.in Auth.de queſtore.col.vi.C.in quibus cauſſis coloni.l.j.& de mancipiis.& colo.l.iii.iiii. & v.ff. de vaca.mu.l.ii.§.munus.& ſe.& ſecundnm hoc abbas eſt actor,& nõ
b erit hęc petitio generalis.[b] epiſcopus enim petebat iura epiſcopalia de facto, non in iudicio. abbas vero egit contra epiſcopum negatoria,vel alio modo, & ſpecificari petiit iura ſequentia,quæ ab epiſcopo,qui tamen ad hoc non tenebatur, ſicut nec in aliis generalibus actionibus cogitur quis ſpecificare, & hoc etiam ex hoc apparet,quia nec hic omnia ſpecificauit.Poteſt & illud dici, ꝙ de aliquibus iuribus concordabant,ꝙ eſſent danda, vel non eſſent danda,de quibus non erat bonum grauare partes ſuper probationibus.arg. ff.de interrog.act.vbicunque.& ideo non cogitur epiſcopus illa ſpecificare,ſed alia tantum, de quibus queſtio erat, potuit etiam quæri ab epiſcopo ante litem conteſtatam . an hęc iura poſſideret.ff.de interrog.actio. qui ſeruum.§. in iure. ſecundum d.n.cuius eſt tota hæc glo. [Sufficere] Quod non debet fieri. Quid ergo ſi viſitatione indiget? Prouideat ſibi epiſcopus,cui curaꝰ omnium eſt commiſſa.ar.xii.q.i.præcipimus.& ſ.c.prox.hoc
2 enim de mente eſt,ꝙ in nullo caſu eccleſia ſit† grauanda, quod dic,vt legitur & no.ſ.e.§.i.ver.ſinodum.ſuper verbo, penſatis.& ſ. de cenſibus.cum apoſtolus.§.j.& extra d.n.e.ti.Romana.§. penul.
4 lib.vi.[Vt ſpecificares] Specificanda enim ſunt† omnia in libello vt legitur & notatur.ſ.de libel.ob.ſignificantibus.ſecundum Gof. nam generalitas parit obſcuritatem.ff.de iure fiſci.ira fidei.ſed hodie non eſt neceſſe hæc ſpecificare in libello, cum ſpecificentur hic in ſequenti.§.Ius enim ſcriptum certum eſt.& in incertis.nõ in omnino certis locus eſt coniecturis.ff.de verborum ſignificacontinuus. §.j. niſi alia . quam hic vel aliis iuribus contineantur, aſſereret epiſcopus ſibi deberi ex pacto,vel conſuetudine , vel priuilegio ſpeciali.Illa enim ſpecificanda ſunt , quæ in facto conſiſtunt:quia boni ꝓtoris eſt litem minuere.ff.ſi certum pet.quidam.& ſ.de dolo.& contu.ſinem.& ne contingat ex generalitate ſententię litem aliam ſuboriri.ar.ſ.de verborum.ſig.cum in
6 ter vos.& c.ex parte.iii.debet enim iudex tractare† de pace & cõcordia.ſ.de tranſa.c.ſi.& diſcordiæ materiam amputare,& partibus prouidere.in Auth.de man.prin.§.deinde. & §. ſit tibi. colla iii.ſ.de offi.deleg. ſuper queſtionum.§. porro.ad fi.Poteſt tamen peti eccleſia cum pertinentiis,ſ.de reſti. ſpolia.cum ad ſedem,ſ.de dona.inter dilectos.& poteſt prodeſſe & obeſſe ſpecificatio reo,& actori ſecundum ea,quæ no.ſ.de libel.obl.c. ii. Sed & ſecundum d.n,hic non ſpecificantur omnia quæ epiſcopo de iure communi debentur,vt no.ſ.ſuper verbo,minime.[Quibuſdam] Sequuta clauſula generali,& ſic omnia compræhendit,vt legitur & notaſ.de reſcrip.ſedes,Kij.de commodato.c.vnico.[Conteſtata.] Aliter non potuiſſet ferri diffinitiua ſententia,vt legitur & nota.ſ. de elect,dudum.ii.§.tandem,¶ Nos autem. Jii.pars.[Probationibus &c.] Nam ſecundam probata & propoſita, non ſecunduin conſcientiam ſententia eſt ferenda,vt hic,& ſ. eodem. c.ii. [Spectanbus.] ſic.ſ.de re iudi.cum inter vos.rñ.j.vbi aliqua ex his, & multa alia ſpecificantur.[Habeas] ver.in hoc verſu ſpecificantur.[Canonicam] quæ eſt.xxiii.diſtin.quamquam.quam & alius,quam epiſcopus habere poteſt,ſicut archidiaconus, vel archipresbyter, vt §.de offi.archipre,c.j.& fi.& idem eſt de ſequentibus iuribus,vtputa viſitatione.ſ.de offic.archidi.mandamus.inſtõnẽ.ſ.de of.dele. ſuper eo.Cenſura eccleſiaſtica.ſ. de electio.dudum.ii.§. tandem, & no.ſ.de offi.archid.cum ſatis Iuriſdictione,vt no.ſ, cum ab eccleſiarum.& idem proꝰ magna parte de aliis. Aliter tamen pertinent ad inferiores prælatos, quia quaſi ſub aliis. Aliter ad maiores,qui ſunt ſuperiores,inferiores autem prælati tanquam epiſcopi,& non ſub epiſcopis ea, quæ ſibi & epiſcopis communia ſunt exercere videntur,vbi ſic eſt de conſuetudine,quod ab eis non appellatur ad epiſcopum, ſed ad archiepiſcopum. exemplum.ſ.de no.ope.nunc,ſignificantibus. & vbi epiſcopi non cognoſcunt de cauſſis pertinentibus ad prælatos ſubditos, & vbi ſi minor iudex vnum præcipit in his,quę de iuriſdictione ſua ſunt , & epiſcopus aliud,potius paretur minori iudici,quam epiſcopo Et vt hoc ple
7 nius intelligas,notandum,ꝙ nulla † currit preſcriptio ſine poſſeſſione,vt ſ.de præſcrip.cauſam quæ.Item poſſeſſio ſemel acquiſita nõ amittitur ſine ſcientia & animo poſſidentis:neceſſe eſt enim, ꝙ expellatur,vel reuertens nõ admittatur,vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli.ff.de vi & vi ar.l.i.§.deiicitur.& l.iii.§.ſi quis vi his armatis.ff. de acquiren.poſſ.poſſideri.§.in amittenda.& l. clam poſſideri.§. qui ad nundinas.& l. peregere.§.quibus expliciis.Ex his collige, ꝙ ſi quis habet generalem iuriſdictionem in aliquo loco , ſicut epiſcopus in ſua diœceſi.ſ.de excep.cum venerabilis.ſ.de reg.do. conſtituturus. tunc nullus poteſt præſcribere totam iuriſdictionẽ epiſcopalem de nouo , vel etiam aliquod capitulum iuriſdictionui ,puta ꝙ viſitet aliquam eccleſiam,vel vocet aliquem ad ſinodum,vel de aliqua cauſa cognoſcat,niſi epiſcopus hoc ſciat & ali quo predictorum modorum poſſeſſionem amittat, vt per prædicta iura colligi poteſt , ſed ſi non nouum ius preſcribat , vel ius quo preſcripto epiſcopus non lædirur,vt puta , ſi alius archiepiſcopus in diœceſi huius epiſcopi preſcribat ius archiepiſcopale, bene valet præſcripio etiam epiſcopo ignorante , quia hec præſcriptio non tangit epiſcopum,ſed nec præiudicat Metropolitano proprio , niſi & ipſo ſciente hæc procedat preſcriptio , & per aliquem ex predictis modis poſſeſſionem amiſerit.Et idem videtur , ſi aliquis plebanus alicuius diœceſis preſcribat ius plebanatus in capella plebani alterius eiuſdem tamen diœceſi,vt ſcilicet plebanus præſcriẽat contra plebanum ſcientem & poſſeſſionem aliquo predictorum modorum amittentem,eriam ſi epiſcopus hoc ignorat,nõ enim intereſt epiſcopi,nam ita bene poteſt exercere ius epiſcopale in iſta capella alio plebano habente iuriſdictionem ſub ipſo epiſcopo,ſicut ſi primus plebanus eam haberet & forte idem eſt , ſi plebani ſint diuerſarum diœceſium : & ſunt hęc vera, ſiue iura quæ præſcribuntur de iure competant , qualia ſunt predicta iura.ſcilicet epiſcopale & plebanale, ſiue ex priuilegio vel præſcriptione , ſicut eſt videre in epiſcopo Papien. qui ex priuilegio ſiue ex preſcriptione habet multa iura in quibuſdam eccleſijs diœceſis Placentinę. Hæc enim iura præſcribere poſſet epiſcopus Parmen. contra epiſcopum Papien. etiam ignorante epiſcopo Placentino: quia nihil preſcribit de iure, quod poſſidet Placentinus: nam de iure,quod poſſideret Placentinus,nihil poſſet Parmen.præſcribere, niſi prius Placentinus hoc ſciret , & niſi prius poſſeſſionem amitteret per aliquem de predictis modis , vt dictum eſt Et quod dictum eſt , quando aliquis habet generalem

ADDITIONES.

a ¶ Abbas poteſt agere pro capellis & eccleſijs ſubiectis ſuo monaſterio. Concord. citat. de reſcrip.& ſ.de præſcrip. ex tranſmiſſa .& c.auditis. ſecundum do. Abbas in primo no.

† ¶ Negatoria pro iuribus competit,& conſeſſoria. Adde Io.Fab.Inſt.de act.§.eque. in 2.col.& d.Ias.May.ibi in v.col.in princ.

b ¶ Generalis. Adde quando dicatur generalis, vel vniuerſalis, & in quo differunt Ia no.& do.Ab.hic poſt gl. j.

lem iuriſdictionem,idem intelligas etiam ſi in multis capellis ipſam non habeat,dummodo in omnibus habeat eam,niſi in exceptis,vel per ius,vel per priuilegium,vel per præſcriptionem,vel per alium modum , vbi vero aliquis habet tantum in certis articulis iuriſdictionem,ſicut eſt archiepiſcopus,vt ſ.eodem, paſtoralis.& c.duo.in hoc caſu non eſt neceſſaria ſcientia archiepiſcopi,dummodo de iuriſdictione quam poſſidet nihil preſcribatur: quia nihil ad ipſum,ex quo ius ſuum non preſcribitur, Sed nunquid vnus archiepiſcopus poteſt preſcribere, ꝙ portet crucem, vel vtatur palleo,vel alia conſimilia exerceat in diœceſi ſuffraganei alterius archiepiſcopi, ipſo ꝓprio archiepiſcopo hoc ignoraꝰte? Non videtur:quia proprius archiepiſcopus talia videtur in ſua prouincia poſſidere,vnde nullus abus poteſt hęc preſcribere, niſi ipſo ſciente & poſſeſſionem amittente,vt dictum eſt. Sed contra hoc ſic opponitur , certum eſt, ꝙ extraneus archiepiſcopus hæc iura poſſet exercere in aliena prouincia authoritate priuilegii ſibi conceſſi.ſ.vt lite pendẽ.c.j.& tamen proprius Metropolitanus poſſeſſionem quam habebat nihilominus retineret. Quare ergo non eodem modo poſſunt hęc per præſcriptionem acquiri? Reſpondeo:quia in priuilegio nouum ius conſtituitur,& acquiri
3 tur authoritate Papę † qui ius vnius poteſt alteri dare.ix. q.iii.cuncta per mundum.& ca.per principalem . In præſcripti one vero hoc non procedit:quia ſi dicit ſe habere titulum forte ex collatione alicuius,qui non habebat poteſtatem conferendi, conſtat, ꝙ talis titulus non prodeſt.ſ.de decimis.dudum.§.fin.Item quia per præſcriptionem non poteſt acquirere poſſeſſionem apud alium conſtituratum,niſi is qui poſſidet hoc ſciat.& poſſeſſionem amittat per aliquem de predictis modis , ſed & ſi nullum allegat titulum niſi præſumptam & vſum , preſcribere non poteſt , niſi prior poſſeſſor hoc ſciat,& de poſſeſſione expellatur.c.ſi.ſtin.contra morem xciii.diſtinctio. Illud quamuis alius non priuilegiatus hunc honorem extraordinarium contra priuilegiatum preſcribere poſſet,dummodo bonam fidem haberet,puta,quia crederet,ꝙ licet eſſet translatum in eum authoritate eius , qui hoc facere poſſet ,& dummodo alia interuenirent, quę in preſcriptione ſunt neceſſaria.ſecundum do. n. cuius eſt hęc rota glo. dic,vt no.ſ.de reſcrip.ſi diligenti.ſ.de decimis.dudum.& ſ.eodem.in ſequentibus glo.ſ§ ſ. eodem. quanto.[Obedientiam.] ad quam tenentur nedum clerici,ſed etiam laici,quantumcunque ſint magni principes.ſ.de maio.& obedien. omnes. ſed clerici potiſſime ſunt aſtricti,qui ipſam prædare tenentur,de quo dic,vt legitur & notatur.ſ.de maio.& obed.ca iii. & de iurciuran.ego.[Subiectionem.] Quæ de iure communi competit contra omnes in ciuitate,vel diœceſi conſiſtentes.ideo dicitur,ꝙ epiſcopus omnium talium ordinarius eſt.xi.qõ.i.de perſona.nec prodeſt in talibus præſcriptio.ſ.de præſcrip.ad audientiam.per conſequens nec conſuetudo,quæ non valet,niſi præſcripta.lit.ſ.de conſue.c.fina.& breui ternihil obſtare poteſt,niſi exemptionis priuilegium.ſ.eod.duo. ꝙ ſi quis non exemptus hoc epiſcopo negauerit,tolerandus non eſt, ſed abiiciendus ab eccleſia , & tanquam acephalus iudicandus,nec ſunt ei aliqua epiſcopalia ſuffragia miniſtranda.xciii. diſtin.nulla ratione.xviii.q.ii.abbatibus.[Et reuerentiam] Quę ſem per eſt ſuperioribus exhibenda , etiam ſi mulier ſit. ſ. de maio.& obe.dilecta.[Inſtitutionem & deſtitutionem.] authorizabilem, quod dic,vt plene legitur & notatur.ſ.de offi.archidiaco.cum ſatis.cum ſuis remiſſionibus.[Correctionem & reformationem.] Nec contra hæc obeſt contraria conſuetudo,vel appellatio,vt legitur & notatur.ſ. eodem.irrefragabili.reſpon.i.[Ac cenſuram ecclesiaſticam] Quod dic,vt legitur & notatur.ſ.de verborum ſignificanti.extra d.n.de homicidio.pro humani §.cum igitur. ver. nos tanto.lib.vi.quæ non eſt contemnenda,vt patet in eo , quod legitur & notatur.ſ.de pœnis.c.ſi.[Iuriſdictionem.] Quia ordinarius eſt cunctorum,vt no.ſ.ſuper verbo,ſubiectionem.[De iure] Subaudi, vel conſuetudine. ſ. de foro compe. cum ſit generale. ſed de illis non agitur hic. [Pertinentium.] Alias ſpectantium. ſuper quo vide,quod no.ſ.eodem.c.j.& ſ.de iudi.nouit.§.j. verſic. cum enim.& dc foro compe.ex tenore.§.nos igitur. & intelligas hoc de enormibus& vulgatis criminibus,xxvi. q.vi.c. fi ſecundũ d.n.[Pœnitentias] quod dic, vt legitur & notatur.ſ. de offi.archipresby.officium.§.confeſſiones. Et no.ꝙ iſte articulus & ſequens pertinet ad laicos.Item no.ꝙ petendo iura epiſcopalia ab abbate videor proſequi non ſolum ea.in quibus monaſterium mihi tenetur,ſed etiam ea,in quibus clerici & laici ſuarum capellarum ſunt mihi aſtricti.argumen.ſ.de offi.archidia.dilecto.ſ.de præſcriptis.auditis. & hoc ideo eſt , quia abbas hæc iura poſſidet in clericis & laicis,qui ſi ſuper his conuenirentur,poſſent abbatem tanquam dominum in iudicio nominare, vt no.ſ. de maio.& obedien.inter quatuor.[Sacramentorum omnium.] ſcilicet ordinis & confirmationis.ſ.de tempo.ordi.ꝙ translationem. & de ſacra vnc.c. vnico.§.quia vero ver. per frontis.& matrimonij,quando de ipſo querela oritur. ſ.de conſang.c.j.§.fi.ſ.de excel.præla.accedentibus.& ſic hoc ſingum vniuertale omnium, his tribus appellatis contentum poteſt eſſe. Vel dicas omnium.ſ. ſacramentorũ ecclesiæ,quæ ſunt.vii.vt notatur. ſ.de ſacramen. non iterandis.ca. ſin.quod ſequitur. Quinimo & ſecundum d.n.ſub hoc verbo cõ prehenditur ordo,dedicatio eccleſiarum, conſecratio virginum, & omnia ſacramenta ſecundum.d.n.& ea,quæ epiſcopalis ordinis ſunt quod dic, vt no. ſ.de elec. ꝙ ſicut.§.præterea.quamuis & quædam ſacramenta a ſimplicibus presbyteris exhibeantur .vn de expone id qđ ſcq ſ.[Ab epo] Subaudi, vel ab ipſo incurato & in inſtituto,nam ea, quę a tali conferuntur, ab ipſo , cuius in hoc vicarius eſt conferri intelliguntur:quia ille facit, cuius authoria te ſit. ff.de adminiſtra.tu.ita autem.§. getiſſe.ſ.de ſenten. excom. mulieres.in fi.cum ſuis concor. & ita ſupponit pro omnibus eccleſiæ ſacramentis, quorum quinque poteſt ſimplex capellanus conferre,ſic ergo a ſolo epiſcopo , vel ſacerdote proprio. i. incurato ſunt talia recipienda, vbi hic parer.& no.ſ.eo.paſtoralis.§ præterea.ver.ad quod dicimus. ſuper verbo,in morris articulo. Quid ergo de his , qui talia preſumunt recipere ſine illius, vel illius in
a ſuis caſibus licentia ſpecialiter? i quidem minime ſunt abſoluti,qa ſententia à nõ ſuo iudice &c. vt.ſ.de conſuetu. c.iii. §.j. cum ſuis concor.nec in talibus prodeſt conſuetudo contraria,vt ibi & ſ.eo.
9 Et eſt ratio, quia conſuetudo † neminem exterminat,ſed quemlibet admittit.cum communis ſit.viii.diſt.conſuetudo.Initi.de iure natura. §.ex non ſcripto. Talia tamen non niſi diligenter examinato,& reperto idoneo ſunt ali.quatenus committenda,vt pater.ſ.c.proxi.& ſ.de eta.& quali.c. penulti. & de elec. nihil eſt j.q. j.§.ecce cum honoris.Et quia ex tali conſuetudine dirumpi contingeret neruum eccleſiaſticę diſciplinæ, quam papa de conſenſu fratrum indicat irritandum. ſ.de conſue.cum inter vos.§.fi.&
10 quia qui vſurpat † vicariam epiſcopi , excommunicatus eſt ipſo iure,vt legitur & no.ſ. eo. qñ in plerisque.Et ſunt hęc vera quãtum ad ſubditos allegantes ꝙ de conſuetudine poſſunt ſibi eligere confeſſores quos volunt. Si autem dicant ꝙ aliquis certus,puta,decanus vel archidiaconus , vel ſimilis non priuatus , ſed in dignitate conſtitutus. poteſt de conſuetudine audire confeſſiones eorum,talis conſuetudo non excuſat,qnia & curam ſibi non tribuit, quod dic, vt no.ſ.de pœnit.omnis.rñ.ſuper verbo. proprio.& ſecundum hoc intellige, quod no. in ſumma de pœnit. cui conſi tendum.ſub. §.cui Imperator.Cauteant ergo ſibi abbates,& canonici eccleſię cathedralis, & quilibet alii qui immediate epiſcopis ſubiacent , nec ad ipſos recurunt pro confeſſoribus eligendis. quia in hoc non inuenio priuilegiatos in iure , niſi epiſcopos & ſuperiores ſuos. ſ. de pœnitentijs. ne pro dilatione. quod priuilegium etiam,cum generale ſit,non puto extendi ad illa , quę no. & ſpecificata ſunt.ſ.de renuncia.niſi cum pridem.§.propter conſcientiam.reſpon.i.argumen.in eo,quod legitur , & notatur ſ.de offic. lega. quod tranſlationem. & c.niſi ſpecialis. Quid ergo de his , qui hoc hactenus non ſeruauerunt , & mortui ſunt. Non
11 † damnamus mortuos, ſed Dei iudicio reſeruamus.argumen.ſ. de conſecra. eccleſia. vel alta. aqua. & ſecundum hoc intellige, quod no.in ſumma.de pœnit.§.cum confitendum ſit.ſub.§ culpa triarcha. [Synodum.] verſi. Hic ſpecificantur illa , quę ad legem
12 † diœceſanam pertinent.[b] Et no.ꝙ ſynodus dicitur ſpectare ad le
b gem iuriſdictionis, quamuis antiqui hic no.contrarium , quod dic,vt no.ſ.eodem.dilectus §.vnde.ſuper verbo,ad legem iuriſdictionis.& hoc etiam patet ex eo, ꝙ ad ſynodum venire tenentur etiam omnes abbates nedum canonicorum & omnes alij incurati, quod dic,vt legitur & notatur. ſ. de maiori.& obedien. quod ſuper his.[Synodatici.] ſic vocati . quia in ſynodo ſoluitur.Cathedraticum vero vocatur,quia epiſcopo tantum. qui præeſt cathedrę , ratione ipſius in ſignum ſubiectionis ſoluitur,vt in iuribus ſigna. in ſequentibus glo. ſub cuius nomine non eſt ſimoniaca peſtis pallianda,vt ſ.de ſimonia.ea quæ.& c.inrantum.[Duos ſolidos.] Qui dantur in ſynodo.ſ.de cenſibus. olim. & in honorem cathedrę.x.qõ.iii.placuit. Tenentur ad hoc cathedraticum præſtandum epiſcopo omnes eccleſiæ & capellæ, exceptis monaſteriis abbatialibus,& exceptis batilicis exemptis,& quæ vtroque iure ad monachos ſpectant inſolidum , ſic intellige. xvi.qõ.j.cum pro vtilitate.v.q.iii.inter cætera.xvi.q.ii.viſis.ſ.de capel.monachorum.in eccleſijs. ſ. de priuile. cum & plantare §. in eccleſijs. & c. quoniam.& c.cum capella. Quamuis autem ad hoc non teneãtur monaſteria,vel exempti,tenentur tamen ad ſeruitia conuentionalia,vel retenta. ſ. de cenſibus. quanto. vel conſuetudinaria, vt xviii.q fi.ſeruitium. & c. Eleutherius. ad hoc tamen cathedraticum non tenentur,vt dictum eſt, & ſunt iſti ſolidi vſualis monetę.ff.de legatis iii.numuis.quod dic,ſicut plene no.in ſumma de cenſibus.§.ex quibus cauſis.reſpon.j.& ver.ſequen.[Quartam
13 decimationum.] Contra:quia decimę † ad eccleſiam parochialem pertinent de iure communi.ſ.de decimis. cum contingat. Solu.

ADDITIONES.

a ¶ Abſoluti.Adde hoc uerum eſſe per textum in c.ii.§.j.de pœnitentijs & remiſſ. libro ſexto.

b ¶ Quę ad legem diœceſanam pertinent. Adde late .per do.Ab.

Solu. Verum est salua canonica episcopi, vt in eodem. titu. quoniam. & c. dudum. & hic. & x. q. iii. vnio. & xii. q. ii. Vulteranę. & v. c. sequentibus. & de hac materia tangitur. ſ. de præscrip. de quarta. & plenissime tractatur in summa de sepulturis. sub. §. vetus est quæstio. & §. sequen. [Et mortuariorum]i. pro animabus a mortuis relictorum, quod dic, vt legitur & notatur. ſ. de testamen. officii. & c. requisisti. & ſ. de verborum sig. ex parte. iii. [Visitatione quoque.] Hæc ad legem iurisdictionis pertinent, quamuis hic interferant inter ea, quæ spectant ad legem diœcesanam, vnde & monasteria hanc subire tenentur, si non sint exempta, & omnia alia pia loca, vt legitur & plene notatur. extra. do no. de censibus. Romana. §. i. lic. vt. [Annuam.] De hoc dic, vt no. §. de offi. archi. mandamus. omissa. glo. quæ hic superflue iteratur. [Ad eas.] Scilicet ecclesias, seu capellas. [Pentatis.] Ita quod a pauperibus nihil perat. j. q. ii. placuit. x. q. iii. cauendu. Alii dixt. q & a pauperibus aliquid est petendum, sed ne grauentur, plures congregabuntur in vnum. ſ. de censibus. cum instantia. sed illud verum est in procurationibus, ar in cathedratico secus secundum d. n. hæc tamen litera magis fouet vltimum intellectum, vnde dic, vt in sequen. glos. [Facultatibus.] Quia in nullo casu ecclesia est grauanda, quod dic, vt no. §. eodem. respon. i. super verbo, minime sufficere. & §. de offi. archidi. mandamus. [Ne plus cæteris.] Quia ad illud tenentur, quod aliæ faciun', & non vltra, vt ſ. eodem. c. in fi. ſ. de censibus. ecclesijs. & §. de offi. archidia. c. fina. §. fi. in verbo, in huiusmodi abbatiis. cum suis concordan. nec debet vni fieri remissio, tq aliis fiat tribu atio. xxxv. qō. j. §. his ita. circa. finē. sed & dignum est, vt qui similem vitā cum aliis eligunt, similem sentiant disciplinam. ſ. de statu monacho. reconlentes. §. j in fi. & §. fi. ad
14 fi. [Onerentur.] Et ita† dixerunt quidam omnia, quæ hic continentur, de iure communi ad episcopum pertinere. & idem de
15 his, quæ legun'tur. ſ. de præscrip. auditi. Sed d. n. notauit hic contrarium dicens q quarta decimarum & mortuariorum non debetur iure communi, salua tamen sua reuerentia de iure communi debetur quarta. ſ. de decimis quoniam. quamuis quota, scilicet media, vel tertia de consuetudine debeatur, & ita loquuntur iura, quæ hic induxit. x. q. i. de his. & c. ad hæc iquos. & qō. iii. vnio. & c. nec numerus. ſ. de testamen. requisisti. ſ. de sepultu. certificari. Et ipse idem do. n. postea ita sensit, & sic diffiniuit in causa, quā habuimus contra hospitalarios sancti Ioannis Hierosolymitani super villa de Mamiamiasta Sittaricensis diœcesis, dum curam & administrationem, Sittaricen ecclesiæ teneremus, in qua fuit auditor dominus Ioannes Gaietani sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis. Dicas igitur, q si episcopus iura episcopalia perierit in genere, & pro ipso sententietur, sententia mandabitur executioni quantum ad omnia supradicta, quæ de iure communi debentur. Illa vero, quæ debentur ratione consuetudinis, non venirent in sententia, nisi esset specificata, vel niti dictum esset in petitione. peto iura episcopalia quæ mihi debentur tam de iure communi, quam de consuetudine speciali, tunc enim si negaretur consuetudo, ipsa probata mandaretur executioni etiam quo ad ea, quæ ratione consuetudinis debentur, sicut est denarius sancti Petri. & procuratio archidiaconi, quæ non de iure communi, sed tantum de consuetudine debentur, & sic loquitur ſ. de præscrip. auditis. nec potest reus actorem cogere ad hæc iura exprimenda: quia generalis, siue vniuersalis petitio sufficit, quam & consimilis sententia sequitur, sicut patet in petitio-
16 ne hæreditatis† quæ vniuersalis est. ff. de peti. hæredi. l. j. ii. & iii. & l. illud. § penul. & fina. & l. si quo tempore. in qua & si post sententiam negetur res hæreditaria, probato de plano, q hæreditaria erat, mandabitur sententia executioni argumen. ff. de re iudica. a diuo Pio. §. si verum. & sequenti. Supradicta vero, quæ de iure communi debentur, probari non oportet: quia certa sunt, & in iure scripta. De generalibus autem, vniuersalibus & specialibus, de quibus notauit hic do. n. dic, vt plene notatur in distinct. §. de electio. querelam. & ſ. de libel. obla. c. ii. & iii. ¶ Tu autem]iii. pars [Moderatum auxilium.] Scilicet charitariuum, vt sequitur. [Lateranensis concilii.] ſ. de censibus. cum apostolus. §. inhibemus. [Si manifesta & probabilis.] Alias rationabilis, puta, quia fecit magnam emptionem, vel eundo ad Papam vel Imperatorem, seu, litigando pro iure ecclesiæ suæ graues expensas subiit, vel quicunque alius casus super imminens incidit, propter quem supportandum necesse habet hoc subsidium postulare. Ideoque est sibi contributio facienda. argumen. ſ. de statu monacho. in singulis. §. j. & c. sequen. § hæc eadem. & ſ. de præsump. mandata. & legitur & notatur. §. de electio. vt præterite. quod intelligo, nisi in hunc casum inciderit culpa sua, sicut no. si. §. de ætate & quali. c.
17 j. Quid enim si propter† prodigalitatem suam egeat sibi imputet, argumen. §. de consuetu. ex parte. quod dic, vt nota. in summa de censibus. §. fi. ante fi. ver. & nunquid episcopus potest redemptionem. & ver. sequen. vsque in finē. [Extiterit.] Hoc ideo requiritur: quia aliter cogi non posset suus ditus, quod dic, vt no. ī summa de censibus. §. ex quibus cautis. ver. quid si subditus dicat. [Cum cha-
18 rita. e.] Hoc ideo dicit: quia † non debet esse violentus exactor ad modum laici, argumen. ſ. de censibus. ex parte. vnde & debet
19 † pauperibus & oppressis parcere. ſ. de censibus. licet. & argumen. j. q. ii. placuit. x. qō. iii. cauendum. Vel hoc dicit instruendo prælatum, vt cum quadam charitatis humanitate loquatur. q. d. omni
20 bus congregatis. Charissimi fratres† ego ex tali causa egeo, & nota est pauptas mea oibus plusquā vellē, cuilibet vestro ꝓximo te nemini ex ꝑcepto diuino, ex quo & sequitur, q ex debito charitatis tenemini etiam culibet indigenti in necessitatis articulo subuenire. lxxvi. distin. non satis & c. patce. multo fortius mihi tanquam superiori vestro & capiti. ſ. de præscrip. cum non licear. & cum totus episcoparus iste vna ecclesia, sit sponsa mea. vii. qō. i. sicut vir. absurdum esset, q videret me pro ipsa ex vna parte laborantem, & ex altera mendicantem, sicut dicitur, alias de sponsa corporali. ff. de re iudi. non tantum. & l. & si fideiussor. §. fina. Nō ergo expectetis compulsionem: quia trāgressores præceptorum, & maxime tanti præcepti possunt non immerito coerceri. xiii. quæst j. quod præcipitur. Non exhibeatis ergo vos mihi seruos, vel rusticos, qui semper faciunt se compelli, sed potius in subueniendo largifluos & nobiles, & deuotos, & inducat illud, quod legitur & notatur. ſ. de donationibus. c. i. [Pro necessitate temporis.] Quæ legem non habet, vt no. §. eodem. quoniam. §. j. verū. sed si propter.

SVMMARIVM.

1 *Laici clericis opido sunt infecti.*
2 *Dissoluti & fracti moribus, non recipiuntur.*
3 *Clerici seculares non debent cum monachis prebendas recipere.*
4 *Signum uniuersale affirmatium omnia includit, & negatium omnia excludit.*
5 *Habitus diuersitas scandalum generat.*

CAP. XVI.

Tiuxta, & infra. Indecens] A quo debet quilibet clericus abstinere. ſ. de vita & hone. cleri. cum ab omni. & c. clerici officia. cum & laici, & leges humanæ hoc considerent, vt ff. de iniu. nup. semper. nam vt generaliter dixerim, ea, quę pietatem, æstimationem i. famam, seu verecundiam nostram lædunt, vel contra benos mores, vel contra iura fiant, seu etiam deteriora sunt, nos facere posse credendum non est, vt ff. de condi. insti. condictiones. & l. filiur. [Seculares inter sint]. laici, & sic supponit pro mere secularibus, non pro mixtis, qui admittuntur, vt sequitur. ad quod accedit quod no. §. eodem. licet. rñ. i. ver. vt tam circa. in verbo, clerici seculares. Vel dic, vt ſ. no. Laici vero admit-
1 tendi non sunt: quia† nouis opido sunt infecti. ii. q. vii. laicos. & c. laici. sed nec congruit aduocatos admittere: quia de plano & sine strepito (tubaudi aduocatorum) debent talia expedire. ſ. de accusa. olim. & cohærere atque coniungi non possunt, quibus studia sunt diuersa. xvi. q. vii. in nona. per quod videtur, q nec clerici seculares admitendi sint, quod dic, vt no. ſ. super verbo, vt nullos
2 de cætero seculares. [Dissolutionis materia] Dissolutos† & fractos moribus non recipimus, vt xli. distin. parcimoniam. xxi. q. iiii. per
3 totum. & per hoc videntur prohiberi etiam clerici† seculares, qui nec debent præbendas cum monachis obtinere. ſ. de statu monacho. ea quæ. §. præcipimus. [Vt nullos de cętero, seculares.] Subaudi, etiam clericos. quod innuit signum vniuersale nullos, sicut
4 enim signum† vniuersale affirmatiuum omnia includit, vt ſ. de maio. & obe. solite §. penul. in fine. ita a contrario, & negatiuum omnia excludit, sed si sic intelligas, statim infra contradicit, ideo dic seculares etiam clericos in habitu seculari, vnde & sequitur. [Nisi duos vel tres &c.] Ergo archiepiscopus potest secum ducere tres de canonicis suis. Sed contra: quia non potest nisi duos, argumen. ſ. de clericis non resi. de cętero. & c. ad audientiam. Solu. Illa loquuntur in episcopis, ista in archiepiscopis, vel illa loquuntur in canonicis, qui contin'ue equitant cum prælatis percipientes ꝓbendas suas ac si residerē, quod dic, vt ibi no. hic aūt loquitur de his, qui secum vadunt quando visitat, qui non sunt secum nisi per paucos dies, & sic ecclesia non grauatur. Requiruntur autem duo, vel tres in hoc casu: quia in ore duorum, vel trium &c. ſ. de testibus. in omni. [De canonicis] Cum quibus debet hoc officiū exercere. xv. q. vii. episcopus nullius. lxxxvi. distin. si quid vero. ſ. de accusa. qualiter. ii. rñ. i. ver. debet. quod intelligo, si sint idonei: aliquin contra. ſ. de verborum sig. abbate. in fine. quod dic, vt nota. in summa eodem. ti. §. quid pertinet. sub. §. sunt autem. ante finē. versi. quando autem prælatus. [Ecclesiæ suæ.] Scilicet Remensis, qui & seculares sunt, sicut patet, ergo seculares clerici admittuntur, non tamen in habitu seculari, vt legitur & notatur. §. eodem. super verbo, vt nullos de cætero. [In decenti habitu.] Scilicet regulari, puta, capa rotunda, & super pellicio, in tali, scilicet habitu, in quo intrant chorum argumen. ſ. de vita & honest. clericorum.
5 clerici officia. versi. capas. Consueuit enim diuersitas † habitus scandalum generare, vt in eodem. titu. Deus qui. Sed contra. ſ. de regula. c. iii. Solu. ibi loquitur de eo, qui continuę defert habitū, & fingit se fingit se religiosum cum non sit, & de habitu monachali, cui non congruit professio secularium clericorum, nec etiam canonicorum regularium, vt §. de ætate & quali. intelleximus. Hic autem loquitur non de fingente, sed de illo, qui ad tempus & ex cā assumit habitum sibi conuenientem. [Religiosis] Non intelligo tantum habitu, quantum vita & moribus etiam religiose & honeste viuentibus industriis, ac expertis. ar. §. eo. inter cætera. §. fi. & ſ. de regula. porrectum. §. vnico. & c. consulti. §. vnico. vertitur secundo. De his ergo siue religiosis professione, siue etiam secularibus clericis idoneis, & in decenti habitu pōt ducere quotcunque viderit expedire. In canonicis vero posuit numerum, ne forsan si totum capitulum duceret, remaneret cathedralis ecclesia canonicorum ministerio destituta, quod semper cauendum est, igitur in hoc casu considerata mente, non verbis, vel plures de canonicis poterit, vel pauciores debebit ducere, considerata idoneitate & numero eorundem quod dic, vt notatur. ſ. de cleri non resid. ad audientiam. & secundum hoc intellige glo. summæ superius allegatam. [Introducat.] Hoc ius commune, & æquum est secundum d. n.

SVMMARIVM.

1 *Vulgare Gallicum, emendę leuantur pro excessibus.*
2 *Actoris intentio quomodo fundatur.*
3 *Sententia lata super una lege non debet alij obesse.*
4 *Pęnæ moliende sunt semper ex causa.*
5 *Statutum an ualeat, quod pro homicidio non imponatur nisi pœna pecuniaria*
6 *Leges duæ sunt in quibus vniuersa episcoporum potestas consistit.*
7 *Possessio dulcis, quę sit.*

CAP. XVIII.

Electus filius. Homines quinq; parochiarum] Proprium nomen est secūdū se. sicut dicitur episcopus Quinq; ecclesien. §. de post. præl. bonæ. ii. §. verum. & secundum hoc vna pars est, & vnica ecclesia, & debet sic scribi quinqueparochiarū. secundum alios vero sunt duæ partes & quinque parochiæ, & debet sic scribi quinque parochiarum, sed propter hoc, vel illud nō mutatur ius, & ideo non insisto. [Pro suis excessibus.] Sic leuan-
1 tur† emendæ pro excessibus, hoc enim importat significatio huius verbi, quod vulgare est Gallicorum, & sic multi iudices seruant. Sed contra. ſ. de præ. licet. dic, vt no. ſ. §. vnde præfatus. super verbo. deinde. [Compelluntur] q. d. quandocūq; committunt furta, homicidia, vel alia delicta, & fit condemnatio in pecunia, tertiam partem consueuit monasterium recipere & habere, & consuetudo dat iurisdictionem, vt leg. & no. §. c. irretragabili. §. excessus. [Ab antiquo] Hic innuit, q vsus præscriptus erat, alias non esset consuetudo, vt le. & no. §. de consue. c. fi. Et no. † q ad fundan
2 dam intentionem actoris, vbi de iurisdictione agitur, sufficit proponere & probare, q sic est ab antiquo hactenus obseruatum, vt hic patet. ad idem. §. de transla. epi. quanto. §. j. ſ. de fo. comp. cum contingat. & idem in electionibus, pedagiis, & similibus. ſ. de ver. sig. abbate. & c. super quibusdam. §. j. ſ. de censibus. pertenit. & sūt hæc iura in argumentum contra principes, qui & castra & iurisdictiones occupant ecclesiarum, nisi ostendatur titulus, quem requirunt, contra iura. C. de rei ven. l. fi. C. de peti. hæ. cogi. ſ. vt bene fi. ee. c. vnico. §. j. nam sufficit, q ab antiquo sic fuerit obseruatū, vt hic innuit. licet secus sit in ecclesiastico. ſ. de præscrip. si diligenti. quod dic, vt plene no. in summa de præscrip. sub rubrica. de ꝓscriptionibus rerum immoblium. §. quæ exigantur. sub. §. quarū. ¶ Cūque]ii. pars. [Prædecessor noster.] Nobis tunc in minori officio constitutis. §. de elec. querelam. rñ. j. [Sufficienter instructā.] Aliter non debet fieri relatio, vt no. §. de ele. dudum. i. §. cum autē. post prin. [Dictus.] ver. in decisione. si. ſ. de re iud. cum l & A. § j. ver. a qua. extra. d. n. de rebus ecc. non alie. dudum. lib. vj. & ſ. de ꝓcu. c. j. in prin. & ſ. de iudæ. ad liberandam. cum suis concor. [Eps] Contra quem abbas agebat. [Impediuit.] Huic debuit iudex occurrere ex officio, quod dic, vt no. §. de offi. dele. prudentiam. §. sexta. [Ecclesijs] ipsius monasterij, alii tamen (secundum Ia.) imo in quibusdam ecclesijs de prædictis quinque parochiis. secundum alios non est vis, vt §. no. [Ad legem diœcesanam.] Non iurisdictionis, & sic etiam si vna & eadem sit ecclesia, sententia lata su-
3 per† vna lege non debet alii obesse, quod dic, vt in sequen. §. in fi. ¶ Vnde præfatus]iii. pars. [Abbas] Ergo abbas habet iurisdictionem, quod dic, vt no. §. de of. dele. P. & G. & de of. arch. c. fi. rñ. j ver. honesta. sed cum hic videatur loqui de temporali pœna signo cōtrarium. ſ. de sta. mo. recolentes. Solu. ibi loquitur de Cisterciensibus, & temporali pœna prouenienti ratione temporalis iurisdictionis, & est exhortatio siue consilium, non præceptum, vt ibi no. hic autem loquitur de aliis, & quando pœna prouenit ex spirituali iurisdictione, & ostendit quid iuris possit esse. [Vt cum citatio.] Dicebat abbas, q orta ecclesiastica quæstione inter homines dictarū parochiarum citatio ad abbatem solum spectabat, examinatio vero & decisio quæstionis ad dictum episcopum Veneten. & eundem abbatem communiter pertinebant, & emendæ similiter diuidebantur inter eos, ita q abbas debebat habere tertiam, & episcopus duas partes, sed quia episcopus non permittebat abbatem hoc iure vti immo inquietabat & molestabat eūdem super prædictis, ideo de communi consensu fuerunt hmōi licentiæ ad hos iudices impetratæ, sicut ex integra colligi pōt. [Ac emendę] i. iustitiæ, quæ leuantur a partibus communiter. Sed cōtra. ſ. de vi. & ho. cle. cum ab omni specie. So. Ibi loquitur de delegato faciente illicitam pactionem hic autem de ordinario, qui & si magis astringitur ad gratis reddendum officium, ar. §. e. inter cætera. tamen super hoc potest habere consuetudinem certam & moderatam, qua vti potest, ar. ſ. de simo. ad apostolicam. §. fin. potest etiam leuare sportulas secundum ea, quæ no. in d. c. cum ab omni. & secundum hoc non obstat. ſ. de pœn. licet. immo secundum hoc diuersi casus sunt, non aduersi. Vel dic. [Emendę] si pecuniariæ, quæ leuantur pro excessibus commissis. Potest enim iudex. quando de crimine non per modum accusationis, sed ciuiliter agitur, pœnam ordinariam temperare, & in pecuniariam vel aliam commutare, vt ff. de pœ. respiciendum. & l. aut facta. & l. hodie. C. ex quib. trau. infa. irro. & si seuerior. ff. de his qui no. īfa.
4 quid ergo. §. pœna grauior. Quinimo† & ex causa semper moliendæ sunt pœnæ, vt no. in summa de pœnis. §. fi. Nec ob. q monasterium hoc percipit: quia elemosina est, si daretur alii pio loco. ar. ſ. de do. consultationibus. & sic non obstat. ſ. de pœnis. licet. quę loquitur in priuata persona. Vel quando hoc fit causa auaritiæ
5 venalis. Vel sic. Hic loquitur† quando statutum, a vel consuetudo
a est, q qui furtum, vel aliud crimē commiserit. soluat certam pecuniæ quantitatem, quod dic, vt leg. & no. ſ. de delic. pue. c. ii. Vel melius dic, q abbas poterit alicui de officinis, vel aliquibus indigentibus talia deputare, sed & si egeat, suam euidentem inopiā exinde poterit releuare. & idem dicas de episcopo si egeret: quia ordinata charitas hoc requirit, vt no. §. de vsu pal. niti specialis. & expressum videtur in Auth. de sanc. ep. §. Deo amabiles. & §. si autem ecclesijs. ver. si autem œconomi. alias autem non imburſabunt talia, si meo consilio acquiescant, quod dic, vt no. §. c. irrefragabili. §. fi. & hoc intelligas, quando de criminibus agitur ciuiliter, vt §. vel etiam inter laicos de criminibus quantumcūque grauibus ciuiliter: nam si criminaliter, non posset hoc petere nisi ratione regalium, & tunc etiam oportet, q habuerent laicum deputatum ad talia exercenda. ſ. ne cle. vel mo. sententiam. sed etiam si ageretur de maioribus criminibus inter clericos ad degradationem criminaliter, tunc non posset abbas consuetudinem aliquā allegare. ſ. de excess. præla. accedentibus. & sic non obstat hæc decre. his, quæ no. §. c. irrefragabili. §. excessus. sed & potest hoc intelligi de emendis excommunicatorum, quod dic, vt no. ſ. de simo. ad aures. [Ad legem iurisdictionis] Hic nota differentiā inter has
6 † duas leges, in quibus vniuersa potestas episcoporum, consistit,
b quæ enim sint illa, quæ spectant ad l. iurisdictionis, b habuisti in textu & in gl. §. eo. cōquerente. §. j. ver. habeas canonicam. & consistunt omnia illa in actione, sicut est conferre beneficia, iudicare, punire, obedire, & alia similia. Ea vero, quæ pertinent ad diœcesanam, consistunt in passione dulci siue receptione, sicut est recipere synodaticum, quartam decimarum, & mortuariorum, & si qua possunt similia reperiri, vt habuisti in textu & in gl. §. eo. cō querente. §. j. ver. finodum. Quamuis autem secundum antiquos Doctores, quos in hac parte secutus sum in signandis versibus suprædictis, synodus sit de lege diœcesana, tamen conuocare synodum, siue tenere & præsidere, & contemnentes punire non sit pati, sed agere. secundum hanc suam doctrinam eādem, quam tradunt synodus, videtur potius spectare ad legem iurisdictionis. §. diœcesanæ, contra hoc, quod intendunt. Quod ita sit, probatur. ſ. de maio. & ob. q super his. vnde & dominus noster notauit hic, q quamuis antiqua distinctio de prædicta lege duplici hic approbari videatur, tamen mirabiie videtur, q collatio sacramentorū dicatur esse de lege iurisdictionis, vnde melius est, q dicamus, q vna lex tantum est, quam habet epūs in ecclesijs sibi subiectis. scilex diœcesana, sub qua & lex iurisdictionis & totum ius epale comprehenditur, secundum d. n. qui & de his legibus notauit. ſ. de sta. mo. c. j. Cętera, quæ circa hanc materiam deficiunt, dic, vt no. §. c. conquerente. & in summa eo. ti. §. quid pertinet. sub. §. sunt autem. quod & intellige quantum ad sinodum secundum ea, quæ no. hic. & ſ. de maio. & obe. quod super his. [Noscantur] Quę diuersa est a lege diœcesana, vt pater in præced. gl. Quamuis autem sic diuersificentur, quandoque tamen lex diœcesana compræhēdit

ADDITIONES.

a ¶ Statutum. Adde vtrum ualeat statutum, q pro homicidio non imponatur, nisi pœna pecuniaria, vel pro alio crimine. do. Feli. post illum in rubri. de homici. ſ.

b ¶ Ea, quæ pertinent ad legē iurisdictionis episcopalis, consistunt in actione, ea uero quæ pertinent ad legem diœcesanam consistunt in passione. Adde d. Ab. hic, qui enumerat ea, quæ pertinent ad legem diœcesanam

dit sub se legem iurisdictionis, & econuerso. Ponitur enim sæpe vna pro reliqua, vt patet. j. de regula. ex parte. §. fi. j. de præscrip. auditis. j. de resti. in integrum. auditis. [Vlterius] Quia nimis est protelatum, alias alterius. s. legis. q. d. sententia lata super lege diœcesana non debet obesse quo ad l. iurisdictionis, cum diuersæ sint leges, sicut & sententia inter aliquas personas lata, non nocet aliis, vt le. & no. j. de re iud. c. pe. Generaliter enim traditur, qp pactum super vna re vel cum vno habitum, alii non nocet. ff. de pactis. si vnus. §. ante omnia. alias incipit. & in summa. & j. de transactio. veniens. §. fi. Idem & in sententia, vt dictum est. Quinimo nō nocet etiam super eadem re, dummodo sit alius modus agendi, vt legitur & no. j. de testi. veniens. ii. §. nos. igitur. & ideo pro abbate sententia datur in sequenti. §. ¶ Cum ergo. iiii. pars. [Prædicta.] Sic citatio causarum &c. vt s. §. prox. [Existant.] Cum in actione cosistant, vt s. no. [Huiusmodi sententia.] Lata pro episcopo quo ad
7 legem diœcesanam, vt s. c. §. dictus. quæ constitit ſin dulci pallione seu receptione, & sic diuersa est a prima, vt no. s. §. prox. & no. qp quamuis contra capellas potuerit dari sententia quantum ad hanc legem, non tamen contra monasterium, quod exemptū est ab hac lege: sed nec lex ista potest adiudicari alii, quam episcopo, nisi ex priuilegio sedis apostolicæ speciali, vt patet in eo, quod le. & no. s. eo. conquerente. §. j. ver. fin. dum. [Procedatis.] Si. s. de offi. dele. super quæstionum. rñ. j. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Capellę sunt exemptę a potestate cuiuslibet ordinarij,*
2 *Actio licet detur exisententia arbitri, non tamen infamat.*
3 *Ius commune sequens, non derogat priuilegio speciali.*
4 *Errorem preprium reuocare magnę prudentię est.*

C A P. XIX.

Rauegerimus. In tua diœcesi] Non tamē sunt de tua diœcesi. nec tibi subiectæ, priuilegio exemptionis obstante, vt sequitur. [Spectantes.] Pleno iure. j. de priuil. quoniā. [Nullam] Ideo non est contraria decre. ista his, quæ no. s. e. quan
1 to. & c. j. secundum d. n. [Iurisdictionem] sunt ergo ſexemptę capellæ a potestate cuiuslibet ordinarii. j. de priuil. ex ore. in fi. vnde debet diœcesanus, vel aliquis alius intromittere se de ipsis. s. eod. duo. s. de sup. ne. præl. c. ii. §. fi. excepto papa, cui omnes subsunt. ix. q. iii. cuncta. & c. per principalem. alioquin si exemptionis priuilegium non obstaret, plenam ordinariam iurisdictionem obtineret episcopus in capellis. xi. q. i. de persona. j. de reli. do. de xeno dochiis. & c. cum venerabilis. §. pe. [Ordinariam aut etiam delegatam.] Quę alias vocatur extraordinaria. j. de proba. quoniam contra fallam. De compromissaria vero mentionem non facit, quia non est proprie iurisdictio, sed potestas, quæ ex conuentione legem accipit. ff. de arbi. non distinguemus. §. de officio. nam & si arbiter contumaciam aliquo modo punire possit. ff. de arbi. non ex omnibus. non tamen per censuram ecclesiasticam: quia illam non possunt transferre partes in homine carente iurisdictione ordinaria, nec in illo transferūt, sed potestatem, quam habet in se, prorogant, quod dic, vt legitur & no. s. de offi. deleg. P. &
2 G. & quamuis ex sententia† arbitri detur actio, vel exceptio secū dum quod legitur & no. j. de arbi. per tuas. non tamen infamat: quia non per omnia sententia est, vt ff. de his qui no. infa. quid ergo. §. ex compromisso. [Occasione literarum.] Quia non extenduntur ad hoc, si. s. e. licet. & est ar. qualecunque, cp per generale mandatum posterius priori speciali non derogatur, de quo in posteriori mentio non habetur. fi. s. de rescrip. abbate. Item cum literæ secundum ius commune fuerint impetratæ, & capellę pri
3 uilegiatæ sint, patet, cp iust commune sequens precedenti non derogat priuilegio speciali. fi. s. de rescriptis. cum ordinem. Item arg. cp Papa per suas literas non intendit alieno iuri, de quo nulla fit mentio, præiudicium generare. sic. s. de offi. delega. super eo. cum suis concor. [Transmissimus.] Incitando officium suum, non delegando. Alioquin contra. s. de offi. dele. fane. ſm Gof. quod intelligi potest etiā quo ad istas ecclesias, si de exemptione fieret mētio, vt le. & no. s. de of. leg. quod trāslationem [Interdicti ac in clericos] Habes ergo hic, cp loca interdicuntur, sed personę suspenduntur, Hæ enim sententię in quibusdam conueniunt, in quibusdam discrepant, quod dic vt no. extra d. n, de senten. excom. cum medicinalis. §. & hęc eadem, lib. vj. [Promulgasti] Et male. [Quā quam] versi. [Abbas eiusdem monasterii.] Capitis. s. sancti Anastasij de vrbe, ad quod pertinent pleno iure, vt s. no. [Corrigere sit paratus] q. d. duobus modis peccauisti. Primo quia tu non es iudex, vt s. dixit ibi, nullam iurisdictionem &c. & sic sententia a nō suo iudice &c. s. de consue. c. iii. Secundo quia & si capellę exemptę non essent, tamen non deberes te intromittere de correctione, nisi in defectum abbatis, vt s. e. quanto. §. fi. secundum Goffr. & secundum hanc lecturam habes hic expressum argu. cp abbas vnius episcopatus in alio episcopatu pro tribunali seder. sup quo vide, quod no. s. e. quanto. §. fi. & de of. leg. nouit. Item secundum hanc lecturam est ar. cp primo spectat correctio ad abbatem. s. e. quanto. §. fi. quod potest intelligi, quando abbas de consuetudine hanc iurisdictionem habet, exceptis grauibus, quod dic, vt no. s. e irrefragabili. §. excessus. & de of. archi. c. fi. §. fi. super verbo, dū taxat. vel subaudi maxime, quia hoc nihil hic operatur secundū B. fm d. n. ¶ Mandamus] ii. pars. [Prudenter corrigens] Magnæ. n.
4 prudentiæ †est errorem proprium reuocare, vt hic. & xxii. qō. iiii. magnæ. j. de accu. qualiter. j. Caute tamen hoc faciendum est, vt patet in ſe. gl. quod dic, vt plene no. s. de vsu pal. nisi specialrs. [Relaxes] Quatenus de facto tenent, vel. i. relaxatas esse ostendas, certum. ſt enim, cp cum capellæ exemptæ essent, sententiæ nullę fue
a runt, avnde debuit dicere sententias nullas fuisse declares. s. de of fi. dele. cum contingat. ideo, quod hic dicit, ad factum refertur. s. de biga. nuper. sic. j. de testi. dilecto. j. de relig. do. cum dilectus. j. vt lit. non contesta. accedens. ii. §. fi. Ideo secundum. d. n. cum sentētię istæ de iure non teneant, relaxatione non indigent. ff. de fetiis l. j. vel hoc ideo dicit: quia forsan clerici timorem sententiæ de facto abstinuerant de diuinis, sic. j. de restitu. spolia. olim. iii. secundum B. immo ideo hoc dicit, vt episcopus prudenter, & cauterorem suum possit corrigere, ne cōfundatur. Poterit enim sic dicere, ego tales sententias tuleram, tamen ipsas relaxo: quia voluntas domini Papæ talis est, cui oportet me obedire. xix. di. ī memoriam. si. no. s. de vsu pal. nisi specialis.

ADDITIO.

a ¶Nullæ fuerunt. Dicit hic d. Ab. cp hanc opi. sequūtur communiter Doct. per tex. ibi nullam iurisdictionem habeas.

SVMMARIVM.

1 *Inferiores a Papa multi absoluere possunt a sententia excommunicationis.*
2 *Delegatus ad uniuersitatem causarum naturam ordinarij sapit*

C A P. XXI.

Is quibus. Ex officio.] Ordinariæ potestatis,
1 siue sit legatus, quod dic, vt no. s. de of. leg. excommunicatis, siue sit † eps, qui in certis casibus hanc potestatem habet, potest enim absolue re mulieres, pueros, senes, valitudinarios, & habentes inimicitias capitales, & quosdā alios, de quibus dic, vt legitur & no. j. de sen. excom. m. mulieres. & c. ea noscitur, & c. de monialibus. & c. cp de his. & c. fi. siue abbas, qui & monachos suos absoluit, vt le. & no. j. de sentē. excom. monachi. & c. cum illorum. siue sacerdos, qui & in articulo mortis hanc potestatem habet, quod dic, vt legi. & no. s. e. pastoralis. §. præterea. ver. ad quod dicimus. & idem intelligas de quocunque iudice ordinario, vel delegato a Papa hāc potestatem habente, siue cui iurisdictio est commissa. secundū. d. n.
2 & idem de delegato †ab ordinario ad vniuersitatem a causarum,
a qui & naturam ordinarij sapit. ff. de iudi. cum prætor. Quid si cui competat ex priuilegio, sicut est archidiaconus Bononien. qui absoluit in studio commorantes? Dixit B. cp idem est, hoc puto falsum, cum sibi in hac parte non iudicium, sed certum ministerium sit commissum, & ideo nō potest hoc alii delegare, nisi legatus esset, & notat, hęc litera, quādo dicit, ex officio, secus enim si ex ministerio specialiter commisso, vt s. de offi. dele. quoniam. ii. §. ceterum. sed nec gratiam priuilegii sibi facti potest alii committere. s. de vsu pal. c. ii. nec alius debet ipsam sibi vsurpare, vt j. de priui. sanæ. Talia enim personalia sunt, nec ad alias extendun tur personas, vt j. de cōcct. præb. ſstitutus. [In canonē.] xvii. q. iiii. si qs suadente. [Cū viderint expedire.] Puta, qa ipsi sūt aliis occupati. s. e. cp sedē. vel qa ita placet eis, vt no. s. de offi. dele. pastoralis.

ADDITIO.

a Delegatus ad vniuersitatem causarum naturam ordinarij sapit. Adde cō cor. positas. in c. quoniam abbas. in fi. ti. de offi. deleg.

¶De officio iudicis. Rubrica.

SVMMARIVM

1 *Monasterium stat in iudicio pro alio sibi subiecto.*
2 *Iudicis officium est de aduocato alicui prouidere.*
3 *Iudex potest interdicere aduocato, ne aduocet.*
4 *Aduocatus an iudici teneatur parere sine salario.*
5 *Nemo tenetur proprijs stipendijs militare.*
6 *Diues sine Deo, nunquam erit sapiens.*
7 *Clerici beneficiati pro pecunia in foro seculari aduocare non debent.*
8 *Testem de domo iudicis nemo potest producere.*
9 *Aduocati testes iuris sunt.*
10 *Necessitas non habet legem.*
11 *Subiectus, siudex esse non potest in causa, in qua dominus eius est aduocatus.*
12 *Archiepiscopus recusatur in iudicio si est dominus alterius partis.*
13 *Aduocati sunt subtiles, & malitiosi.*
14 *Suspitionis modica causa remouet iudicem,*

C A P. PRIMVM,

EX literis. Monasterii sancti Petri.] Sed quid ad monasterium fossæ nouæ, vel Cauen. de possessionib. istius tertij monasterii. s. sācti Petri? Dicas ſm d. n. cp istud tertiū monasteriū fossę nouę īmediate quo ad spūalia, & tpalia subiacebat, sicut ppēdit ex
1 antiq, & sic hēs hic, cp vnū monastriū † stat ī iudicio

a iudicio pro alio monasterio sibi subiecto. a sic. j. de præscriptio. ex transmissa. sic & episcopus nominæ cuiuslibet ecclesiæ suæ diœcesis. j. de succes. ab intestato. c. fina. x. quæst. i. regendi. sed & possent super subiectione tertii monasterii inter se litigare, vel vnum monasterium posset petere aliud, tanquam subiectum. j. de transact. præterea ii. j. quod met. cau. cum dilecti. j. de dona. inter dilectos. j. de sta. mona. recolentes. §. fin. ¶ Quia pars.] ii. pars. [Dicti mronasterii.] f. fossæ nouæ. [Non poterat.] Propter terrorem aduersę partis, vel pp nimiam paupertatem: vnde spectat ad
2 iudicis officium, cp tali de aduocato debeat † prouidere, vt hic, & ff. de postul. l. i. §. ait prætor. ff. de offi. proconſ. nec quicquam. §. fin. Aliis autem, qui per se, vel per amicos suos sibi possunt consulere, non est dādus aduocatus. ff. de reb. eorum qui sub tut. sunt. magis puto. §. cuius officio. in fi. alias incipit. §. in primis. & si aduocatus obedire b noluerit, caret foro: quia † iudex potest ei interdicere,
b 3 ne de cętero aduocet coram eo. C. de postular. prouidendum. §. j. Sed nunquid tenetur † aduocatus parere sine salario? Dixit Azo.
c 4 cp non, immo est constituendum salarium inspecta quātitate, & qualitate causæ, loci, consuetudine, & facultate aduocati. ff. de var.
5 & extraord. cog. l. j. §. in honorariis. nemo † enim tenetur propriis stipendiis militare. j. de præscrip. cum ex officii. in fi. Nec ob. iura supradicta, quia loquuntur secundum tempora illa, secundum q̄ de publico percipiebat salarium aduocatus. Tu dicas, cp si is, qui petit aduocatum, diues est, nō tenetur aduocatus sine salario obe
c dire. Si vero pauper est, nec habet vnde sumat, omnino obedire tenetur, cum ad hoc ex lege naturali, & ex præcepto diuino. Matth. xxii. g. Diliges proximum tuum sicut te ipsum, ex debito sit astrictus: alioquin condemnabitur secundum Greg. dicētem in Homelia super illo verbo. Matth. xxv. Homo quidam peregre. de illo, qui apud diuitem familiaritatem promeruit. Si ergo (inquit Grego.) & nihil pro indigentibus loquitur, pro talenti retentione damnabitur. In hoc enim casu locum habet, gratis accepistis, gratis date. j. de magistris. c. j. Nec ob. si dicat, cp cum expensis suis peritus factus est: qa & ipsas expensas Deus dedit. Quid enim habes, quod non accepisti & c. j. Corinth iiii. b. sed & quantumcū
6 que diues fueris † nunquam eris sapiens sine Deo. Eccle. j. Nec dicas theologica sunt hæc, palea est, nihil valēt, nō curo. quia & Imperator curat, vt sibi a domino Deo crediti bene viuant, & eius placationem inueniant, & abstineant a peccatis, & pœnitentiam agant, quod si non fecerint acriter puniantur; nec permittit, cp Deus pp peccata hominum ad iracūdiam prouocetur in Auth. vt non luxuri. contra naturam. respon. j. §. j. coll. vj. De clerico vero beneficiato planum est, cp salarium percipit de publico, de patrimonio. f. crucifixi, vt patet j. de præb. cum secundum Apostolum. Vnde debent † cauere clerici beneficiati, ne in foro seculari
7 pro pecunia aduocent, sed nec deficiant miserabilibus personis. quod dic, vt leg. & not. j. de postulat. c. j. quibus & si non petant, iudex ex officio ipsum aduocatum vltro offerre debet. ff. de offi. pro cons. nec quicquam. §. aduocatos. cętera quæ hic deficiunt; vide in summa de postul. §. quis postulare. sed & hoc iunge ibi. [Officium.] Purum, generale, & merum, quod dic, vt not. in summa eo. tit. §. j. [Implorando.] De plano, siue solemnitate. ff. de offi. pro cons. nec quicquam. §. de plano. & §. aduocatos. [De magistro R. clerico tuo.] Qui nec tibi resistere potuit, cum haberes ius impe
randi in ipsum, nisi forsan conscientia remorderet, ſm ea, quæ not. s. de tempo. ordi. ad aures. §. j. quod dic, vt not. in sum. de postul. §. fi. sub §. illud. versic. sed nunquid potest cogi beneficiatus. & seq. ¶ Verum.] iii. pars. [Eiusdem monasterii.]. f. Canen. [Clericus & domesticus.] Et nunquid hæc est iusta causa iudicem re
d cusandi? ita videtur, arg. j. de appell. ex insinuatione. Respon. nō dicitur ibi, cp hæc sit iusta causa recusandi, sed cp iudex videbatur fouere latenter partem clerici sui commensalis; quia aduocatus erat, subaudi tu non tamen fouebat, licet sic videretur, vel videbatur fouere, non tamen nimis; alioquin recusaretur. j. vt lit. nō contest. accedens. ii. respon. j. versi. & magister. Vel secundum do minum nostrum non dicitur ibi, cp fuerit admissa recusatio ex
8 hac causa facta, & ideo non contradicit. Sed contra, quia † nemo potest producere testem de domo iudicis. iiii. q. iiii. cap. fin. Sed ad uocatus testis est, & plusquam testis, cum de facto & de iure continue dirigat, & probet intentionem clientuli quantum potest, vt leg. & not. j. de iudic. pastoralis. & probatur. C. de postulat. quisquis. Respond. aliud in teste, cuius dicto creditur, ranquam testi, & testis facti est de his, quæ vidit & audiuit. s. de consuetud. cap. ii.
9 Aliud in aduocato, † qui testis iuris est, nec ei creditur, nisi quantum de iure probat. ff. de probat. ab ea parte. & tunc magis creditur iuri, si ipsum bene induxerit, quàm sibi; ideo magis grauaretur is contra quem testis producitur in teste facti, q̄ in teste iuris. Vel dic, cp vterque est in subsidium admittendus, vbi alius non habetur, arg. xxiiii. q. ii. quamquam. C. de hæret. & ma. quoniam multi. in fi. vnde & aduocatus iste admittitur hic in subsidium;
10 quia alius forsan idoneus non inueniebatur, necessitas † enim nō habet legem. j. de obserua. ieiu. consilium. §. fin. Nec obst. cp supradixi, cp aduocatus de facto probat intentionem clientuli: quia il lud verum est de facto, de quo constat, vel quia notorium est, vel per alios testes probatum. [Hoc non obstante.] Sic non obstat. cp clericus iudicis sit aduocatus, obstaret tamen casus conuersus,
11 f. si clericus etiam † subiectus esset iudex, & dominus aduocatus, arg. s. de offic. deleg. insinuante. Ratio diuersitatis hæc est; quia qñ dus iudex, & clericus aduocatus, non ita timetur de peruersione iudicij, cum non possit dominum suum erigere, vel deprimere, sicut in conuerso casu, quādo scilicet clericus iudex est, & dominus aduocatus, cuius scilicet domini, & aduocati iudicio, & voluntate iudex clericus nunc potest erigi, nunc deprimi, vnde fit, vt in partem domini aduocati procliuior fiat, argum. xvj. quęst. ii. vltis. post medium. & ante finem. Sed adhuc signo contrarium.
12 Nonne archiepiscopus † recusari posset, si dominus esset alterius partis, sic, supra de offic. delega. causam. ii. quare ergo non potest recusari, si dominus sit aduocatię nam hic est maior causa recusationis: quia clientulus potest esse rudis homo, & simplex, & in
13 tis remotus a familiaritate domini, aduocatus vero semper † consueuit esse subtilis, & malitiosus, vt patet C. mandati. ab Anastasio. post principium. Consueuit etiam sibi acquirere familiaritatem domini, & secum continue esse in camera, & secreta rimari, & potest de facili propter continuam pulsationem, & iurium allegationem in partem suam motum iudicis informare: quia

Gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo.

Respon. non considerauit hic ius huiusmodi subtilitatem, sed domini affectionem, & litis proprietatem. Causa enim non est aduocati, sed clientuli. ff. quando appellandum sit. l. j. §. propriam. ii. q. vj. biduum. §. in propria. vers. palam. Nec agit, sed aduocat. ff. de bo. lib. qui cū maior. §. fi patroni. Præsumpsit etiam, cp iudex sit peritus, nec de facili possit decipi. quia tali est causa committenda, vt no. s. de offi. deleg. si pro debilitate. ideo non præsumpsit, cp aduocatus ita ardenter procuraret dari sententiam pro clientulo, sicut faceret pro seipso: nam & multi parum curant, ex quo pecuniam receperunt, sed nec præsumpsit, cp ita declinaret dominus in partem aduocati, sicut & clientuli, cuius est causa propria, qui si habebat dominum suum iudicem, omnes de familia intercessores habebit, nam sua res agitur: non sic mouerentur pro aduocato, sed forsitan respondereut quid ad te iam habuisti salarium tuum: sed si hæc causa sufficeret, nimis dilararetur: quia secundum ipsam possem recusare iudicem, si aliquis inimicus meus, vel amicus aduersarii mei secum moraretur. Si vero ponas mihi, cp aduocatus nimis ardenter hoc affumeret, & ram in camera, quàm extra per se, & alios omnes ad obtinendum totis nisibus laboraret, & quòd dominus iudex propter hoc moueretur, & ei assentiret tunc esset iusta causa recusationis: non tamē quia aduocatus, quantum quia nimis fauens, & iudicis nimis familiaris, qui & ex his mouetur, argum. j. vt lite non contest. accedens. ii. Sed nec ex isto capitulo habes expressum, cp iudex ex hac
14 causa fuerit recusatus & modica † causa suspitionis (dummodo sit vera & probabilis) remouet iudicem. iii. q. v. quia suspecti. & quæst. ix. accusatores. iiii. ergo ex modo. & circunstantiis in libello accusationis appositis hoc bonus arbiter terminabit, supra de offic. deleg. suspicionis.

ADDITIONES.

a ¶ Sibi subiecto. Adde concord. quas posui in c. conquerente. in princip. s. titu. 1.
b ¶Obedire. Adde do. Abb. hic post Goff. qui etiam tractat, an teneatur aduocatus parere sine salario.
c ¶Pauper est. Adde tex. in arg. pro hoc dicto suo in ca. statutum. §. insuper. in fi. de rescrip. lib. vj.
d ¶Iudicem recusandi. Adde do. Henr. hic post istum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium latissime patet.*
2 *Iudicis officium multiplex est.*
3 *Libellus an requiratur in officio iudicis.*
4 *Denunciator in probatione deficiens, punitur.*
5 *Imploratio semper locum habet.*
6 *Iudex an interponat non petitum, & an valeat quod facit.*
7 *Iudex ex causa iterum debet audire.*
8 *Lis an sit contestata super exceptionibus.*

C A P. II.

IVdicis officium. Iudicis † officium latissime patet. ff. de iurisd. om. iud. l. i. & ideo, quia supra tractatum est de officio iudicis in specie in suis diuersis rubricis, hic tractat in gñe[a], vt omnia includat. Ad aūt cuius materiæ notitia † no
a 2 tandū, cp iudicis officiū aliqñ proponitur pro actione, aliqñ defen ūit actioni postpositæ: aliquando ante litis ingressum, vel post de plano imploratur: aliquando in iudicio, vel extra iudicium, pro prio

ADDITIO.

a ¶In genere. Adde, quòd officium iudicis multiplex est, vt per Bart. in l. j. ff. de iurisd. omn. iudic.

prio motu iudicis exercetur, & sic sunt ipsius exercitii quinque
a modi. Pro actione proponitur, vbi deest alia actio [a]. Alias contra. ff. de minori. in causæ. in prin. verbi gratia. Si quis per metum rē suam tradidit, licet sit superueniatur per edictum, quod metus causa, tamē officio iudicis expeditur, quod & loco actionis proponitur. ff. quod met. cau. l. metum. §. ex hoc edicto. Item minori læso ex edicto prætoris subuenitur, tamen iudicis officium proponitur. ff. de minori. cp si minor. §. fi. ff. de excep. exceptiones. §. fin. in quo casu nec per litis contestationem perpetuatur, vt no. ff. de mino. Papinianus. §. fin. Idem est quando absens causa Reipublicæ licet maior restituitur, cui ex edicto prætoris subuenitur. ff. ex quibus causa maior. l. j. & tamen officium iudicis proponitur. C. ex quibus cau. maior. in contractibus. Idem dicitur & in rescissoria actione, quæ datur reuerso ab hostibus, & inuenienti rem suam præscriptam, siue vsucaptam. Is enim intentat vtilem rei vendicationem rescissoriam, non cp rescissoriam sit nomen actionis [b], sed est adiectio. i. petit rem sibi adiudicari rescissa vsucapione, seu præscriptione, vt sic in eum statum, in quo ante captiuitatem fuerat, reponatur, & quamuis hoc beneficium ex edicto prætoris competat. ff. ex quibus cau. maior. ab hostibus. & C. ex quibus causa maior. l. j. tamen officio iudicis expeditur: vnde & dixerunt quidam, cp rescissoria ex edicto prætoris inefficax est, quousque prætor viuus influat in eam spiraculum vitæ, vt tractatur. ff. quod met. cau. metum. §. volenti. & in Instit. de actio. § rursus. In his, & similibus imploratur
3 officium † iudicis libello porrecto [c], & contestatur lis, & procedi-
c tur iure ordinario, vt hic sequitur, sed ne purus canonista quæratur de exemplis politis, quæ (quia materia pure ciuilis est) omnia ciuilia posui. Pone exemplum secundum canones, quando ecclesia asserit se læsam in contractu aliquo, huic enim subuenitur iure minoris. j. de restit. in integr. c. j. & per totum. Hanc ergo petitionem faciet in libello officio iudicis imploraro, & contesta bitur lis, vt hic sequitur. Idem est cum denuncio alicui pro crimē, in quo casu ex officio superioris proceditur, & lis contestatur, &
4 si denunciator in probatione † deficiat, punitur. j. de calumniatoribus cap. ii. Item cum clericus dicit se amisisse rem per violentiam, vel metum, vel dolum, vel captiuitatem, v. l conditionem temporis: nam secundum simplicitatem iuris canonici res per iudicis officium est petenda, sicut not. iii. q. j. reintegranda. Deferuit autem iudicis officium actioni, in arbitrariis actionibus stricti iuris. ff. de eo quod certo loco. l. iii. in fi. & l. iiii. quod die secundum leges & canones, vt notaui, & exemplificaui. ē. de offic. dele. P. & G. Et in his, quæ post litem contestatā incidunt circa negotium principale: puta, fructus, expensas, accessiones, & similia: de quo habes exemplum ciuile. ff. de ædil. edict. ædiles. §. item sciendum, & canonicum. j. de restit. spo. grauis. j. de pœn. calumniam. & in his casibus requiritur ad hoc, vt condemnatio fiat, vt super principali lis contestetur, & cp ista accessoria suo modo probentur, & cp petitio fiat non in modum libelli, sed de plano & sine litis contestatione quantum ad ipsum officium, antequam negotium fuerit terminatum: postea enim peti non possunt, vt C. de fructibus & lit. expen. terminato. C. depositi. l. iiii. quia iudex functus est officio suo. ē. de offic. deleg. in literis. Intelligas tu, & laplo die quo sententia lata est, eodem enim die hæc suppleri possunt. ff. de re iudic. Paulus. i. Ante litem autem contestatam sine litis contestatione de plano imploratur, vt quando petitur aduocatus quod dic secundum vtrumque ius, vt leg. & not. ē. cap. j. Vel quia petitur tutus locus assignari. j. de appell. ex parte. j. vt lit. non contest. accedens. ii. vel quando petit iuramentum de non repetendis vsuris vsurario a me præstitum relaxari. j. de iureiur. cap. j. Post litem vero contestatam eodem modo imploratur circa locum tu
5 tum: nam semper illa † imploratio locum habet. iii. q. ix. hortamur. xxxiii, quæst. ii. siue de coniugii. j. de sponsa. cum locum. Imploratur etiam circa interrogationes & positiones, vt iudex eis faciat responderi, extra domi. noſt. de confeſſ. ſtatuimus. lib. vj. ff. de interroga. actio. vbicunque. & vt omnia dubia faciat declarari, vt Instit. de actio. §. curare. ff. de confess. certum. Sed & lite pendente ad hoc officium pertinet, vt in statum pristinum reponat omnia innouata. j. vt lite pēden per totum. vnde etiam post appellationem, si possessio turbata fuerit, omisso appellationis articulo, potest hoc iudicis officio in melius reformari: sic intellige. j. de appella. cum teneamur. sed & ad officium suum merum, & purum
6 spectat, vt etiam sine † requisitione [d] partium cuncta rimetur.
d C. de episc. audien. iudices. j. de fi. instrum. cum Ioannes. §. penult. versic. cum iudex. Extra iudicium autem omnino latissimē patet, vt dixi in princ. glos. debet enim semper malitiis hominum obuiare. ff. de rei vendic. in fundo. ē. de rescrip. plerumque. venientibus ad arma occurrere. ff. de vsufruct. equis. §. item. prouinciam suam malis hominibus purgare. ē. tit. j. cap. j. verbo, & exemplo sibi commissos instruere. ē. tit. j. inter cætera. §. j. & officium suum solicite & cum diligentia exercere, quod multiplex est, vt nota. ē. de elect. ne pro defectu. in princ. & breuiter cum iudicis officium versetur generaliter circa omnia, hęc causa compendiosæ doctrinæ sufficiat expressisse, cum his quæ in summa eod. tit. plenius le

gi possunt, secundum hoc ergo sic expone hanc literam. [Pro actione] Exemplum. j. de restit. in integ. cap penult. Et notandū secundum dominum nostrum, cp sicut dixit M. officium iudicis
c est actio [c], arg. ff. de actio. & oblig. actionis verbo. sed Ioā. & Azo. contra. ff. de minori. cp si minor. §. fin. Sed dices quæ vis est in hoc? Respon. quia quando imploratur officium iudicis, non tamen vt actio intentatur, in optione iudicis est concedere id, quod petitur, vel negare, attamen propono ipsum, vt actionem, cum proponam auxilium mihi ex persona mea non aliunde competēs, oportet me ipsum tāquam mercennarium suæ dominæ. s. actionem meæ siue velit, siue non, deseruire. C. de postulat. l. iiii. ff. de rei vendi. officium. ff. quod met. cau. metum. §. ex hoc edicto. & sic se queretur absurdum. s. cp aliquis sibi seruiret, secundum dominum nostrum dic, vt not. in seq. & præcedē. glos. proponitur ita cp hoc, quod dico iudicis officium, est nomen actionis. Expone tamen pro actione. i. loco actionis, hoc est, vicem actionis obtinet. Etenim secundum canones non requiritur nominis actionis expressio, sed sufficit cp factum simpliciter proponatur, vt leg. & nota. j. de iudic. dilecti. [Principaliter.] Secus si incidenter: puta, quandocunque ante sententiam perpendit ecclesia, cp omisit probationem, qua omissa succumbit, & qua probata plene sua intētio est fundata. Hæc enim restituitur officio iudicis de plano. j. de restit. in integ. auditis. Idem etiam est, si incidat ante lit. contesta. super exceptione proposita contra principale, & infra terminum
7 sibi datum non probata, vel non proposita: nam ex causa iudex † rerum potest, & debet ipsam audire de plano sine lit. contesta. vt leg. & not. j. de excep. pastoralis. cum suis concordan. quia inter lites litibus & sumptibus non vexari. ff. de minori. l. minoribus. &
8 est arg. hic, & j. versic. proxi. cp super excep. non est lis † contestanda. quod dic, vt notatur supra de offic. deleg. prudentiam. §. sexta. [Postulatur.] vt hic, & aliis. versic. not. ē. eod. in prima glo. versic. pro actione. [Litis contestationem.] Subaudi, sui ipsius, quando principaliter monetur, vt hic, sed & quando deseruit litis contestationem dominæ, idest actionis, cui seruit requiritur, vt supra in prima glo. versic. deseruit autem. [Expoſcit.] Pro partibus præsentibus: alioquin sine litis contesta. & exigente contumacia poterit expediri. ff. de minori. in causæ, idest causa cognita, & de hoc notatur supra de offic. de lega. consultationibus. & not. simil. infra de appellatio. per tuas. [Alias.] versic. scilicet quando principaliter non postulatur, sed de plano imploratur a partibus, vel proprio motu exercetur ante, & post ingressum &c. [Ante.] Vt supra in prima glos. versicu. ante. [Et post.] vt supra eod. in prima glo. versicu. post ingressum. [Causæ.] Subaudi, & sine aliquo ingressu, & quæstione aliqua, quando motu proprio exercetur, vt supra in prima glos. versicu. extra iudicium. & versicu. sed ad officium. [Potest.] a partibus quando implorant, vel a iudice quando exercet.

ADDITIONES.

a ¶Actio. Adde Bart. in l. quidem. in prin. ff. de eden.
b ¶Nomen actionis. Adde Ias. post Ang. in §. rursus. in ii. collat. circa medium. & in glo. in verbo, rescissa. Instit. de actio.
c ¶Porrecto. Adde, an in officio iudicis requiratur libellus. Bart. in l. pupilo. ſ. meminisse. ff. de ope. no. nunc. Item an requiratur in eo litis contestatio per eundem Bar. in l. 3. §. hoc autem. in 8. q. ff. de dam. infe.
d ¶Sine requisitione. Adde, an iudex interponat non petitum, & si interponat, an valeat, quod facit Bar. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infect.
e ¶Actio. An officium iudicis sit actio. vide per Bart. in l. quintus. ff. de aun. leg. vbi tenet, quod non.

¶De maio. & obedientia. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Maioritas, siue prioritas in quo consistat.*
2 *Maior dignitate, ordine, & meritis, est alijs præferendus.*
3 *Ecclesiæ causas non exercet nisi sindicus.*
4 *Paupertas, seu potentia nec inferiorem, nec sublimiorem episcopum facit.*
5 *Episcopi omnes apostolorum successores sunt.*

CAP. PRIMVM.

1 Vm certum. [Sit honoris.] maioris, vel minoris exhibendi magis vni, q̄ alij. [Vt ipſe: prior.] in vocato, in sede, in perceptione præbendæ, in scribēdo, in sigillando, & similibus. xvii. dist. §. hinc etiam. circa med. & aliis concord. signa. j. eo. super verbo, qui prius. Et habet hoc locū, q̄n sunt æquales in ordinibus, & meritis, & dignitatibus: alioquin ma
2 ior dignitate, & maior ordine, & meritis † est aliis præferēdus. viii. q. i. licet ergo, & ē. de ęta. & qualit. quæris. j. eod. statuimus. quamuis autem talis debeat præferri etiam in beneficiis percipiendis, vt ibi, tamen si de episcopatu, vel abbatia, vel dignitate ecclesiastica, quæ per electionem acquiratur, agatur, ipsam non peret, ne de

ne de ambitione notetur. j. q. vj. sicut is. sed & ꝑm d. n. in his præuaret consuetudo. ē. de constit. cum omnes. verum si subtiliter attendas, si esset consuetudo, cp posterior præferretur priori, vel minor maioris, nisi ratione dignitatis, vel officij hoc acciderit, irrationabilis esset, vt patet. lxxxix. dist. ad hoc. & per ꝑās impræscriptibilis, & ecclesiis onerosa, vnde nec posset valere. ē. de consue. c. fi. §. licet & c. j. [Maior.] Et hac ratione scripsit hic d. n. cp ille qui maior est
a dignitate in ecclesia, vel si nō sit ibi dignitas, tunc ille qui maior est ordine, & prior tpe, debet solenniter eligere personam in seruitinio nominatam, nisi forte alius de consuetudine, vel ex priuilegio hoc habeat, quāuis turius sit, cp ab aliis confratribus suis hāc recipiat potestatem. quod dic, vt plene nota. ē. de elect. quia pp. & eadem ratione dixit d. n. cp etiam talis habet vocare capitulum, & alij debent ei intendere, arg. ff. de fi. instru. l. fi. C. de ꝑfec. præto. l. j. & ii. lib. xii. C. de proxi. sacro. scri. vnicuique. lib. xii. C. de off. magistri. off. nemo. ff. de albo scribeh. l. j. nam ex quo tales præ aliis honorantur, per ꝑās præ aliis onus subire debent. arg. viii. q. j. qui ēpatum. Causas tñ ecclesiæ † non exercebit nisi sindicus, vt patet in
3 eo, quod leg. & not. j. de sindico. c. vnico. quod dic, vt not. ē. de rescrip. edoceri. Item nec ꝑtus iniet, nec iurisdictionem capituli exercebit, nisi a capitulo constitutus. quod dic, vt no. ē. de off. ord. irrefragabili. §. excessus. Sed quid si vocati a tali ad capitulum nō veniant? Respon. valebit, quod a præsentibus geretur. ſm d. n. ē. de elect. cum nobis olim. §. j. & c. coram. & c. quia pp. Et si nollet cōuocare capitulum, posset cogi per ordinarium. & etiam per iudicem delegatum, vbi pro causa sibi commissa mandaret capitulū conuocari, & finodum ordinari. ſm d. n. arg. ē. de offic. deleg. præterea. & c. prudentiam. §. pen. & fi. & iunt hæc vera, nisi alia cōsuetudo, vel priuilegium probetur, per quam apparet, cp conuocare capitulum, exercere iurisdictionem, & similia ad aliquem de ipsa ecclesia spectat. j. de fo. comper. cum contingat. j. de excess. præ
4 lat. accedentibus. & in his concor. d. n. [Habeatur.] Inter personas eiusdem dignitatis, vel ordinis. sēps inter eōs quantumcunque pauper sit: quia vbicunque sit eps eiusdem meriti, est & eiusdem
4 sacerdotii, & † potentia, seu paupertas, nec sublimiorem, nec inferiorem ēpm facit. Cæterum † oēs apostolorum successores sunt.
5 xciii. dist. legimus. ante fi. presbyter inter presbyteros, diaconus inter diaconos, & sic de singulis in eodem gradu, vt not. ē. de scruti. in ordi. fa. c. vnico. in prin. Et hoc intellige, nisi ratione consuetudinis, vel priuilegii ecclesiæ hanc prioritatem obtinet, sicut Eduē sis in ecclesia Lugduuen. & Constantinopolitanus Patriarcha inter alios Patriarchas. j. de priuil. antiqua. & Hostiē. in ecclesia Romana quo ad quædam. cæterum maior ordine præfertur in omnibus his priori tpe, vt j. eo. statuimus. Sed & qñque quis pp culpam suam hanc prioritatem amittit, vt ē. de ęta. & qual. quæris. §. statuentes. & c. j. & c. intelleximus. §. j. in fi. [Qui prius.] sic ergo q
† prior † est tpe, potior est iure, vt hic, & lxxv. di. c. fi. vii. q. j. factus est. xxvii. q. ii. duobus. xxviii. dist. in. placuit. xvij. dist. §. hinc etiam. & c. fi. C. qui pot. in pigno. hab. diuersis. & l. fm. arg. ꝯ. lxxiiii. dist. epotum. ff. qui pot. in pign. hab. interdum. ff. si cer. pet. creditor. j. de iure patro. illud. ff. de relig. & sump. fun l. pen. viii. q. j. licet. pro & ꝯ. ff. qui & a quibus ma. libe. non fi. si quis habes. Solu. Prima rubrica continet regulam, ꝯria vero specialia sunt, & in singulis ratio specialiter per se patet secundum R. [Concordi actione.], i. canonice, & concorditer, ſm d. no, & in communi tractatu. sic. xvj. q. iii. prima actione. & q. vii. in nona actione. vel. i. concordi consensu, vel maioris, & sanioris partis. lxvi. dist. c. j. & ii. ē. de electio. coram. [Ordinatus.] nisi ratione impositionis manus excellentis posterior præferatur. ff. de albo scri. l. j. in fi. quod dic, vt legitur & notatur j. eo. per tuas.

ADDITIO.

† ¶Prior tempore potior est iure. Adde Dyn. in reg. qui prior. de reg. iur. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi nihil possunt statuere, quo ad grauia, vel maiora.*
2 *Princeps pro Papa & Papa pro Imperatore ponitur.*
3 *Princeps in personis clericorum, imperium non habet.*
4 *Principes seculares reale Imperium in clericis possunt habere.*
5 *Imperator eximit clericos a iurisdictione ipsius.*
6 *Deo semel dicatum ad humanos vsus non transfertur.*
7 *Excommunicatio non est ferenda, nisi pro mortali peccato.*

CAP. II.

1 Si quis venerit cōtra decretū. Vel constitutionē, seu mandatum, ſm d. n. intelligas tu iustum: alioquin ꝯ j. c. cp super his. & est hic, & ibi
a arg. cp ēps potest statutum facere [a], & ē. tit. j. licet. respon. j. de cōse. dist. iii. e. j. j. de priuil. ex ore. §. j. sicut & populus & collegium inter se: nam alios non astringunt, nisi iurisdictionem habeant. dist. i. ius ciuile. viii. dist. quæ ꝯ. xj. dist. catholica. xii. dist. illa, & sicut ordo senatorum, siue decurionum. ff. de decr. ab ord. fa. l. j. nam & eccle sia habet senatum. xvj. q. i. ecclesia. Tale tñ statutum non extendi
1 tut vltra, q̄ iurisdictio, vel potestas. nihil ergo possunt statuere † quo ad grauia & maiora. ē. de transla. episc. c. j. [Abiiciatur.] per excō

municationis sententiam sic. xj. q. iii. si autem vobis. & c. seq. [In libro Regum.] in c. ii. G. Potest elici mens istorum verborum, sed non sunt ibi verba, sed de decreto sacerdotis legit hic satis expresse. Deu. xvii. d. & no. ſ. j. de adul. significasti. §. fi. respon. j & j. de eo qui duxit in matri. cum haberet. §. nosti. & ē, de transla. episc. c. ii. § sed neque. [Qui non obedierit principi.] i. Papæ. de conse. di. j.
2 corpora. vel. i ēpo. xxxv. dist. ecclesiæ. sic & econuerso † ponitur Pō tifex pro Imperatore. x. dist. de capitulis. & quod sequitur motte, intelligas animæ. ſ. excommunicatione. j. de reb. eccl. non alie. si quis presbyterorū. & j. versſ. seq. vel dic principi seculari. j. de censi. omnis anima. j. eo. solitæ. §. j. & qd sequitur morte. ſ. corporali. nō cp ecclesia hanc pœnam imponat: sed cp princeps facere pt, recitat. sic. v. q. vj. delatori. j. de fur. c. j. quod intelligas quo ad laicos, in
3 personis enim clericorum, † imperium personale non habent, vt ē. de constit. ecclesia. nisi primitus deponantur, vt leg. & no. j. de iu
4 di. at si clerici. & c. cum non ab homine † reale tñ possunt habere. j. de iud. nouit. rū. j. ad fi. j. eo. solitæ. §. j. versſ. quod autem sequitur. Sed quæres, cum clerici antiquitus subessent Impetatori, vt patet.
5 C. de episc. & cler. per totum. quis eximit † ipsos a iurisdictione ipsius? Rñ. Summus Imperator, & etiā ratio naturalis, vt patet. xcvi. dist. cum ad verum. & c. duo sunt. & c. si Imperator. & in his, quæ no. j. e. solitæ. §. potuisses. ver. fi. & etiam ipse inferior Imperator, vt patet in Auth. vt cler. apud propr. episc. §. si vero ecclesiasticum. coll. vi. & de sanc. episc. §. si quis ꝯ clericum. collat. ix, Romana ecclesia comprobāte. xj. q. iii. c. iii. x. dist. imperium. & c. susc ipitis. & c. si in adiutorium. xcvi. dist. bene quidem. & sic non ob. ē. de consti. ecclesiæ S. Mariæ. Cum enim id, quod semel Deo † dedicatum est, ad humanos vsus transferri non debeat. j. de rer. permut. c. iii. in fi. multo minus & iudicio seculari. potest subesse clericus, qui ex toro & corpus & animam in sortem Christi transtulit & in ipsius seruitium dedicauit. xii. q. j. cui portio. j. de præb. cum ꝑm apostolum. in quo & concor. d. n. & adde, quod not j. eo. inferior. j. q fil. sint legiti. per venerabilem. §. rationibus. [Morte moriatur.] Hic habes, cp Papa iuis constitutionibus pœnas corporales exprimit infligendas, quas tñ non infligit. sic. v. q. vlt. delatori. xxvii. q. j. si quis rapuerit. xxiii. q. fi. his a quibus. §. fi. ſm d. n. Vel dic, vt not. in præced. glo. [Et in concilio Agathensi.] versſic.] Anathematizetur.] immo anathema sit. i. q. vii. si quis omnem. xxv. q. ii. si qs dogmata. & xxx. di. per totum. sed exponatur anathema sit. i. fiat, vt hic. Non obedire igitur, vel venire ꝯ canones ex certa scientia
b mortale peccatum [b] est, cum talis possit excommunicari, vt pro
7 bant iura prædicta: nam excommunicatio † non est ferenda nisi pro mortali. xi. q. iii. nemo eporum. & per inobedientiam in culpam relabitur quis protoplasti. xxxiii. dist. c. i. & talis in famis vī, vt j. eo. c. illud. sed in hoc intelligas quò ad præceptoria statuta, sicut leg. & no. j, tit. ii. inter cætera. §. fi. in prin. hoc etiam intelligas esse verum in casu, in quo obediendum est. quod dic, vt not. ē. de tempo. ordi. ad aures. §. i.

ADDITIONES.

a ¶Statutum facere. Adde istum & apostill. in cap. licet in corrigendis supra de offic. ordin.
b ¶Mortale peccatum. Adde, an lex positiua, siue ecclesiastica, siue ciuilis liget in foro animæ. Per de Anch. consil. xxj. quod si forte non inueneris, quære. ccccxii. & Feder. consil. xxj. & beatum Tho. in ii. par. q. xcvj. artic. vj. per Io. And. in c. quamquam. de vsur. lib. vj. per Cald. in proœ. supra. & per do. Abb. in ca. j. de constit. supra. vbi omnes has remissiones inuenies.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum remittitur quandoque propter scandalum.*
2 *Iudex potest facere iniuriam.*
3 *Iudex an possit conueniri de delicto durante eius officio.*
4 *Crimina morte extinguntur.*

CAP. III.

Legebatur. Potest legi, cp frater Hēricus scripserat cartulam formans, qūo alius promitteret obedientiā, in quo notabat iniuria illius, q ad promittendā obediētiā vocabatur, cū tñe promissione obediens esset. Vel potest intelligi, cp ipse frater Henricus cartulā conscripserat de sua propria obedientia, quā. & si ad petitionem requirentis pītiterit, sua tñ in hoc notatur iniuria: qa & absque sponsione solenni obediens erat, ſm d. n. vel superiore præcipiente hanc cartulā scripsit, vt j. not. [Quā frater Henricus.] nullā hñs administrationem, vel curam, in quo sufficit manualis obedientia sine iuro, & scriptura. j. eo. his quæ. §. i. j. de simo. ex diligenti. j. de reg. iur. indignum. nisi forsan tales rebelles fuerint & excommunicati, in quo casu oportet, cp iurent qñ ad obedientiā reuertuntur, & sic non ob. j. eo. cum in ecclesiis. Qñque tñ a Papa
1 etiam in hoc casu pp scandalum remittitur iurm. j. de sent. exc. super eo. Is vero qui administrationem habet, vel dignitatem, vel curam, tenetur iurare, & sic intellige. xxiii. dist. quamquam. j. de iureiur. nullus. & de priuil. antiqua. vbi de hoc. Sed & in hoc casu consuetudo cuiuslibet ecclesiæ est seruanda, ſm Goff. quod exaudias quantum ad hoc, vt simplices teneantur iurare. j. de verbor. significa. si clerici. habens autem curam, vel ei similis non posset

sine iuramento prætextu consuetudinis excusari,arg.ſ.de elect.ſignificasti.respon.j.& §.j. de consuet.cum inter vos. in fi. Quid de canonicis? Dic,vt not.j.de verb.sign. cum canonici. [Conscripserat.] te præcipiēte,quod iniurioſum fuit,vt ſequitur. [Iniuriæ.]
2 iudex †enim poteſt facere iniuriam.C.de appell. ſi quis prouocatione. Et ſi ſit minor iudex,etiam durāte officio agitur ꝺ ipſum [a].
a ff.de iniur.l.nec magiſtratibus.Si autem ſit maior,tenetur tātum
3 depoſito officio reſpōdere,vt ibi,& cauet,q† iudicio ſiſtat officio depoſito.ff.de adult.ſi adulterium.§.fi.ad hoc.ff.de iudi.l.pars literarum.quod intelligebat d.n.de iudicibus temporalibus.In perpetuis autem dicebat , q ſtatim poterant conuenire : alioquin ius
4 ſuum in perpetuum admitterēt damnum paſſi,cum morte †crimina extinguantur.C.ſi reus,vel accuſa.mor.fu.l.j.& ii.Lex tamē vī innuere, q in hoc caſu ſit primo a principe licentia impetranda.ff.de fideicom.lib.cum vero.§.ſi,& l.ſeq.& arg.ff.de in ius vocā. l.iii. tamen ꝑm iura canonica dñi mei ſnia reprobatur, vt patet j. de reſtit.ſpoliat.conquerente.cum ſuis concord. [Nō enim.] ver. [Aduentus officio.].ſi.de pen.diſt.j. quem pœnitet, vbi deeem leproſi,dum ad ſacerdotē irent,mandati ſunt.Et eſt hic arg.q plus eſt facto,q̄ ſcripto.Nō tñ intelligas,q aduentus ſufficeret,niſi obe
b dientiam (ad quam tenetur,vt ſ.not.) faceret manualem [b],& eſt hic arg.pro ſuperfluis,& non neceſſarijs reſecandis.j.de exceſſ.prelat.cum ad quorundā.x.q.iii.quia cognouimus.ff.de aqua quoti. & eſti.l.i. §.Trebatius.ff.vt lega.no.c.hæc ſtipulatio.& ſ.de offi.de leg.cum contingat.§.fi.vbi de hoc.

ADDITIONES.

a ¶Contra ipſum . Nunquid iudex poſſit conueniri de delicto durante officio? vide hic per do.Henr.Bon.& do.Abb.

b ¶Manualem. Adde quam obedientiam tenentur facere clerici ſeculares do. Henr. hic in ij.diſt.

SVMMARIVM.

1 *Principes omnes ſubſunt epiſcopis , & excommunicari poſſunt ab eis ſi deliquerint .*

CAP. IIII.

1 Mnes. Omnes † ergo principes ſubſunt eꝑ's,& excōmunicari poſſunt ab eis. ſi deliquerint.lxiii.diſt.Valentinianus,xviii.diſt.qñ quidem.xj, q.iii.ſi autem.xcvj.diſt.duo ſunt,j.eo.ſolitæ.Excōmunicabitur autem ab eo. in cuius diœceſi deliquit.vi.q.iii. placuit, C.vbi de crim.agi opor auth.qua in prouincia.j.de rapto.c.j.Spi-
2 rituales autem cauſas tractabit coram illo [a], ſub quo degit, & larem ſuum conſtituit.C.vbi ſena.vel cla.l.ii.& ſi in pluribus locis habeat,ratione cuiuslibet ſuo eꝑo ſubiacebit.ff.ad municipalem.§.iuris prudētibus.Decimas vero prædiales dabit illi eccleſiæ, infra cuius limites prædia ſua ſunt. j.de paroch.c.fi. quod dic, vt nor j.de decim, cum ſint homines. & c.ad apoſtolicæ. & iunge, quod nor.ſ.eo.ſi quis,

ADDITIO.

a ¶Coram illo.Adde do.Henr.hic.

SVMMARIVM.

1 *Temporalia a clericis non ſunt contemnenda.*
2 *Eccleſia ſine rebus temporalibus, in nullo proficit.*
3 *Impietas non eſt committenda prætextu pietatis.*
4 *Inobedien , infamis cenſeretur.*

CAP. V.

1 Llud dominus. De eodem.ſ.de transla, epiſc.c.pe.& fi. j.de cle, ri.excom.mini.illud. [Digniora.] vt j.eo.ſolitæ.§.j. & ii.& iii.xcvj.diſt.duo ſunt.& fortiora.ſ.de transla.epiſc. inter corporalia. vnde ſunt temporalibus proponēda.xii.q.j.præcipimus.C.de ſacroſan.eccl.ſancimus.j.& patet in eo,quod leg.& not,j.eo.ibi,pro tpali commodo,non tamen ꝓp hoc ſunt omni-
2 no tpalia etiam a clericis contemnenda,† vt patet.x.q.j.eꝑm.quia ſicut anima ſine corpore corporaliter non viuit, ſic ſpiritualis ec
3 cleſia ſine rebus † temporalibus,ſiue corporalibus in nullo proficit,j.q.iii.ſi quis obiecerit,vtrunque ergo neceſſarium eſt.ſ.de off. ord.inter cętera. [Et obedire &c.] voluit literā,& dic. [Et auſcultare.].i.obedire,ſiue attendere ꝑceptum,& cum effectu exaudire. [Magis.] ſubaudi , placeat Deo. [Quam adipem &c.].i. q̄ facere etiam ſacrificiū. [Er.] pro.i.[Obedientia &c.].i.Reg.xv.e.lxxxj.di. ſi q ſunt pbri xxxii.di.§.verū.viii.q.j.ſciēdū. [Pro tpali cōmodo.]
3 nā ꝓtextu pietatis nō eſt† impietas cōmittēda,j.q.v.nō eſt putāda. xxiiii.q.v.forte.& ar.xxx.q.j nolle.j.de vſu.ſup eo.nec ꝑ aliquo metu dāni temporalis debet quis mortali conſentire,j. quod me.ca. ſacris,vbi de hoc. [Inobedientiæ noram.].i infamiam.Ergo ino
4 bediens infamis cenſetur,vt hic,& ſ.de elect,dudum.ii.reſpon.i. vbi de hoc,& mortaliter peccat: vnde & excommunicandus eſt, vt leg.& not,ſ.eo.ſi quis,

SVMMARIVM.

1 *Vulnera amici dulciora ſunt, quam fraudolenta oſcula inimici.*
2 *Gladius Regis eſt commiſſus, vt puniat.*
3 *Leges ſunt facta, vt humana coerceatur audacia.*
4 *Perſona loquens eſt notanda ad intelligendam mentem loquentis.*
5 *Appellandum in temporalibus an ſit ab epiſcopis ad Imperatorem.*
6 *Sacerdos præeſt in ſpiritualibus Rex uero in temporalibus.*
7 *Qui gladio percutit, gladio peribit .*
8 *Verbum Dei fortius eſt, quam Petri.*
9 *Naſci de ſacerdote odioſum, & ignominioſum eſt hodie.*
10 *Sacerdotem ad, ſemper eſt recurrendum in dubijs.*
11 *Eccleſia admittit bonos, & malos.*
12 *Concupiſcentia carnis eſt omne quod eſt in mundo.*
13 *Gladius ſecularis factus eſt ſacerdotalis.*
14 *Spiritualis gladius factus eſt militaris.*
15 *Menſura Solis, Lunæ, & terræ.*
16 *Prudenter attendit, qui ſanc intendit veritatem.*
17 *Electi ad dexteram collocabuntur.*
18 *Trælati ponendi ſunt ad dextram, & ſeculares Principes ad ſiniſtram.*
19 *Lex non diſtinguens, nec nos debemus diſtinguere.*
20 *Papæ omnia ſunt ſubiecta.*
21 *Signum vniuerſale. omnia includit.*
22 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*

CAP. VI.

Olitæ &. [Casus.] Imperator Constantinopolitanus faciebat Patriarchā Constantinopolitanū ſedere iuxta pedes ſuos in parte ſiniſtra. Papa iſtud intelligens,ſup hoc ſcripſit ei dicens,q alij principes erga prelatos ſuos aliter ſe habebant.Imperator reſcripſit Papæ,& multum mirabatur,q ſuper hoc ſic ipſum increpauerat,nitens oſtēdere per authoritatem B.Petri,ſubditi eſtote &c. q Imperium ſacerdotio minus erat, & hoc tāgitur in prima parte huius decre.In ſecunda parte ipſam authoritatem exponit. In tertia parte ad declarandam prærogatiuam ſacerdotij inducit authoritatem Hieremiæ.In quarta authoritatem Geneſis. In quinta concludit ꝺ Imperatorem.In ſexta excuſat ſe,q non increpando ſcripſerat,quamuis increpare poſſet, & hoc probat authoritate Chriſti in Euangelio Ioannis. In ſeptima relinquit Imperatorem iudicio ſuo.[Affectu,& j.].i.quē ſedes apoſtolica & nos ad& te, & prædeceſſores tuos ſemper habuimus. diligenter penſalles, pp literam quam tranſmiſimus,motus non fuiſſes,vt patet in ſe. glo,ſuper verbo.increpare.ad hoc. j.de præſump.mandata. cum ſuis concord.[Niſi.].q.d.tantam Imperatoribus reuerentiam exhibere deberes,q miramur,quo aulus es nos increpare, ſed male mouebatur,vt patet ſ.de reſcrip.ſi qñ.ſm d.n.& in eo, quod no.j. ſuper verbo. increpare. [Fuimus.] ſed tñ non fecimus : quia non increpando ſcripſimus,ſed monendo , & ad bonum incitando , quamuis increpare potuiſſemus,vt hæc patet j.eo.§.pen.& fi.[Increpare.] ſuper eo,quod habes.j.eo. §.hoc autem. Vnde ſumitur caſus,& etiam ſi te increpaſſemus,non debuiſſes moueri, vt not. ſ.ſuper verbo. affectum. & j.quia non omnis qui parcit, amicus eſt,nec qui verberatur inimicus,nec oſculatur ſemper filium pa-
1 ter,ſed verberat,& caſtigat,† & dulciora ſunt vulnera amici,q̄ fraudulenta oſcula inimici,ſecundum Aug.& Ambr.& v.q.v.nō oīs, & c.non oſculatur. [Hinc autem.] veri. [Non cauſam.].i.iuſtā. [Sed occaſionem.].i.qualēcunque animi motionem.iuxta illud. Occaſionem quærit, qui diſcedere vult ab amico. Et ſic no, hic dr̄iam inter cauſam,quæ conſiſtit in iure , & eſt rationabilis, & occaſionem, quæ conſiſtit in facto, & eſt iuſta. [Principem.] & vicarium Chriſti.cuius eſt ſucceſſor & Papa.vt leg.& not.ſ.de translat.epiſc.c.pen.& fi. q.d.non ex legibus noſtris, ſed potius ex tuis nos nitimur excuſare.ſic.xxxvii.diſt.ſi quid veri.Ex quo tñ ip ſe Imperator pro ſe hanc authoritatem inducit , videas ꝺ ſe. ſ.eo. omnis.arg.iii.q.iii,§.ſi quis teſtibus.& j.de cenſi.cum olim.ad fi. [Scripſiſſe.].j.Pet.ii.e. [Subditi.] verſ.ſic.j.de cenſi.omnis anima. xj.quæſtio.j.magnum.[Omni humanæ creaturæ.] Et quia Imperator hanc authoritatem pro ſe inducit, exponamus eam ita , vt faciamus pro ipſo,dicas ergo. [Subditi.] ſic vide.ur,q ſubſint clerici omnibus laicis, ſed poriſſime Regi, vt j.ſequitur. [Præcellenti.].i.clericis ſuperiori. [Ab eo.].ſ.Rege. [Miſſis.].q.d.nedum Regi,ſed etiam nunciis ſuis debetis reuerentiam exhibere, argu.ſ.de offic.deleg.cum olim magiſter. [Ad vindictam.] &c. Ex hoc vī Imperator arguere,q clerici ſubſunt regibus etiam in delictis.Vel intelligebat,q tam ſuper malos clericos,vt ibi,malefactorum. q̄ ſuper bonos,vt ibi,bonorum.poteſtatem haberet.q.d. malefacto
2 rum.ſ.clericorum.ad hoc enim,vt tales † puniat, Regi gladius eſt
3 commiſſus.j.de homic.poſtulaſti.& ad hoc † factæ ſunt leges, vt humana coerceatur audacia, tutaque inter improbos innocētia conſeruetur. iiii.diſtinct.factæ ſunt.ſed non ita intelligitur, vt patet in ſeq.§.¶ Verum.].ii.pars.Hic incipit Papa reſpondere authoritati prædictæ,quæ mouet Imperatorem,& ipſam exponere.[Si perſonam loquentis &c.] Sic ergo ad habendam , & intelligen-
4 dam mentem locutionis † notanda eſt perſona loquens, & eius, cui loquitur,vt hic,& xxvj.diſt.deinde. nam & aliquid probat ratione perſonarum colloquentium,arg.j.q.vii.didici.j.de conſan. de infidelibus.[Scribentis.].ſ.beati Petri. [Intellectum.]qui vert is eſt præponendus.j.de verbo.ſign.intelligentiam.& cap.in his.

[Et eos.]

[Et eos].ſ.ſubditos. [Ad humilitatis meritum.] pp quod & Papa vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei,vt j.de ſent.excom.relatum.in fi.& ſ.in proœ.in prin.& tñ eſt dñs dñorum.vt ibi not. & proba. ix.q.iii. cuncta per mundum. & c.per principalem. [Nam etſi.] verſ. [Et eis.].ſ.laicis.ſicut Imperator intellexerat. [Eos.].ſacerdotes. [Seruus quilibet.] Nam & humana creatura eſt,& quantum ad Deū ſpectat,non eſt liber,neque ſeruus,omnes enim in Chriſto,dummodo bona operentur,& mala caueant,eandem merce dem recipient.in Auth.de mona.§.hinc aūt nobis. coll.j.[Omni creaturæ]& qui dixit omni,nihil excipit,vt j.c.§.pen.in fi.[Qđ aūt ſequitur.] verſ. [Regitanq̄ præcellenti.] p qđ vī, q imperium maius ſit ſacerdotio . [Nō negamus &c.].q.d.quo ad feudalia pcellit,vt ſequitur. [In tpalibus.].viii.di.quo iure.ſubaudi tñ,& feudalibus,vt ſequitur,& dicas ēt eꝑs,ſed illis &c.his.ſ.eꝑs. [Ab eo.] ſ.Rege,vel alio principe.]Recipiunt.] de nouo,vel recognoſcunt ab antiquo. [Tpalia.] ſibi in feudū data. Quorū ratione tenentē ei iurare fidelitatem:alias ſi ab eo nihil tenent,vel recognoſcunt, nullatenus ſunt cogendi,vt j.de iureiur.nimis.de iure diuino. Nūquid † ergo ab eꝑo in tpalibus appellabitur ad Imperatorem? Dixerunt quidam,q non, quaſi tpalia eccleſiaſtica ſint a iuriſdictione Imperatoris ſeparata, arg x.q.j.nouerint.xxiii.q.viii. ſm canonicam.Sed illa intelligūtur de dote eccleſiæ.ideo dixerunt alii, q in hoc caſu ad dñm temporalem appellabitur.j.de fo.compe. verum.quia cognoſcit eꝑs tanquam iudex ſecularis, vt patet j.de iud.cœterum.arg.ad hoc.j.de appell.ſi duobus.Super hoc autem ſic hodie tenendū eſt,ſi duo,qui ſint de tpali iuriſdictione eꝑi, ſi rigent corā eo,& appellari contingat, ab eꝑo appellabitur ad Metropolitanum, niſi conſuetudine, aut priuilegio. ſeu iure aliquo ſpeciali ſit ad alium appellandum, vt extra d.n.de appell.Romana.§.debet.lib.vi.quod dic,vt not.in ſum.de appell. §.a quo, & ad quem.verſ.ſed pone,q eꝑs.& ſeq. [In ſpiritualibus.] vt x.diſt.ſuſcipitis.xcvj.diſt.duo ſunt.& c.ſi Imperator.& c.cum ad verum.[Digniora.] vt leg.& not.in primis iuribus.& ſ.eo.illud. [Licet non ſimpliciter.] verſ. [Propter Deum.] Per quod patet , q de libero arbitrio procedit ſm d. n. hoc autem non notauerat Imperator. q.d.cauſa humilitatis,vel honeſtum conſilium eſt,non ergo ne ceſſarium.xiiii.q.j.quiſquis.[Non ſine cauſa.] vt innuat,q quamuis ex humilitate meritorum ſit,eꝑo Imperatorem reputare præcellere,in veritate tamen eꝑs præcedit, ſm d.n. Vel dic, vt in ſeq. gloſ. [Tanquam.] Nec hoc notauerat Imperator. q. d. ac ſi eſſet præcellens,cum non ſit,ſicut illud.Matth.xxiiii.Tanquam ad latronem exiſtis &c.etenim Chriſtus non erat latro. Vel etiam poteſt intelligi illud comparatiue illud tanquam . q. d. non eſt Rex
6 præcellens ſimpliciter , ſed ſimilitudinarie , ſicut enim ſacerdos † præeſt in ſpiritualibus,ita & Rex in tpalibus,vt ſ.verſic.prox. & probatur in Auth.quomo.opor.epiſc.in prin.collat.i. & ſic non
a eſt expreſſiuum veritatis [a], ſed ſimilitudinarium.quia nihil idipſum eſt,cui eſt ſimile.ff.de pecul.l.iii.§.ſi filius. & ſ.de elect. tranſmiſſam.& eſt argu.hic,q nulla dictio poſita in reſcripto vacat a miniſterio,vt xix.diſt.ſi Romanorum. & j.de priuile.ex ore. ff.de vſur.l.iiii.Sed eſt contra.arg.C.de fideiuſſ.non recte.ſm T.ff.de re dihibito.actio.l.j.§.ſed ſciendum.verſic.ego puto.[Quia autem.] verſi. [Super bonos & malos.] clericos & laicos,vel etiam laicos indiſtincte.[Sed in eos.].ſ.laicos. [Vtentes gladio.]. i.aburentes.
7 q.d.percutientes iniuſte:quia qui † gladio percutit,gladio peribit. xxiii.q.viii.§.j.& etiam hoc poteſt intelligi de clericis incorrigibi libus ſecundum id,quod leg.& no.j.de priuileg.ex parte.iii.& de ſent.excom.perpendimus.& c.in audientia. [Iuriſdictioni.]. q.d. non ergo de clericis,qui perſonaliter non ſubiunt,vt not.ſ. eod.ſi quis.nec etiam de laicis in delictis grauibus extra regni terminos deprehenſis,ſ.de offic.leg.nouit.ff.de iuriſd.omn.iudi.l.fi. & not. ſ.eo.omnes.¶ Potuiſſes.] iii. pars. Hic incipit probare ſacerdotii præcellentiam , ſiue prærogatiuam. [Prærogatiuam.] quam habet ſuper omnibus,vt ſequitur. [Quod dictum eſt.] Hierem i. c.
8 [Non a quoliber,ſed a Deo.].q.d. Fortius eſt † verbum Dei, q̄ Petri.xj.q.iii.qui reſiſtit.& hic conſiderantur perſona loquentis. [Sed ſacerdori.].ſ.Hieremyæ, vt ſequitur , & hic conſideratur perſona eius,cui loquela dirigitur. [Profapia.] Ex hoc vī,q naſci de ſacerdote honorificum ſit , ſed hoc fuit in ſuo tempore , hodie enim
9 eſt odioſum,† & ignominioſum.vt patet ſ.de fil.presb.c.pen.& fi. & per totum.licet non ſit culpa eius qui naſcitur, ſed illius a quo generatur.lvj. diſt.naſci. [Anathor.] vtique hoc verbum non caret miſterio:quia anathos interpretatur reſponſio,vel obediētia, ſiue obediens ſiue reſpondens ſigno,aut gratificatio deſignantis,
10 quæ ſingula ſic expone.& dic.Reſponſio,vt ſcias ſad ſacerdotem eſſe ſuper dubiis recurrendum.j.qui fi . ſint legi.per venerabilem. §.rationibus. vel obedientia, vt ſcias , q omnes debent ſacerdoti obedire.ſ.eo.omnes. Siue reſpondens ſigno quia niſi præcellant aliis virtutibus,ſunt viliſſimi reputandi.j.q.j.viliſſimus.vel ſigno.i. authoritate domini eſt prærogatiua ſacerdorij, & eccleſiæ confirmata. vnde Luc.ii. [Et hoc vobis ſignum , inuenietis infantem poſitum in præſepio.].i.in eccleſia,in qua paſcenda ſunt laici, ſiue ſint boues.i.pœnitentes & domiti,ſiue aſini.i.peccatores & la
11 ſciui:nam & bonos,† & malos admittit eccleſia,vt xxiii.q.iiii.c.j. & ii.& ſeq. Aut gratificantis deſignatio domini,vt ſcias,q dominus deſignauit ſacerdotes ſuos habere poteſtatem gratificandi in præſenti.ſ.& indulgentias faciendi.j.de pœnit.ſignauit.& c.Deus qui.& c.cum ex eo.vbi de hoc.& ad hoc pertinet,quod leg.& nota.Luc.x.Poſt hæc autem deſignauit dominus,& alios ſeptuaginta duos,& miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum,quo erat ipſe venturus &c.& j. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes,i.auaros,qui ad modum ſerpētis terrā lingunt. Et ſcorpiones.i. luxurioſos : quia hoc pctm ad modū ſcorpionis blādit facie,ſed poſtea cauda pungit.vñ verſus.

Ha cyſpidis rabies,quam dulci pace ſalutat,
Quem ſibi veniatur hominem primoque propinat.
Dulce, ſed ex dulci tandem concludit amarum.

Et ſupra omnem virtutem inimici . i. ſuperbos, qui ad modum diaboli nituntur ſuper omnem extolli.q.d.ſuper omnes peccatores vobis do plenam poteſtatem.j.de iudi.nouit. §.i. omne enim
12 peccatum ad vnum ex his tribus reducitur,j.lo.ii. Omne † quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt,& concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre, & poſtea ſequitur in Luca parabola de Samaritano , qui alligauit vulnera ſauciati infundens vinum & oleum,quæ exponitur.j.de pœnit omnis.[Ecce.] vertic.hic loquitur,dominus Hieremyæ,vt patet Hiere.j.quæ authoritas ſic poteſt exponi. Ecce. q.d. quamcito cura tibi commiſſa eſt,poteſtatem habes.ſ.de offic.ordin.cap.ii.& iii. [Constitui.].q. d. non te ingeſſiſti.ſ.de elect.qualiter. ſed ego conſtitui te per epiſcopum meum vicarium,quod dic, vt nor.ſ.de offi.archi. cum ſatis. [ſuper gentes.]. i.laicos inferiores. [Et ſuper regna.].i. laicos ſuperiores in quantacunque dignitate conſtituros. [Vt euellas.].i.peccata ab obedientibus. [Et diſſipes.] Inobedientes deponendo a dignitatibus. j.de hæreti.excommunicamus. ii. j.de ſenten.excommu. nouit. & capit.grauem [Et ædifices.] Fideles baptizatos per aliorum ſacramentorum eccleſiæ adminiſtrationem, & veram prædicationem , ac honeſtam conuerſationem inferendo gratias,& virtutes.ſ.de ſacramen.non iteran.cap.fina. & de offic.archipresbyt.officium.& de offic.ordin. inter cœtera. xl.diſtinct.multi ſacerdotes. [Et plantes.] in eccleſia Dei, ſcilicet infideles non baptizatos per prædicationem, & ſacri baptiſmi ablutionem,de conſecrat.diſtinct.iiii.per totum.& j.de baptiſ. per torum. ¶Præterea.]iiii. pars . in qua intendit adhuc prærogatiuam ſacerdotij comprobare. [Quia.] ſicut legitur Geneſ. i. [Fecit Deus &c. Luminare maius.] id eſt Solem . [Et luminare minus.] ideſt Lunam. [Sed alterum.] ſcilicet Solem. [Vtrumque magnum.] Verba Innocentij.[Ad firmamentum.] verſi.in quo exponit prædictam Geneſis authoritatem. [Pontificalis authoritas.] ſcilicet iudiciaria quo ad decernēdum,& iudicandum:ideo enim dixit authoritas. [Et regalis poteſtas.] Executoria quo ad exequendum , ideo enim dixit poteſtas.q.d.poteſtas Pontificalis conſiſtit in iure, quo debet eſſe imbuta. Regalis vero in potentia facti,quo debet eſſe ſuffulta, & ſic patet,q vna eget reliqua . & vtraque adinuicem concordante omnia recte in regimine eccleſiæ ſanctæ Dei . Debet tamen Pontificalis præcedere tanquam maior,& digniot,& illuminatrix ad modum lucernæ illuminantis,& regalis ſequi tanquam minor, ſiue rudior ad modum claue indeuotos,& rebelles percutientis,ſeu malleantis.xcvj.diſtinctio. cum ad verum.& not.ſ.de offic.ordin.capit.j. ad quod deſignandum vngitur Ponrifex in capite,Rex in armo,vt legitur,& notatur ſ.de ſacra vnctio.capit.vnico.§.vnde in veteri. vbi de hoc. ſed hodie reciprocāt.& vnuſquiſque veſte induitur peregrina: nam
13 in multis locis ſecularis † gladius factus eſt ſacerdotalis iudicans clericos & eccleſiaſtica, ſicut laicos & temporalia.contra iura.in Auth.vt cleri.ap.propr.epiſcopos.conue . §. ſi vero eccleſiaſticū . coll.vj.& de ſan.epi.§.ſi autem eccleſiaſtica. coll. ix. Et ſpiritualis
14 † etiam ex leui cauſa nō tantum per alios, ſed & per ſeipſum mouens guerras , & nutriens factus eſt militaris contra iura , infra titu.j.capitu.j. & infra de voto. ex multa. §.ne clericis. xxiii.quæſtio.viii.§.primo.& capitu.ſequenti nec deficiet iſta peſtis,quouſque vterque ſuis terminis ſit contentus, vt infra de ſepulturis. capitu.j.§ fina. ſuper quo ſalubre eſſet conſtitutionem condere ſpecialem. [Sed illa.] verſic. [Spiritualibus.] ideſt Pontificalis. [Carnalibus.] debuit dicere noctibus,ideſt carnalibus, ſed dic carnalibus per noctes deſignatis , ſcilicet regalis . [Vt quanta eſt differentia inter Solem , & Lunam.] Hæc verba remotis. gloſ. communibus.ſic expone.[Vt quanta &c.].i.quanta eſt differēria magnitudinis inter Solem , & Lunam &c. quæ quanta ſit patet per id, quod legitur in quinto libro Almageſti demonſtratur Ptholomei.xviii.propoſitione.vbi ſic legitur. Manifeſtum eſt,q magnitudo ſolis continet magnitudinem terræ centies ,& ſexagecies ſepties,

ADDITIO.

a ¶Veritatis. Adde de hac dictione tanquam,per Nico. de Neapo. in l. tutor . §. qui tutoribus.ff.de excuſa.tuto. & plene per Alber.de Roſa. in ſuo dictionario. in verbo, tanquam.

septies,& insup eius quartā & octauā. Et ibidē palā est,q magnitudo solis cōtinet magnitudinē Lunæ septies milies, & sexcenties & quadragesies quater,& insuper eius medietatē. Ibidē. Itaq; magnitudo terræ continet magnitudinē Lunæ trigesies.i.triginta vicibus& nonies, & quartā & vicesimam eius,ergo p̄m hoc Pontificalis authoritas maior est regali potestate sexies milies,& sexcēties & quadragies quater,& insuper eius medietatem; quia sol tm̄ est maior Luna,vt patet s̄.eo.ver.ibidē. palam est &c. vel expone sic. [Vt quanta &c.]i.quanta est dīa officij, & claritatis, & illuminationis. [Inter Solem & Lunā &c.] tanta esse p̄lationis,& subiectionis [inter Pontifices,& Reges &c.].q.d.sicut Luna recipit claritatem a Sole,non eō: sic regalis potestas recipit dignitatē, & illuminationē a Pōtificali authoritate,& nō eō,vt patet s̄.de elec. venerabilē.& j.de iudi,nouit,& c.qualiter. Et sicut Sol illuminat mundū per Lunā,quam per se nō pōt.f.de nocte,sic & pōtificalis per regalē,sine tpalē regit mundū,siue ecclesiā Dei,qñ per se non pōt.s.qñ agit de animaduersione,vel membrorū tracatione, seu graui sanguinis effusione, quā non solū non dēt per se exercere, sed ēt ab ea tenetur personam suā oīno subtrahere qa non dēt in talibus aliquatenus interesse,vt patet j.ne cle.vel mo.c.clericis & c.sniam.& j.de excess.pre.ex literis.§.fi.Quid ergo? recurrat ad Lunā suā.f.tpalem,sicut Sol de nocte,vt j.de homic.postulasti. xcvj. dist.duo sunt.& c.cum ad verū. Rōne huius cōparationis satis liquet de sacerdotij prærogatiua, & iunge hanc decimā rationem cum.ix.quas inuenies.j.q.fil.sint legiti per venerabilē. §. rōnibus. sed & adde,qđ not.s.de sacra vnct.c.vnico.§.vnde in veteri.ver.refert aūt.¶ Hæc aūt.].v.pars.ex qua sumitur casus. [Si prudenter.]

16 prudenter † attendit,q sane intelligit veritatē,vt s.de temp.ordi.literas.§.i.[Magnū quidē &c.] nā in sede post Papā obtinet primū locum.xxii.di.renouantes.& j.de priuil antiqua.[Iuxta scabellū.] quasi sibi subiectū. [In sinistra.] cum tm̄ dextera dignior, & ho-

17 norabilior sit: vnde & electi † ad dexterā collocabuntur. Mat.xxv. [Reuerenter assurgant.] remouendo capucīū,vel pileum,& etiā inclinando,vt patet.lxiii.dist. Valentinianus. [Iuxta se.] quasi saltem æqualem,& hoc ō hoc,qđ dixerat iuxta scabellum. [Venera-

18 bilem,].q.d.† plati ponendi sunt ad dexterā. & seculares principes ad sinistram,& hoc est ō hoc qđ dixerat,in sinistra. [Sedem.] Ex sede.n.magis venerabili præsumitur,q maior est dignitas, & major est persona,vt s.de consue.cū olim.& j.de priuil.ex ore.& no. s.eo.c.i.¶ Nos aūt.].vj.pars.in qua excusat se Papa.[Nobis enim.] vers. [In B.Petro.] cuius locū tenemus, vt leg.& not.s.de transla. episc.c.fi. & xxiiii.q.j.rogamus. & per totum. [Dicente dño.] Io. vlt. [Pasce oues meas.] sic.s.de elec.significasti. [Nō distinguēs.]

19 & ideo † nec nos distinguere debemus.sic.ff.de offi.præsid.l.iii.ff.de public.de precio,ii,q.i.ii,cōsuluisti.& s.de translat.episc.inter corporalia.§.sed neque.vers.fi.cum suis concord.p.ff.de testi.q̄situm. [Vt alienum,] & patet.xxiiii,q.j.alienus.& c.qm̄ vetus.[Vt illud.] vers. [Dimittamus.] alias omittamus.& tā hoc statim subiūgit. si.viii.q.j,Moyses.& s.de off.ordi.inter cætera.§.j. ibi,ne dicamus. vbi de hoc.& j.de iud.nouit.§.j.p̄m vnam lecturam.vers.vt dimittamus.[Dixit.] Matth xvj,c.& xviii.d. quodcunque ligaueris &c. sic.xxxiiii.q.j,quodcunque.j.de sent.excom,a nobis. ij.§.j. [Nihil

20 excipiens,qui dixit quodcunque.] vnde & Papæ † omnia sunt subiecta,& hac subiectione potest intelligi,qđ eodem mō argumētando probat apostolus dicens.j.Corinth.xv.d.Oīa subiecisti sub pedib.eius, cū aūt dicat oīa subiecta sunt ei, sine dubio p̄ter eum q subiecit oīa. q.d.apostolus. solus Deus excipit, q ei subiecit oīa alia,cui & ipse subest,vt patet in eo.qđ no.j.de p̄b.,ppositū.Heb.ii. d.In eo enim, q ei oīa subiecit,nihil dimisit non subiectū ei. Sic

21 ergo † signū vniuersale oīa includit.si.ff.de hær. insti.hoc articulo quisquis.ff.de offi.præsc.c.vrb.l.i.§.in initio. xix.dist.si Romanorū.

22 sed & indefinita † equipollet vñi [a],vt ibi,& j.de priuil.qa circa. vbi

a de hoc.¶ Vtrū aūt.].vii.pars.in qua pēsatis superioribus suo iudicio relinqtur Imperator. [Discernat.].q.d.tu ipse es tibi iudex, & testis,C.de fideicom.l.fi. [Ad vtilitatē.] quia si honoretur Patriacha ab Imperatore, tāto magis ab aliis honorabitur,& ipsum honorāre recurebuntur & tā in prædicationibus.q̄ in aliis magis p̄ficiet,& magis ei credetur,& adhibebitur maior fides,& de contrario potest contrarium euenire.

ADDITIO.

a ¶Indefinita æquipollet vniuersali. Adde Dyn.in rub.de reg.iur.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Nomina primo scribenda eorum, qui a Principe promoti sunt.*
2 *Receptus in canonicum in perceptione præbendæ præfertur.*
3 *Exemptus quis non est ab ordinaria potestate ex prærogatiua militiæ, vel dignitatis.*
4 *Ordo susceptus non aufertur, sicut dignitas.*
5 *Ecclesia non iudicat de occultis.*

CAP. VII.

Er tuas. [Per ordinem.] susceptum, quod statim sequitur.¶ Ad quod breuiter rōdemus.]ii.pars.[Quantum conuenit.]q.d.discretione p̄quia.s. de of.custo. c.j.§.lampades. Si enim aliqui sint eiusdem ordinis in dignitate constituti,vel ecclesiæ vtiliores,non conuenit,q tales postponantur,sed p̄ponantur.s.de æta. & quali.queris.§. statuentes.&.§.& nisi forte.Forte enim sunt nobiliores,& porentiores,quibus pares esse non possumus.ff.de al.iud.mu.cā.fa.l.iii.rñ.j.vel meliores clerici. Tales enim prerogatiuam habent,vt leg.& not.s. de preben. de multa.§.fi.[Deferatur.]qui eiusdem ordinis sunt: nam cæteris similibus concurrentibus priuilegij ratio est habenda. ff. quod cū eo qui in aliena po.est.l.iii.pura,in fine.xvj.dist.§. illud. xcvj.di.bene quidem in subscribendo.ff.de albo scriben.l.j.&.ij. Illis tamen, qui sunt maiores in ordine,non p̄fertur.xvj.dist.Iisdorus. quod dic,vt le.& no.s.eo.c.j.& est hic ar.pro epis & exemptis, vt in concilio,siue sinodo in fede & in aliis debeant pre cæteris honorari.

1 Primo enim scribēda sunt, † eorum nomina, qui a principe sunt promoti.ff.de albo scriben.l.fi. si tamen tales eligantur ad prelationem, non obstante priuilegio subire tenentur onus prelationis,quam recipiunt.j.de preben.significatum.C.de testibus.nullū s.de renun.ad supplicationem.C.de postu.quisquis.[Honorauit.] ar.C.vt dignitatis ordo seruetur.l.ij.ver.inter administratores.lib. xij.C.de aduocaris diuer.iudi.restituendæ. in fi.ibi. nam qui a nobis digni iudicati sunt, hi multo magis in anterioribus quoque sunt adiuuandi.in Auth.vt iudices sine quoquo suffra. §. eos aūt, ibi,quis enim non diligat eum,& honestate compleri magna puter, si nostro decreto iudicioque tui culminis ad cingulū veniat. col.ii.ff.de albo scri.l.fin. Ex quibus iuribus videtur sumptum, q

2 † receptus in canonicum de mandato sedis apostolicę in perceptio-

a ne prebendę preferatur[a], receptis a capitulo per literas facultatis, ad idem.C.de crimine sacrile.l.ii. [Per eam tamen.] scollationē

3 ordinis a nobis recepti.[Ab obedientia.] nam ex prerogatiua militię,vel dignitatis non eximitur quis ab ordinaria potestate.C.de

b iuri.om iu.l.fi.Nunquid eps potest talem deponere[b]? Dicunt quidam,q sic.arg.huius literę. Alii dicunt & melius,q non potest ipsum deponere, sed debet causam instructam ad Papam remittere.argu.iii.q.vi.Quis.C.vbi sena. vel cla.l.iij.i.de ita.mo.ea quę.§.ij. sed & septem testes requiruntur ad talem conuincendum.ii.q.v. presul.& in hac sententia sunt omnes moderni.Sed & iuthcaret, q epi copus impetraret a Papa licentiam deponēdi.ar. s. de tem. ord.cum in distribuendis.& die vt ibi plene not. Quid si de licentia Papæ recepit ab aliquo ordinē diacōnatus,& psbyteratus,nun

4 qđ de cetero amittit hoc priuilegiū? Vī,q nō: qa ordo † susceptus non dēt auferre,sed potius afferre,sicut & dignitas.C.de dign.l.iii. lib.xii.item quia priuilegia perpetua sunt.xxv.q.ii.c.i.& ii.itē sem per manet Papæ subdiaconus, qui semel extitit. ff.de minori. aūt prætor.§.penult.in fine.alias incipit lex.& si sine.cōtrarium tenē. Ex quo enim priuilegium, & ius cōe p̄rium mixta sunt, amittit priuilegium vires suas,arg.s.de offic.delega.super quæstionum.§. si vero duo. Et in dubio priuilegii semper (si fieri potest) debet fieri interpretatio secundum ius commune,vt s.de consuetu. cum dilectus.§.fina.& de facili reuertitur res ad id, quod natura & ius ab initio sibi concesserat.ff.de pact.si vnus.§.pactus ne peteret.per cuius §.mentem satis puto solutam quæstionem. j. de censibus. cum venerabilis.§.j.& argu.j.de appell.vt debitus.& quia contrario facto renunciat quis priuilegio suo,vt leg. & not.s.de constit. cum accessissent. in fi. per quod potest satis prioribus iuribus responderi. [Absoluentur.] alias absoluuntur,hoc saluo,q a tenō ordinabuntur sine speciali licentia.s.de temp.ordi.cum in distribuendis, tamen secundum dominum nostrum per subtractionem beneficij cogi possunt,vt ipsam licentiam studeant impetrare.s.de ęta.& qua.quæris.Quid si iam licentiam talis obtinuit,sed

5 occultat? Et quidem ecclesia † non iudicat de occultis.j.de simo.sicut nobis.in fi.& c.tua nos.in fi.

ADDITIONES.

a ¶Præferatur. Adde quod ita hodie est decisum per cap.hi qui authoritate. de præben.lib.vj.& in cap.fin.de concess.præben.vers.vlt.eos.eo.lib. not.glo.in capi.cum aliquibus.de rescrip.eo.li.

b ¶Deponere. Adde do.Abb.& Io.And.post glo.i.hic.& do.Henr.Bo.hic.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus quamuis cum populo labatur in hæresim ecclesia retinet honorem suum.*
2 *Delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ.*
3 *Possessio sua nulli auferenda est ante causæ cognitionem.*
4 *Ecclesia non potest vere possideri.*
5 *Præiudicialis in rem actio contra quem competat.*
6 *Confessoria actio contra quos competat.*

CAP. VIII.

Nter quatuor, & infra. Pars.s. de cler. peregrinan.inter quatuor.& infra de cleri.non residen.inter quatuor. [Contra ecclesias.] Ecclesiæ istæ ab antiquo Constantinopolitano Patriarchæ subiectæ fuerant, sed cum ecclesia Constantinopolitana facta fuisset schismatica, se ab eius obedientia subtraxerunt,& Romanæ ecclesiæ adhæserūt. Demum capta Constantinopolitana ciuitate, & Patriarcha ibidem

dem per Romanam ecclesiam cōstituto, petijt idem patriarcha q sibi restitueretur dictę ecclesię, quæ tm̄ erant in quasi plena possessione libertatis: sed hęc petitio non exauditur, vt sequitur. [Quæ.] scilicet ecclesię.[Respondebant.] quia & exemptæ erāt & Romanæ ecclesiæ adhærebant.[Duplici.] Vna,quia erant in quasi possessione libertatis,sicut statim præmisit.Secunda, quia citati non erant.& hoc est,quod dicit in seq.ver.iuris.nam q;&c. [Iuris nam q.;] ver.[Præiudicium.] No. q quamuis † episcopus

1 cum populo suo labatur in schisma vel hęresim, nihilominus tamen ecclesia cathedralis honorem, suum retinet, & ecclesias sibi subiectas quo ad proprietatem,nam possessionem amittit.ar. ff.ex quibus.ca.ma.deniq;.quamuis postea restituatur iure postliminii,reconciliatione obtenta, vel petita restitutione in integrum,ar.ff.quibus ex cau.ma.in integ.ait prætor.§. item ei,qui p capitiuitatem.secundum.d.n.Alij dicunt,q & possessionem retinet,ut hic innuitur.& s.de elec.quia diligētia. tum quia † delictū

2 personę non debet redundare in damnum ecclesię. j. de excep.

3 cum venerabilis.§.intelleximus.tum † quia nulli auferenda est sua possessio ante causæ cognitionem.xii.q.c.j.in fi.xvj.q. iiij.volumus & q.vj.placuit.j.vt lite pen.per totum.C.vnde vi.si quis in tantam.[Nec citari.] vnde sententia lata contra tales ipso iure non tenet.ff.que sententię sine app.rescin. l.j. §. cum ex edicto. [Per contumaciam.] sic.iij.q. ix. c. ij.& per totum.j. vt lite non conte. quoniam frequenter. §. porro.vnde nec rescriptum, per quod præcipitur,q contra talem procedatur,aliquas vires habet. C.si per vim vel alio modo.l.fi.C.vnde vi.l.meminerint.¶ Super obedientia vero.] ii. pars. [Fere.] philosophicum est temperamentum.sic.j.de procura.tuę.§. i [Inobediēs.] sed postea capta fuit,vt.s.e.c. in prin.[Iustitiam.] versi.[Non negabimus.] quia nemini est neganda,vt leg.& no.s.de offi.ordi.c.ii.§.j. [Postulandam.] Citabuntur ergo alij.j.de causa pos.c.j.& videtur,q ecclesia constantinopolitana sit restituenda.ar.s.de elec.quia diligentia.ff.de bonis.lib.l.iij.§.si deportatus. j. de excep. cum venerabilis §.intelleximus.ver.licet autem.cum suis concor.& no.s.e. c.respon. j. super verbo. præiudicium. & est attendendum secundū. d.n.q sicut ex litera ista apparet,patriarcha subiectionem quarundam ecclesiarum petebat proponens quasi confessoriā actionem,& dicens se ius habere in re,per quod apparet actionem esse realem.Instit.de act.§.j.ii.& iii.& hoc quo ad primam petitionem.& idem est quo ad secundam,in qua agebat ad obedientiā sibi præstandam,quia & hoc ius sibi deberi dicebat: vnde & erat realis petitio, & quasi confessoria proponebatur. ad hoc. s de offic.ordi.conquerente.ff.de rei ven.l.j.§.p hāc.C.de fugi.colo.li. x.per totum.C.in quibus cau.colo.vel censi.l.ij.li.xj.Et notandū q qñcunq; aliquis dicit se habere ius in aliqua re,& hoc petit,debent vocari omnes illi.quos res tangit,vt hic & j.eo.c.fi.alioquin absentibus non præiudicatur: nisi forsan sciant causam suam agi,& taceant.quod dic,vt plene no.j.de re iudi.quamuis regulariter.quamuis aliàs si peratur res ab illo, qui facultatem habet restituendi,præiudicium faciet domino, nisi ipsum nominet in iudicio,vel si nominatum non repræsenter.C. vbi in rem acti.l. ij.j.vt lite non conte.quoniam frequenter.§.penul.in iuribus autem incorporalibus,licet qñq; locum habeat nominatio,& detur terminus ad hoc,vt veniat,& de iure suo doceat, vt hic. & ff. de lib.cautà.si pariter.si tamen non venerit,non constituetur petens verus possessor, nec procedetur secundū formam illius.l.C. vbi in rem actio.l.ij.cum non habeat facultatem rei restituendæ is,qui conuenitur.verbi gratia. Peto obedientiam ab aliquo.qui ipsam fecit alij:reus nominat eum in iudicio,cui fecit obedientiam,non venit ad diem assignatam,in hoc casu non cōstituar ergo possessor obediētię: quia nec is aquo peto ipsam debet eam subtrahere illi,qui in possessione eius est,nec ipsam mihi præstare,nisi prius ab alterius obedientia absoluatur,quod fieri non potest,cum nec præsens,nec actum sit contra eum.arg.hic, & arg. viij.q.iiij.non sic.quinimmo & si contra aliquem feratur sententia,& tempore executionis appareat alius, q de iure suo velit docere, iudex hoc summatim discutere debet. ff. de re iudi. a diuo pio.§.si verum.j.de re iudi. cum super controuersia. immo nec videtur,q talem obedientiam, quam possidet alius & non ipse, ab ipso possim petere,vt not.j.de præscrip.auditis.sed & si condēnetur,sibi tantum præiudicabit,& non alij.ff.de rei ven.sępe.Alij dicunt,q cogendus est actori vincenti obedientiam facere, & si altus possessionem habeat.ar.C.quæ res pig.ob.pos.nomen.& de actio.vel here ven.postquam. Sed potest responderi in prædictis legibus astitille voluntatem obligantis & vendentis, & idcirco competit act.o, & quasi eius nomine agitur, qui actionem cessit. Tertij dicunt, quòd & si vbi obedientia. petitur, non habeat locum nominatio,nec processus prędictę legis, tamen vbi

4 ecclesia petitur locum habet quod non videt verum † cum ecclesia non possit vere possideri,nec eius dominiū hēri.ff. de rerū diui.l.j.sed tm̄ ratione iurium episcopalium,vel aliorum competat quasi possessio,& petitio rej.ff.de cōtrah.empt.qui tabernam. ff.de leg.j.si domus.§.fi.Quarti dicunt,& forte melius,q si aliquis iura alicuius nomine alterius possideat, vel detineat: puta,vicarius,vel coadiutor est,vt s.de offi.ord.quoniam.& s.de offi deleg. venerabili.tunc locum habet nominatio,& processus legis prędi ctæ:quia facultatem habet restituendi ea,quę de facto tenet.ff.de rei vendi.officium. a clericis autem obedientiam, quam alius in eos possidet: puta, epalem, vel archiepalem petere non possunt; immo nec sponte oblatam recipere debeo;alioquin pecco,& puniendus sum.xvj.q.iij.placuit. nam & eadem obedientia in eidē non potest deberi pluribus.ff.de acq.poss.possideri. §.econtrario. ff. commo. si vt certo loco. §.si duobus vehiculum. Si vero peto obedientiam quasi sub alio; pura archidiaconus, vel abbas petiit obedientiam archidiacōnalem,vel abbatialem sub epō non indē dens obedientiæ episcopali prædicare,vel eps sub Papa,non differtur pp aliquam nominationem petitio actoris. quia nec alienum ius petit,sed suum, quod est aliud a iure superioris, arg.j.de excess.prælat.ad hæc.xxiii.dist.quamuis.alias quamquam. & melius.xj.q.iii.qui resistit.& c.seq.& sunt hæc vera,quando peto obedientiam mihi præstari ratione loci, vel dignitatis quam teneo, sinautem ratione personæ,cui obedire promisit, tūc cum hæc petitio personalis sit tantum, nō est locus nominationi alterius in iudicio:nam illa p̄m omnes tm̄ in realibus locum habet.Si ergo ille,qui petit iura epalia,vult caute agere.Primo inquirat qs possidet,& si inueniat,q nullus,sed potius ecclesias, vel clericos se pro liberis gerere,implorabit officiū iudicis contra ipsos.j.de cau.pos. cum olim.j.de re iud. cum inter vos.ff.de rei vend.l.j. §.per hanc. ff.de lib.exhib.l iii.§.hoc autem interdictum. Potest etiam cōtra tales intentare episcopus in rem præiudicialem in suos clericos ipsos petens.Institu. de actio. §.præiudiciales. Si vero ab alio detinentur, sed detinens non contendit se prælatum eorum, nec inuitos detinet,idem dicendum est: sinautem detinens contendat se prælatum,etiam si voluntarios detineat, peti possunt per interdictum,de liberis exhibendis,argum.ff.de lib.exhib.l.fin. & idem est,si inuitos detineat,& si se prælatum eorum non contendat.ff. de lib.exhib.l.i.super quo vide,quod not.j.de coniuer.infide.ca.ii. Possunt etiam vendicari clerici,& iura prædicta ab epō de iure canonico,argu.ff.de rei vend.l.j.§.i.vii.q.j.non oportet.lxxj.& lxxii. dist.per totum.p̄m d.n.& de hoc teneas,vt patet j.de religi.domi. de xenodochiis.cum suis concordā.remotis subtilitatibus legalibus superioribus, & inferioribus, de quibus in foro canonico nō est multum curandum,vt patet in eo,quod leg.& not. j.de iudic.

5 cum dilect.Hoc autem sciendum est.q præiudicalis † in rem cō petit tantum contra filios,vel personas alias, quæ sui controuersias faciunt,sed in ea quæritur tantum,an sit filius meus,& per similę, an sit clericus meus. In rei vendicatione autem de iure canonum quæritur,vtrum sit in potestate mea,vel non. Item datur ratione possessionis,quam alius habet, & controuersiæ quam facit, & si plures dicant se habere idem ius in eadem ecclesia, bene possunt super hoc inter se contendere,vt not.j.de præscript. auditis.& expressim est,infra de foro competen.sane.& facit ad hoc:

6 quia † confessoria competit non solum contra possidentem rem, in qua petitur seruitus, vel ius, sed etiam cōtra quemlibet ipsum ius,vel seruitutem turbantem.ff.si seruitus vend.si quis diuturno. sed & ambo possunt agere contra illum, qui rem possidet, quæ ius,vel seruitutem debet,infra de re iudie. cum super controuersia. Nam non est prohibitum plures contra eundem agere super eadem re.ff.de libe.cau. si pariter. ff de rei vendic.is & a quo. & l. sequen.ff.de petit.hared.l.penult.ff.de noxali actio.si quis a multis. Nec obstat,si dicas, quod non habet facultatem rei restituendæ,cum alius possideat;quia alii non fit præiudicium,nisi possit ei taciturnitas,vel aliud imputari,vt.j. de re iudi.cum super.& ca, quamuis.Si ergo vis breuiter procedere,voca ad iudiciū clericos, quos petis tibi subditos vel in quibus petis iura episcopalia,& da eis libellum, qui si confiteantur petita, & si dicant se non habere potestatem præstandi ea, quæ petuntur;quia alius possidet, nihilominus dabitur diffinitiua sententia contra ipsos, quia ius faciet inter partes, vt de cætero non possunt super petitis in libello contradicere. Si vero negant petita, vel dicant se dubitare, quia alius possidet,vnde & pro eodem reputatur.ff.de petit.hære, si debitor. tunc sui controuersiam videntur facere, & ideo secundum modum supra notatum procedendum est contra ipsos, q̄tumcunque autem condemnentur, si alius possideat obedientiam,vel alia iura,nunquam mandatur executio contra ipsos,ne fiat præiudicium absenti non citato,nec contumaci,vt hic dicit, & s.not.secundum dominum nostrum,cuius est quasi hæc tota glo. Ergo etsi prudentius velis agere,omnes quos res tangit, citari facies, vt & contra omnes obtineas, & omnibus præiudicet sententia lata, vt colligitur hic,& infra eod.capitu.fin,& supra de constit.ecclesia Sanctæ Mariæ,& in iuribus prænotatis.

SVMMARIVM.

1 *Abbates curam habentes tenentur venire ad sinodum.*
2 *Sinodus mixta est.*
3 *Consuetudo ecclesiæ quo ad cathedraticum seruandum est.*
4 *Capitula ecclesiarum inuitanda in prouinciali concilio.*

CAP. IX.

Vod super his & infra. Sic ordinat literam tenentem [Abbates & sacerdotes & c.] vsq; ibi. [Cõtemnunt per censuram ecclesiasticam &c.] vsq; ibi. [Et reuerentiam exhibere.] subaudi, & statuta quæ ibi fecerit obseruare. [Dummodo in ipsa synodo] &c. [Abbates.] qui po-
1 pulum habent. † xviij.q.ij. abbates. sed si non habent populum, non tenentur venire. xviij.q.fi.c.fi.fm Io. & d.n. ad idem. xvi. q. i. cum pro vtilitate. illi vero, qui habent populum, in nullo videtur exempti a lege diœcesana, imo & debet habere cathedram in ecclesia, in qua & episcopus prædicet, & ad synodum veniat. xviij. dist. episcopus. necnon & præstant decimarum, & mortuariorũ, atq; oblationum canonicam portionem. ſ. de sepul. in presentia. & de hoc no. ſ. de sta. mona. c.j. Alij vero, qui non habent populum, non tenentur venire. fm d.n. cuius est hæc gl. imo quia curã habent. quod dic, vt no. ſ. super verbo, diœcesana. [Et sacerdotes.] incuratos, nam & alij non sunt lege diœcesana subiecti, nec tenetur ad soluendum cathedraticum. cum non teneant ecclesiam,
2 cuius ratione hoc debeat solui. [Diœcesana.] per hoc videtur, q̃ synodus sit de lege diœcesana, contra tamen no. s. de offi. ordi. dilectus. §. vnde præfatus. Dicas † q̃ synodus mixta est. a in eo enim,
a q̃ synodus de lege diœcesana est, & in eo, quod ibi iudicat, vel aliquid statuitur, de lege iurisdictionis est. vnde die diœcesana. subaudi, & iurisdictionis. & ex hoc. c. euidenter patet, q̃ si monasteria sint exempta a lege diœcesana quo ad præstationem cathedratici & angarias, & perangarias. x.q.j.c.j. & q.iij. inter cætera. xvi.q.j. cũ pro vtilitate. xviij.q.ij. quam sit. in fi. Abbas tamen non est exemptus quo ad synodum, imo tenetur ad ipsam venire, & si populum non habeat, vt hic patet. & xviij.q.ij. Abbates. sed non debet cogi nisi ex causa. xviij. dist. episcopus. xviij.q.ij. §. fi. exemptus etiã
3 ratione capellarum non exemptarum venire tenetur. ſ. de priui. ex ore. nisi priuilegium aliud inducat. ſ. de excess. præla. nimis prauа. vel quando fit sine causa, vt ibi, argu. in §. j. respõso. j. & s. no. Vel illud de fratribus, hoc de abbatibus, vel prælatis. Cogantur ergo priores, & guardiani, & non fratres. Sed & consuetudo † cuiusli-
4 bet ecclesiæ quo ad cathedraticum seruanda erit. s. de offi. archi. c. fi. xviij.q.ij. seruitium. Quid de prouinciali concilio? inuitanda sunt † etiam capitula, & nuntij si venerint admittendi. ſ. de his quę fi. a præla. c. fi. non tamen coguntur venire nisi episcopi. xviij. dist. si episcopus Metropolitanus. & c. seq. licet admittantur omnes illi, qui causam habent. xviij. dist. propter. j. & ij. secundum. B. Sed contra: quia & presbyteros & diacones ibi præsentes oportet adesse. xviij. dist. propter ecclesiasticas. & infra sex menses debent episcopi suis subditis statuta concilij publicare. xviij. dist. c. fi. & sic intellige. ſ. de accusa. sicut olim. quia omnes astringuntur. Imputet ergo sibi, qui non interfuit quia contradicere potuisset. xxxj. dist. Nicena. licet etiam non omnes cogantur venire, expedit tamen, q̃ veniant, ne sibi præiudicium fiat. Item ad procurationem tenetur. ſ. de censi. cum ex officij. & correctionem habet episcopus in omnibus monasterijs in his, quæ extra regulam committũtur. xviij.q.ij. abbates. ſ. de sta. mo. in singulis. §. porro. ſ. de simo. ne Dei ecclesiam. & no. s. de offi. archidi. c. fi. [Statuendum.] q.d. si in citatione exprimeretur iniusta causa, non deberent venire. Item si scirent concilium, siue synodum conuocari propter iniustam causam, cui si præsentes essent, non possent contradicere sine resistere, puta: quia Metropolitanus agit de fauore præstando alicui principi excommunicato, non tenentur venire. secundũ. d.n. Vel dic, q̃ tales coguntur venire & statuta seruare, nisi forsan obnient canonicis institutis, & iste intellectus magis congruit literæ. quod dic, vt no. s. de offi. ordi. licet. respon. j. super verbo, statuens. [Venire.] ex magna causa. & no. s. super verbo, diœcesana. [Obedientiam & reuerentiam.] quia hæc sunt de lege iurisdictionis, cui subsunt, vt no. s. de offi. ordi. conquerente. §. j.

ADDITIO.

a ¶ Synodus mixta est. Adde, quomodo hoc intelligatur d. Abb. hic post istum in gl. j. circa medium.

SVMMARIVM.

1 *Superiori præcipienti aliud, q̃ quod ad officium suũ pertinet, obediendũ nõ est.*
2 *Regularis suspectus de inobedientia cogitur iurare de obediendo.*
3 *Prior potest excommunicationis sententiam in canonicos ferre.*
4 *Abbates, & Priores possunt excommunicare subditos.*
5 *Cautelam bonam notandam.*
6 *Iuramentum exigitur a periuro, & suspecto.*
7 *Iuramentum est de forma absolutionis.*
8 *Fugiens de claustro ad idem reduci debet.*
9 *Clericus de suo maleficio gloriari non debet.*
10 *Quis morbida ab ouili est ejicienda, ne alias oues sanas inficiat.*

CAP. X.

Vm in ecclesijs. [Diligenti solicitudine.] diligẽter. nec prudenter est circa talia intendendum. s. de offi. ordi. litre fragabili. rñ. j. & le. & no. s. de of. archipres. c. fi. in prin.
1 [Ad cum.] spriorem. [Pertinent.] quia † si aliud præciperet, q̃ quod ad officium suum pertineat, obediendũ non esset. ff. de reg. iu. factum. qđ dic, vt plene no. s. de tempo. ordi. ad aures. §. j. [Cunque omnes.] ver. [In superbiam.] quia immane vitium est, & ideo detestandum. Humilitas vero eius ꝓria appetenda, vt patet. s. e. solite. §. j. rñ. j. & ſ. e. c. fi. in prin. [Erigentes.] & ideo, ceciderunt, vt ſ. quia qui se exaltat humiliabitur. & durum est contra stimulum calcitrare. & sputum immissum in cælum in oculos reuertitur exputãtis, vt dicunt prouinciales, & alij in prouerbio vulgari. [Corporali
2 ter iurãm.] No. q̃ etiam † regularis suspectus de inobedientia cogit iurare de obediendo, vt hic. & q̃que fuit excõicatus pro inobedientia, vt ſ. e. §. j. ver. recepto. & §. fi. ver. & ne de sua. & s de elec. qa diligentia. xxiij. dist. q̃q̃. Nam & ad cautionem interponẽdam in oĩbus bonæ fidei iudiciis agi põt. ff. de iudi. in omnibus. & sic nõ obstat. s. e. legebatur: quia ibi loquitur non solum de non suspecto, sed de illo qui se ad obediendum spontaneus offerebat, quod dic, vt ibi no. [Et cum pro contumacia.] ver. [Reuocari.] iterũ & iterum moniti. xii.q.ii. indigne. ſ. de sen. exc. sacro [Excommunicationis.] Hæc est. n. pœna cõtumacix. ſ. vt li. non contest. tuæ. xi.q.
3 iii. nemo. & c. certum est. [Sententiam.] Nota † priorẽ excõicatio nis sũa ferre ĩ canonicos, nã ordinarius est. fm d.n. & de hoc no.
4 s. de offi. ordi. c.j. & c. cum ab ecclesiarũ. Potiunt ergo abbates † & priores excommunicare subditos, vt hic. & ſ. de simo. sicut: quia ad ipsos spectat primo loco correctio monachorum, vt s. de offi. ord. quãto. qđ dic, vt ibi no. & s. de offi. archidi. c. fi. rñ. j. ver. honesta. sed aliud est in abbatillis. ſ. eo. dilecta. [Promulgauit.] a qua se petierunt absolui, sed tamẽ iurare recusarunt, quasi vilipendentes priorem, vt ſ. §. fi. vnde pro absolutione sua ad sedem apostolicã accesserunt, vt in seq. §. ¶ Cum igitur. Jij. pars. [Præfati canonici.] s. quatuor, qui se ꝑ priorem suum superbe erexerant, vt s. ver. cũq; oẽs. [Accessissent.] pro obtinenda absolutione sua, vt s. no. [Perscripturas.] quas nuncius prioris, quem tanq̃ cautus ad veritatem declarandam Papæ ꝑ ipsos miserat, secũ tulit. & sic vt fm d.n. q̃
a per literas probetur alicuius crimen. ad idem v. q. vi. Epiphaniũ. sed s. ii. q. viii. per scripta. Solutio hic non reperitur probãti crimen q̃ndam ad depositionem, sed quãdam ad absolutionem. Item hic non agebatur criminaliter fm d.n. Tu dic, vt no. ſ. super verbo. testimonio. [Authenticas.] i. sigillis authenticis prelatorum sigillatas. quod dic, vt ſ. de fi. in itr. c. ii & c. cum dilectus. [Testimonio.] extraiudiciali. Iudiciale. n. non fertur nisi lite contestata. ſ. vt li. nõ contendo. qm̃. & cum iuramento, & iudicis authoritate. ſ. de fideiuss. constitutus. Sed hic sine iudice ferebatur ad institãam prioris & sine iuramento, in quo casu tales literæ fidem faciunt, vt hic. & s. de cle. peregri. per totum. ſ. de proba. posit cessionem. ſ. de testibus. cum a nobis. xi. q. iii. curæ. & c. fi. fm Gof siue præsumptionem inducunt, cui statur, nisi s probetur etiam in iudicio, vnde & quandoq; vna præsumptio aliam impedit. vt s. de elec. cum inter. R. §. fi. Per has tamen literas in iudicio ad plenum crimina non probantur. & sic non obstat. v. q. ii. relatum. & q. vj. Epiphanium. ii. q. fi. per scripta. iii. q. ix. absente. ſ. qui matri. accu. posſ. c. ii. rñ. i. [Certio res.] Quia nec quatuor canonici, s quos missæ fuerant, habebãt frontem contradicendi: alioquin si in dubium vocarentur, fidẽ non fecerent etiam publica instrumenta. s. de elec. scriptum. §. i.
5 Et no. † hic, q̃ bona cautela est portare secum ad curiam testimoniales literas prælatorum, vt hic patet. & s. de elec. innotuit. §. multa. & ſ. de dolo & contu. veritatis. §. fi. ver. cum multi. [Recepto.] ver. [secundum formam ecclesiæ.] Est ergo de forma, q̃ ante absolutionem præstetur huiusmodi iuramentum, vt hic. & s. de of. ordi. ad reprimendam. §. qui si voluerit. & de offi. deleg. prudentiam. §. penul. & fi. [Corporaliter.] Regularis igitur de inobedientia suspectus ipsam iurare cogitur, vt hic. & arg. s. e. legebatur. ff. de
6 iudiciis. in omnibus. secundum. d.n. [Iuramento.] No. † q̃ a periuro, & suspecto exigitur iuramentum. contra. xxii. q v. paruuli. ſ. de præsump. literas. ſ. de coha. cleri. & mu. clericos. Solu. Hoc fit in istorum maiorem confusionem & opprobrium, & quia cum nihil habeant, præstare nequeant aliam cautionem secundum. Ber. ad hoc ff. de fur. itaque fullo. ſ. de soluti. Odoardus. sed hoc non remouet contra illius clericos: quia & in maiorem confusionem illorum ibi recipi posset. Nec illius literas: quia ibi recipitur non solum iuratoria cautio, sed & alia. Dic † ergo, q̃ ideo
7 istud est: quia iuramentum hoc est de forma, vt in præce. glo. & patet in eo, quod no. ſ. de senten. excom. ex tenore. §. fi. & adde, quod no. ſ. §. j. super verbo, superbe. [Præcipientes.] ver. [Redeuntes.] Fugiens † ergo de claustro ad idem reduci debet, vt hic. &
8 xxvii. q. j. peruenit. vel ad aliud arctius. xxvii. q. j. si qua monacharum. & cap. si quis rapuerit. Si vero bis exierit, recipere non cogitur ipsum abbas, sicut innuit hic in fi. versi. alioquin, & in regula continetur. secundum Goffre. imo dicit regula, ex quo ter exiuit. quod dic, vt no. ſ. de regulari. cap. fi. [Obedirent.] subaudi; quod ipsi

ADDITIO.

a ¶ Crimen. Adde, an per literas probetur alicuius crimen. Io. And. in regula semel malus. de reg. iu. lib. vj. & per Old. consi. cxciij.

ipsi facere noluerunt, sed iurm nobis præstitum violarunt, & sic continuatur sequens. §. iõq; mãdamus &c. ¶ Ideoq; mãdamus.] iii. ps. Canonicos] s. quatuor. [Reuertãt] subaudi, moneatis, & si obedire noluerit p cẽsurã &c. ipsos ĩ pristinã snã reducẽdo, a qua non exeant, nisi parati obedire cũ effectu, ad claustrũ primitus sint reuersi, ar. in eo, quod le. & no. s. de of. or. significauit. §. fi. [Et ne de sua.] ver. & dic. & subaudi, si obedire noluerint, & ad claustrum reuerti. [Ne de sua] &c. quod semper vitandum est, & ideo omnino est puniendus, vt no. s. de postu. præla. c. j. §. nos igitur. Re-
9 probandum est etiam, q̃ † clericus de suo maleficio glorietur. ſ. de excess. præla. quam sit graue. [Si videritis expedire.] Hoc ideo dicit: quia si forsan essent nimium indurati, dissimulandum esset, ar. ſ. de sen. excommu. super eo. quod dic, vt ibi no. Nec enim est necesse, q̃ hic iurent, cum nobis iurauerint, antequam absoluerẽtur, vt s. §. proxi. ver. recepto. [Superbe] Hæc est causa, quare cogũtur iurare, & mandatis prioris parere. s. quia primo contumaciter hoc renuerant: alioquin cum absoluti essent a superiore præstito iuramento, vlterius iurare non deberent, sed vel remittendi essent ad excommunicatorem, q̃ mandato eius facerent. s. de of. fi. dele. prudentiam. §. pe. & fi. Aut cogendi, vt ei satisfacerent. s. de offi. ordi. ad reprimendam. secundum do. n dic, vt no. s. super verbo, iuramento [Negauerant.] priori, a quo patierunt absolui, vt
10 no. s. eo. rñ. i. in fi. [Alioquin.] ver. s. si nullo modo obedire voluerint. [Penitus] s. sine spe restitutionis. Est. n. eiicienda ouis † morbida ab ouili, ne inficiat sanas oues. xlv. di. sed illud. ſ. de sta. mon. ad quę. §. j. & iunge, quod no. s. e. §. j. ver. præcipientes. super verbo, redeuntes.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales presbyteri soli habent titulum.*
2 *Scrutinium xiij. modis dicitur.*
3 *Clerici simplices, & presbyteri ad manualem obedientiam solum tenentur.*
4 *Capitulum vacante sede potest iudicare.*
5 *Multa pro bono pacis tolerantur, quæ aliasnon tolerentur.*

CAP. XI.

Is quę. Subaudi, fuerũt proposita coram nobis. [Pro ecclesia sancti Laurentij in Damaso] Quæ est titulus Cardinalatus in vrbe, & Cardinali atq; capitulo ipsius ecclesiæ hęc dirigitur decr. Et no.
1 q̃ soli presbyter † Cardinales habent titulum, quod dic, vt no. s. de ele. coram. [Super scrutinio] i. cathechismo, quod habet fieri antebaptismum. de con. di. iiii. in cathechismo. & c. ante. xx. dies. x. q. j. peruenit. si. ſ. de capel. mo. dilectus. Aliud est scrutiniũ, de quo
2 le. s. de scru. in or. fa. c. vnico. Tredecim † enim modis dicitur scrutinium, vt no. extra d.n. de elec. in electionibus. lib. vj. [Diligenter auditis] Sunt enim diligenter audienda per iudicem, quę hinc inde a partibus proponuntur, vt hic. & ſ. de of. præsi. obseruandum. & ſ. de rest. in inte. audiris. & s. de ele. audiris. Et pro ipsis plenius allegandum. s. de post. præ. bonæ. j. §. i. & postea negotium terminãdum, vt sequitur, sententiando. ¶ Sententiando.]ij. pars. quia per ea, quæ audieramus, plene instructi eramus. [Decernimus & c.] Alioquin ꝑ. xi. q. iii. graue. [Earundem] s. subiectarum cardinala-
3 tui. [Manualem obedientiam] Ex hoc patet ad † quam obedientiam clerici simplices, & presbyteri non habentes curam tenentur ad manualem. s. vt hic. & ſ. de rest. spo. olim. rñ. i. ver. a quo. qđ dic, vt no. s. e. legebatur. Et ꝑ hanc non currit præscriptio, vt ſ. de præscrip. cum non licear. Et sunt hęc de lege iurisdictionis, vt patet. s. de of. or. conquerente. §. i. ver. habeas canonicã. Quidã tñ dicunt ꝑ. Nec ob. quod hic dr: quia vel speciale est in cardinalibus vt eis talis præstetur obedientia. Vel de consuetudine sic obtinebat. fm d.n. Sed quod prius dixi, verius puto. [Correctionẽ] versi. [Humiliter] Non per se superbe erigentes: quia caderent, vt no. s. e. pro. rñ. i. ver. cunq; omnis. & ſ. de excess. præla. illud. & c. grauẽ. Et hoc verum est, nisi modum excederet, vt no. s. de of. ordi. licet. [Inuiolabiliter] quia siue iusta sit, siue iniusta, semper timenda est & tremenda. Alioquin si cõtemnatur, ẽt iniuste ligare incipit, quæ si seruaretur meritoria haberetur. xi. q. iii. c.j & §. si ergo. & c. quid ergo. & §. cum ergo. ¶ Quando autem] iii. pars. [Ecclesia ipsa] s. sancti Laurentii in Damaso. [Eidem ecclesię reuerenter exhibeant] Vacante ergo sede tenet capitulum locum prelati a quo
a ad ea, quæ iurisdictionis sunt, vt hic patet. & ſ. e. cum olim. & ſ. in nuit. & no. super verbo, pro bono pacis. [De correctione.] Subaudi. & de manuali obedientia: quia non est cui præstent, cum nõ sit præstanda, nisi cardinalibus, vt s. §. j. in prin. Ad obediendum tamen ipsi ecclesiæ nihilominus sunt astricti. [Pro bono pacis.] Ex hoc videtur, q̃ de iure communi (nisi hæc retinuisset Papa)
4 hęc ad capitulum transferrentur. Vnde patet, q̃ † capitulum vacante sede potest iudicare, absoluere, & excommuniaare, vt hic. & ſ. e. c. cum olim. & ſ. de her. ad abolendam. rñ. j. ſ. de test. Albericus. ar. lxv. di. c. fi. xxiii. di. in nomine dñi. Ea vero, quę ẽpalis ordinis sunt, debent per vocatos vicinos ẽpos expediri. xii. q. j. pontifices. quia nec per minorem possunt. ſ. de consecra. eccl. aqua. Alii dicunt, q̃ ad superiorem deuoluitur, qui hoc committet cui vol
nerit. Vel visitatores constituetur, per quos expediatur. lxi. dist. j. obitum. & c. Carthaginensis. iurisdictio vero & ea, quæ iurisdictionis sunt ad capitulum deuoluuntur, vt hic innuit. & s. no. Beneficia
b tamen non conferuntur. b ſ. ne sede vac. illa. Sed & si capitulum non absoluat excommunicatum a prælato mortuo, successor absoluet, & sic non obstat. xi. q. iii. si episcopus ante. quia succedit in onere, & honore. s. de offi. ordin. pastoralis. §. quia vero. in fi. ſ. no. hic, q̃ multa † tolerantur & fiunt pro bono pacis, quæ aliasnõ tolerarentur, nec fierent, vt hic patet. & ſ. de præben. nisi essent. §. quod autem. in fi. & le. & no. ſ. de despon. impu. c. ii. in fi. [Reseruamus] Ex hoc patet, q̃ & ista in ecclesiam transiuissent, nisi Papa hæc sibi reseruasset. Nam de iure matrix ecclesia hoc habet in ce-
5 clesijs subditis, arg. ſ. de transact. preterea. ii. Et etiam vacante sede ea, quę iurisdictionis sunt, exercet capitulum, vt no. in præced. gl. Alii dicunt & forte melius. secundum d.n. q̃ hæc, quæ hic seruantur Cardinali, non habent capitula, sed Cardinalis, vel alius prelatus recipit hoc a Papa, vel alio confirmatore, vt no. s. de offi. ordi. quarto. Et hoc ex eo apparet: quia excommunicatio est mucro episcopalis. xxiiii. q. iii. corripiantur. Vnde capitulum nõ hoc ius habet per se, nec Cardinalis habet hoc a capitulo, & ideo Papa hoc sibi reseruabit, & de hoc no. ſ. de hære. ad abolendam. Noluit autem Papa hoc diffinire, sed potius hoc suæ prouidentiæ reseruauit pro eo: quia consuetudo vrbis contraria allegabatur, secundũ quam dicebatur, q̃ capitulum poterat excommunicare & corrigere. Vnde Papa, vt vitaret litigium & scandalum, noluit hanc cõsuetudinem approbare, vel reprobare. Sed ex suo officio pro bono pacis hoc suæ prouidentiæ reseruauit, vt hic dicit, Quamuis autem capitulum, vel titulus possit conuocare capitulum & tenere capitulum, non tamen potest de iure suo de crimine aliquẽ condemnare. Nec obstat, quod capitulum tenet: quia in eo plus monitionibus intenditur, quam directe diffiniatur. aliquid, vel iure ordinario cognoscatur. argumen. s. de offi. archipresby. c. fina
c secundum do. no. Sed prima opinio magis placet, & ideo de hac materia dic, vt no. in preced. gl. & ſ. e. cum olim.

ADDITIONES.

a ¶ Locum prælati. Adde pro hoc tex. in cle. ne in agro. §. abbate. de statu regula. & do. Abb. hic in vlt. no. qui istum sequitur contra Inn. hic.
b ¶ Non conferuntur. Adde hoc verum, nisi ad episcopum & capitulum simul pertineret collatio, quia episcopo mortuo capitulum conferuet, vt in c. vnico. in princ. ne sede vacan. &c.
c ¶ Magis placet. Et eam sequitur d. Ab. hic in vlt. no. post istum. & Io. de Lign. & La. in cle. ne in agro. de sta. regn.

SVMMARIVM.

1 *Mulier iudicare non potest, nec virilibus fungi officijs.*
2 *Vir est caput mulieris.*
3 *Pœnas ob maleficia solui, ratio magna suadet.*
4 *Abbatissa an possit suspendere suos subditos.*
5 *Obediendum semper non est.*

CAP. XII.

Dilecta. [De Lumburgen.] proprium nomẽ est. [Ipsa] s. abbatissa. [Canonicas suas] loquitur hæc litera secundum consuetudinem theutonicorum. Sunt enim ibi in quibusdam ecclesijs quædã canonice seculares, quæ nec professionem faciunt, nec renunciant proprijs, nec in communi viuũt. Habitum tamen quasi religiosum assumunt & habent singulæ singulas cameras, & de prębendis & patrimoniis suis viuũt. In ecclesijs tamen ad horas canonicas conueniunt simul, & quando volunt nubunt, & de his potest intelligi capitulum. xii. qõ. fi. c. fi. Vt tamen exponas, quod ibi dicit de sanctimonialibus. i. quasi, vere enim non sunt sanctimo-
a niales, hoc tamen mulierum genus videtur reprobari a expresse. xviii. qõ. ii. pernicioſum. & vere pernicioſum est genus istud, cũ ibi sint canonici, & clerici simul mixti, vt hic sequit. [Et clericos] Et etiam in aliquibus talibus ecclesiarum canonicos, qui licet habeant chorum diuisum a mulieribus, simul tamen cum eis processionaliter vadunt, vt inam non in latebris, quod quam periculoſum sit patet, in eo, quod le. & no. ſ. de vita & hone. cleri. monasteria. [Suæ iurisdictioni.] Sic ergo mulier habet iurisdictionem,
1 vt hic. & ſ. de arbi. dilecti. Sed contra: quia mulier † iudicare non potest. xxxiii q. v. mulierem. ff. de iudi. cum prætor. iii. q. vii. §. tria. nec virilibus fungi officiis. ff. de reg. iu. l. ii. Sol. quod dicunt contraria regulariter obtinet. Fallit in mulieribus nobilibus, sicut reginis, comitissis, & aliis similibus dominium terræ & hominum
b ex successione, b vel alio modo habentibus, vt le. & no. ſ. de arb. dilecti. Fallit hoc & in muliere prælata eadem rationem, vt hic, talis tamen non habet plenam spiritualem iurisdictionem: quia nec

ADDITIONES.

a ¶ Reprobari videtur. Adde, q̃ do. Ab. dicit hic, q̃ iste canonicæ regulares de quibus in tex. non sunt approbatæ, sed tolerantur ab ecclesia, vt in c. indemnitatibus. in fi. de elec. lib. vj. & debent secundum eum visitari per episcopum, vt habetur in cle. attendente. de sta. reg. cui And. Src. addit Fed. consi. ccxc.
b ¶ Successione. Adde qualiter in dignitatibus succedatur Petr. de Anchara. consilio. cccxll.

nec potest confessiones audire vel absoluere, nec alia,quæ ad claues ecclesiæ pertinent, exercere q̃tumcunque magna & nobilis habeatur. Et est ratio, quia licet beatissima virgo excellentior sit apostolis vniuersis,non tamen illi,sed istis voluit filius suus tradere claues suas,ĵ.de pœniten.noua quædam . Nec est facta mulier ad imaginem & similitudinem Dei,sicut vir, vnde & est quasi mula viri , cũ vir sit caput sit, † mulieris. xxxiij.q.v.hæc imago.&. c. cũ caput.fm.B.Sed & propter pudorem fœmineum nõ debet se virorum cœtui immiscere.C. de his qui ve. æta. impe.l.ij.§.fœminas.& de iura.calũ.l.ij.§.sinautem vel dignitas.Ideo nec potest moniales velare,nec excommunicare , vt dictum est. Quare & hic dantur abbatissæ iudices , qui ad requisitionem suam inobediẽtes sibi compescant,vt sequitur in fi.potest tñ hĩe administratione spiritualium & tpalium,vt hic,&.ĵ.de pbr. vti. cũ dilecta.p̃t & beneficium p̃cedere,ex quo hanc administrationem habet.vt ĵ.de his,quæ fi.a præla.c.ij.de consensu aũt sociarum suarum,nisi aliter habeat de consuetudine ad exemplum abbatis, vt in eodẽ. ti.ea noscitur. Et hoc post cõfirmationem,non ante,sicut in aliis prælatis obtinet,vt leg.& no.s̃.de elec.nosti. Tenentur etiam subiecti sui eidem obedientiã & reuerentiam exhibere,& ipsius monita & mandata salubria adimplere, vt sequitur ĵ.§.vnico.dic,vt ibi.[Excommunicare.]nec suspendere,licet de facto possit p̃bendas suas subtrahere, quamuis alij dicant , q̃ suspendere possit, & habes simile.ĵ.de fo.comp.cum contingat.[Suspensionem.]qa nec tenet de iure.[Propter quod &c.]vt sequitur.quod non est tolerandum,vt ff.ad l.Aqu.ita vulneratus.in fi.nam † pœnas ob maleficia solui magna rõ suader.ff.de fideiussor.si a reo.§.fin.¶ Quo circa.[ii.pars.[Debitam.] in his scilicet quæ ad ipsam pertinent, vel pertinere possunt,non in aliis.s̃.e.cum in ecclesiis respon.ĵ.in prin.[Salubria monita.]etenim ad alia non tenentur,vt s̃.eod.q̃ super his.[Obseruent.]Nihil dicit de sententia suspensionis. nũquid † ergo ipsam tenentur seruare?sic secundum quosdam,quia ipsa suspendit, vt s̃. Respon. Verum est de facto. sed in alio loco istius literæ non dicit,q̃ de iure hoc facere possit, non autẽ quod fit,sed quod fieri debeat,spectandum est,vt leg.& no.s̃.de elec.causam quæ.§.fi.in prin.in quo concor.d.n.Et ideo quicquid dicant alij,tu dicas , q̃ ad minus ab officio suspendere non potest ; quia hoc quasi clauium est,& nomine censuræ ecclesiasticæ continetur,quod quia ipsam abbatissa exercere non potest, iudicibus ad quos recurrat committitur,vt sequitur.Cum enim excommunicare,suspendere,& interdicere connexa sint, siue ab eodem & ad idem inuenia,cui ratione defectus iurisdictionis denegatur vnũ, & reliquum est denegandum,ar.s̃.de const.i.translato.ĵ. de p̃scan. tua nos.in fi. cum suis concor. si papa fuisset opinionis communis magistrorum,vbi posuit monita,potuit posuisse suspensionẽ, ar.ĵ.de decimis ad audientiam.in fi.&.s̃.de transla. epi. ca.ii.§.sed neque.ver.præsertim.Maxime , quia ex quo mulieribus talia generaliter prohibentur,vt no.s̃.super verbo,suæ iurisdictionis.semper sunt prohibita,nisi inueniantur expresse concessa,sed non inueniés expressum in iure,q̃ mulier possit de iure suspendere,ergo non debes ex opinione capitanea hoc supplere,vt in eodẽ.§. ver. & q̃ non est,de quo generali dic,vt ibi plene no.[Censura.]eccle siastica.]cuius nomine non solum interdicti,sed etiam suspẽsionis,& excommunicationis sententia contineatur. ĵ. de ver. sig. q̃renti.[Cõpellas.]q.d.ad abbatissam p̃tinet monitio,mãdatũ,sed non coercitio,& ideo ipsam tibi duximus committẽdam , quam tamen non facies nisi monitis his,contra quos procedere te oportet.ĵ.de sent.excom.sacro.& extra.d.n.in.eo.tit. cum medicinalis.

5 lib.vj.Nec quousque constet tibi de mãdato salubri, & enim † nõ semper obediendum est,vt patet.xj.q.iij.non semper.& c.si dominus.&.c.Iulianus.quod dic,vt no.s̃.de tempo.ordi.ad aures.§.j.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualia,& dignitates ecclesiæ sunt communia inter capitulum,& episcopum.*
2 *Præter, uel circa formam facere,idem est quod contra formam .*
3 *Dominus in alium feudum non transfert,sine uasalli uoluntate.*
4 *Appellare solent omnes quorum interest .*
5 *Appellans non tenetur comparere,nisi per iudicem citetur .*
6 *Qui utitur iure suo nemini facit iniuriam.*
7 *Appellationis iudicialis multi effectus.*
8 *Appellationem prosequenti non obstat exceptio excommunicationis.*
9 *Appellans extra iudicium ultra annum eam non potest prosequi .*
& de ipso mandatur inquiri, vt sequitur, per quod patet, q & episcopus sententiam fulminauit, vt no. ſ. Quod vero dicitur in dicto.c.accusatio.q non absoluatur peccator, quousque pœnitentiam egerit: Dicunt, quidam speciale esse in illis, qui ecclesias offendunt. Alii contra. & dicunt, q illud hodie nō tenet. & de hoc no.ſ.de app.qua fronte.§.sanc.in prin.[Deinde.]ver. [Non timore mortis.]Sed qualiter potest hoc probari? Per eius affirmatiuā inclusam.ſ.quia sponte intrauit.ſ.de renun.super hoc.Sed cōtra: quia potius videtur hæc probatio incumbere mulieri, quam monialibus. Nam qui † metum allegat, ipsum probare debet. ff. eo. non est verisimile. Potest dici, q protestatio. & quia iuuenis erat, & quia vnum filium habebat, vt in antiquis. a probatione releuat hic mulierem. arg.xxxj.q.i. Lotharius. ff. deleg. iij. ti quis in principio Et qui † voluntatem mutatam asserit, hoc probet. ff. de proba. ei qui. C. de testamentis. sancimus. ff. deleg. iij. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. i. si mihi. § interdum. Et de hoc no. ſ. de offi. deleg. cum in iure. secundum quosdam, sed cum adhuc non cōster hic de facto, de quo mandatur inquiri, vt sequitur, non constat de protestatione, nec de alijs præmissis. Vnde dic, q hic constat eo ipso, q mulier non probat contrarium. si. C. qui mili. non possunt. super seruis. lib. xii. ſ. de his quæ fi. a præla. ea noscitur. Vel moniales obtulerant se ad probandum, & ideo mos eis gerendus fuit. ſ. de resti. spol. c. ij. ff. de prob. l. circa. secundum. B. Dicas, q moniales suggesserunt, q mulier nullo metu instante, sed sponte se eis reddiderat, & q etiam post mortem primi viri morem traxerat in monasterio, & sicut monialem se gesserat, q etiam si metu intrasset ab initio, præsumitur hoc ratificasse. Vel q expresse dixit, q hoc ratificabat. Et de hoc mandat Papa ipsarum probationes recipi, qua probatione facta obtinebunt, nili mulier aliud probet, vt ſ. no. [Aut.]licet metu mortis intrauerit, tamen q secerit ratum & c. Caue tamen tibi, quia huic mulieri imminebat metus, non solum quando fuerunt præsentes gladij, sed etiam toto tempore, quo vixit maritus, qui potestatem necis habebat super eam, ex quo capitaliter ipsam ꝑsequebatur, arg. ſ. de resti. spol. literas. §. fi. C. e. tit. ti per impressionem. semper enim poterat occidi a marito. cum nec pateret locus ad quem confugeret, & ideo
a metus semper præsens erat. a ff. e. metum ii. in prin. ideoque toto tempore vitæ mariti non præsumitur mulierem hoc ratificasse. Ipso autem mortuo, habet locum quod hic dicitur de ratificatione, vt si postea in monasterio permanserit per mensem integrū, videatur hoc ratificasse. arg. j. q. j. constat. Alij dicunt de duobus mensibus. arg. ſ. de conuer. coniu. ex publico. Tu dicas hoc esse arbitrio iudicis relinquendum. arg. ff. de verb. obli. continuus. §. sed cum ita. & in eo, quod leg. & no. ſ. de offi. deleg. de causis. in fi. Idē
11 † est & in matrimonio per metum contracto, quod sequens consensus ratificat, quod dic, vt leg. & no. ſ. de sponsa. ad id quod. ſ. qui ma. accu. posi. in super. Item hoc intelligendum est, quando velū cum solennitate recepit de manibus episcoporum. Secus si nec verbo, vouisset, nec solenniter recepisset, tunc enim locum ratihabitio non haberet. Vel si in eodem monasterio essent non professæ habitum deportantes, & esset distinctus habitus professa-
12 rum, quod dic, vt leg. & no. extra. d. n. de regula. c. j. lib. vj. † Item differentia est inter votum, & habitus susceptionem: quia votum tenetur seruare, nisi metus impediat, qui potuit cadere in constātem virum, sed nec protestatio, nisi & ex tali metu intervenerit: quia non valet nisi ex iusta causa fiat, vt no. ſ. de elec. Comana. Sed non est iusta causa, nisi fiat ex tali metu, qui potuit cadere in constantem virum. In susceptione autem habitus sufficit qualiscunque metus, vel alia præsumptio, siue protestatio super hoc habita, q d habitum inuitus susciebat ad hoc, vt ex tali habitu minime obligetur. Vnde † & si cōminationibus patris habitū quis
13 susciebat, nō obligatur. xx.q.iij. præsens. Ratio diuersitatis hęc est: quia in voto, cum expressa voluntas intetueniat, standum est ei, nisi aliquid iustum, & tunc expressum sit, per quod valeat se tueri. In susceptione vero habitus, cum nihil expresse ibi vouetur, sed præsumptio tantum sit contra ipsum, talis præsumptio per aliam præsumptionem potest tolli de facili & elidi. secundum. d. n. vt patet in eo, quod legitur & no. ſ. de elec. cum inter. R. iuniorem. §. fi. Quod autē supra dixit, q quādiu vixit maritus, videatur semper metus fuisse præsens, intelligendum est, quando ad alium ali quem locum non poterat tute confugere, dum tamen & hoc frequenter protestaretur in capitulo, vel saltem coram abbatissa, si & hoc tute fieri poterat, alioquin nec ei imputaretur, arg. in eo, quod leg. & no. ſ. de app. si iustus metus. Imputaretur autem ei, si non fecit id, quod tute & commode facere potuit, arg xxij.q.ij.faciat. & in eo, quod legitur & no. ſ. de rescrip. scisceitatus. §. j. Igitur ei imputabitur, si hoc qualitercunque sufficienter ratificauerit expresse, vel tacite. ſ. de regula. c.ij. & c. significatum. & c. cum virū.
14 & extra. d. n. in eo. tit. is qui §. q si per totum lib. vj. Et sic † quod ab initio non tenet, per rathabitionem ex post facto conualescit. ſ. de despon. impu. de illis. §. fi. Item no. q si vnus coniugum conuertatur altero viuente remanente in seculo & non conuertat, etiam si conuersio metu fiat, si postea hoc ratum habeat moriente illo qui remansit in seculo, in religione cogitur remanere: ex quo habuit coniugis in seculo remanentis voluntatem. ſ. de conuer. coniu. ex parte. consuluit. Secus si intrasset religionem non obtenta licentia coniugis in seculo remanentis. ſ. de conuer. coniu. placet. & c. quidam intrauit. [Ipsam.] scilicet mulierem, nisi aliud probauerit. Nam & probationes suæ repellendæ non sunt. pater ſ. de renun. super hoc qđ scisciteris. §. j. ſ. de sponſ. consultationi. ſ. de despon. impub. c. fi.

ADDITIO.

a ¶ Præsens erat. Adde do. Abba. hic cui do. Andre. Sic. addit Calde. consi. j. hoc tit.

SVMMARIVM.

1 *Temporalia qui aufert, aufert vitam.*
2 *Metum iustum inducit, omnium bonorum amissio.*
3 *Iuramentum per vim præstitum obligat.*
4 *Voluntas coacta, voluntas est.*
5 *Metu probato restituit prætor per actionem quod metus causa.*
6 *Metus quid sit & unde dicatur.*
7 *Vis quid sit.*
8 *Vis & metus an inter se differant.*
9 *Metus probabilis quis dicatur.*
10 *Incidens in metum culpa sua, ei non subuenitur.*
11 *Casus in quibus subuenitur in metum culpa sua incidenti.*

CAP. II.

Bbas. Destinauit. quo. ſ est. ſ. [A quo] scilicet abbate. [Tenere.] deo magis poterat timere. C. e. ti. si per impressionem. [Ad domum eius] scilicet, R. [Qui] ver. milites & Burgenses receperunt in mandatis a dicto abbate. [Vt cum a domo & vniuersa & c.] Iste
1 fuit iustus timor vt patet. ſ. de iureiur. verum. † Nam qui autem temporalia aufert vitam. ar. j. q. iiii. si quis obiecerit. & ſ. de offi. ordi. in ter cætera. ff. de mino. in causa. j. nō. ubi non est æquum fideiussor. in necem meam subueniri, sic habuitis. ſ. mandatum ſ. e. c.
2 respon. j. Et no. † hic iustum metum esse amissionem omnium rerum. secundum. d. n. quod dic, vt no. ſ. ver. j. [Quod cum idem.] ver. scilicet. R. [Coactus fecisset.] scilicet abiurasset. nihilominus tamen repetit, vt sequitur. Ex quo patet, q si quis propter metum amissionis rerum suarū iurī suo renunciauerit, vel ipsū in alium transtulerit, vel abiurauerit. nihilominus ipsum repent, vt hic. & l. distin. præsbyteros. Quod est intelligendum, quando tale ius est, quo subtracto vita corporalis, vel spiritualis adimit. xxij.q.iij. ſ. fi. ver. quisquis ergo se iuramento &c. No. autem circa istam materiam, q ea quæ per metum vel vim fiunt, mero iure
3 tenent, & † iuramentum præstitum obligat. ſ. eo. ad audientiam.
4 Et hoc ideo, quia coacta † voluntas, voluntas est. xv.q.i. merito. ſ. de elec. cum inter. R. ff eod. si mulier. §. si metu. nisi sit tale quid, quod non possit seruari sine detrimento salutis æternæ. ſ. e. cum dilectus. respon. j. ver. cum vtrunque. Illud enim seruandum non est. xxij.q.iiij. si aliquid. & ar. ſ. de pac. c. fi. nec pro aliquo metu debet quis moralis consentire. ſ. eo. sacris. Idem est, si corporalis vita
5 adimitur, vt ſ. no Quantuncunque autem teneat mero iure † prætor tamen per actionem. quod metus causa. restituit metu probato. ff. eo. merum. iij. §. sed q prætor. Nec refert, vtrum is, qui rem sic traditam possidet, metum intulerit vel alius, quia metus iustā causam ignorantiæ in se habet. Et potest agi tam contra illum, qui metum intulit, quam contra illum qui possidet. Sed si ab vno suum consequitur contra alium agi non potest. & probantur hæc. ff. eod. tit. item si cum exceptione † . § in hac. & § Pedius. Alias est lex & incipit. arbitrium. ff. de dolo. si plures. ff. de eo per quem fac. est. l. j. §. si plures. C. de cond. furt. l. i. Et est verum quantuncunque plures mihi obligati sunt ex eodem facto, & peto, qđ mihi abest, & eis adest, quod vno soluente cæteri liberantur. Et quando pœna pro priuato commodo introducitur. Secus quando peto id, quod mihi abest, & tibi non adest. Et quando pœna est pro bono publico introducta. ff. de iurisd. om. iud. si id quod. §. fi. Vel quando pura pœna est. ff. si quis ius di. non obtem. l. vnica §. fi. Hic enim vno soluente cæteri non liberantur. ff. ad l. Aquilem mela. §. si plures. Et de hoc no. ſ. de rescrip. c. fi. vel dic, vt in
6 sequen. c. ¶ Vnde quia.] ij. pars. [Quæ metu & vi.] † Metus est instantis & futuri periculi causa mentis trepidatio. ff. e. l. j. Et dicitur metus, quasi mentem tenens: quia talis vt frequentius aliud ore exprimit, aliud corde gerit, quod fieri non debet. xxiij. dist. psalmi
c sta. xxij.q.ij. primum. c Vis † autem est maioris rei impetus, cui
7 resisti non potest, scilicet commode. Vnde & detracta est hodie vis

ADDITIONES.

a ¶ Metum iustum inducit omnium bonorum amissio. Et idem dicit Goff. secundum d. Abb. de maiori parte. pro quo facit. c. frequens. de resti. spo. lib. vj. cui And. Bar. addit Alex. consi. 143.
b ¶ Tenent. Adde omnino gl. j. & d. Abb. hic.
c ¶ Vis quid sit. Adde an vis & metus inter se differant Bar. in l. j. ff. quod metus causa.

vis mentio: quia quod vi atroci fit, & metu fieri intelligitur. ff. e. l. j. Et adde, quod no. ſ. e. ad audientiam. §. vnico. Et requiritur, q
9 metus præsens sit, licet periculum sit futurum. ff. e. metum. ii. † Me
a tus autem non excusat, nisi sit probabilis. ff. e. l. metum. i. Et dicitur probabilis quando talis est, qui caderet in constantem virū. ſ. de sponsal. veniens. ij. in fi. & ſ. e. ad audientiam. §. vnico. vbi de hoc. Puta, dominus minatur captionem, status subuersionem, affirmans, q scinder instrumenta, seu priuilegia per quæ liberas posset comprobari. Vel quando quis euaginato gladio clamat ad mortem. ſ. e. j. & ſ. e. c. pen. respon. non obstante. vbi de hoc. Vel dum verberat, seu venit cum multis renentibus baculos ad verberandum, vel minatur stuprum. vnde versus.

Excusat carcer status, & mors, verbera stuprum.

Probātur hæc. ff. e. isti quidem. & l. nec timorem. & l. fi. §. si iusto. C. de transac. interpositas. Tu vero dicas hoc esse arbitrarium, vt patet in eo, quod no. ſ. e. c fi. respon. j. versi. fi. [Reuocari.] nisi quis
10 † in metum incidat culpa sua, tunc enim non subuenitur. ff. e. si
11 mulier. xxij.q.iiij inter cætera. † Excipiuntur tamen casus, in quibus, & si quis in metum culpa sua inciderit, subuenitur. Primo in matrimonio, & est ratio, quia requirit animi libertatem. ſ. de spō sa. veniens. ij. & c. cum locum. Secundo in promissione dotis. eadem ratione. ff. e. si mulier. §. si dos. Tertio in alienatione rei eccle siæ. ſ. de iurciu. c. ij. Quarto in iurisdictione prorogāda. ff. de iud. l. ij. ſ. de fo. compe. si diligenti. in fi. Quinto in voto. ſ. e. c. i. ſ. de voto. licet. Voluntarium enim militem sibi elegit Christus. diabolus vero coactum sibi actionatur. i. lucratur. Vel auctionatur. i. authoritate sua acquirit, seu fraudulenter mercatur aliquo ære. i. aliquo peccato, seu delectatione interueniente. Alias auxionatur. ab augeo ges: quia per hoc numerus suorum augetur. Alias anxionatur. ab angō angis. Apprehendit enim talem inter angustias Treū. j. Gymel. sic intellige. xv.q.j. non est. Sexto in authoritate tutoris. ff. de auth. tu. l. j. in fi. Septimo in testamenti factione. ff. de testamentis. qui testamento. §. fi. Octauo in sententiæ pronū
b ciatione. b xj.q.iii. iniustum. Nono in procuratoris cōstitutione. c
c ſ. de procur. accedens. Decimo vbicunque verritur periculū animæ. ſ. de iureiur. si vero. ſ. de re iudi. lator. tenor consanguinei, vel corporalis vitæ. secundum ea, quæ no. ſ. e. respō. i. ver. q cum idē. In his casibus subuenitur, & si quis in metum inciderit culpa sua nec astringitur quis iuramento. In alijs autem tenet mero iure, quod agitur, sed metum passus restituitur. Et de hoc no. spacio sius in summa. e. tit. §. qualiter metus. & §. qualiter retractet. sub. §. q autem. & sub. §. habet autem. [Restituas vniuersa] No. q licet peccauerit per metum renunciando, tamen in odium metum inferentis restituitur.

ADDITIONES.

a ¶ Metus probabilis quis dicatur. Adde quis dicatur iustus metus. Bar. in l. metum. ff. eo. & in l. interpositas, C. de transac.
b ¶ Pronunciatione. Adde Ro. singula. suis. fol. ij. secundum And. Sic.
c ¶ Constitutione. Adde Ro. singula. suis. fol. xxiii.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio ad terrorem laicorum facta, non tenet ipso iure.*
2 *Renunciatio facta in manu non sui iudicis non valet.*
3 *Iuramentum metu extortum an obliget.*

CAP. III.

Daures. [Quod electus quidam.] Renuncia
1 uit. quod est. ſ. Talis renunciatio † ad terrorem laicorum facta, non tenet ipso iure. ſ. de elec. c. ij. lxj. dist. miramur. Aliquando tamen tenet id, quod ad clamorem populi fit. quod alias non fieret, nec teneret. ff. de fica. l. penul. Sed & si sponte fieret hæc † renunciatio in
2 manibus non sui iudicis, non valeret. ſ. e. c. i. quod dic, vt le. & no. ſ. de renun. q in dubijs, & c. admoneri. & c. pen. & fi. [Electioni.] sic renunciauit hæreditati spirituali sibi oblatæ idem est si renuncietiam acquisitæ. ſ. e. c. proxi. Idem si temporali sibi delatæ, in quo casu duplici via succurrit prætor. Aut actiones vtiles quasi hæredi dando, aut actionem. quod metus causa. præstando. ff. e. si mulier. §. fi. [Vno excepto.] Ideo valuit, dummodo forma obseruata sit, & si nihil electum impedit. Et dummodo iste vnus contemptus non fuerit, vt patet. ſ. de elec. postquam is. & c. q sicut. & ca. quia ꝑpter. ¶ Tuæ igitur.] ij. pars. [Iuramēto.] facto super libro, vel reliquiis, vel altari. secundum. d. n. [Vel fide interposita.] i. pro missione facta per Deum, vel fidem suam. secundum. d. n. Sic ergo hæc duo æquiparantur, vt no. ſ. de transac. constituto. §. j. Et ex hoc patet, q obligat (quamuis per metum præstitum) iuramē tum, quando tale est, quod potest seruari sine detrimento salutis æternæ, vt hic. & ſ. de resti. spo. accepta. ſ. de iureiur. si vero Sed cōtra. ſ. de resti. spo. c. ij. Sol. aliud est repetere, quod per metum renunciatum est vel traditum, in quo casu obstat iuramentum. vt hic. Aliud petere restitutionem ab illo, qui spoliauit, in quo casu non obstat iuramentum, vt in contrario. & no. ſ. de renun. super hoc q scisciteris. Et est ratio: quia in primo casu non est res affecta quando traditur, & voluntas tradentis ibi interuenit, quamuis coacta. In secundo vero res affecta & vitiosa est quando iuratur, nec voluntas spoliari in traditione rei. qua spoliatus fuit, aliqua interuenit spontanea, vel coacta. Item cōtra ſ. de renun. cum inter. P. Sol. ibi non agitur ex prima restitutione, sed ex secunda impetratione. & dic, vt ibi no. Item contra ſ. c. prox Sol. ibi iurauit abrenunciare, & renunciauit, & sic iuramentum seruauit, vnde postea repetit. vt ibi. & ſ. c. j. ad fi. Hoc autem intelligitur, quando renunciauit, & postea non repetere iurauit. Vel dic, q licet obstet iuramentum, vt hic, ramen authoritate Papæ potest repetere, vt ibi. & de hoc no. spacio sius in summa. eo. tit. §. fi. sub §. in hac autem retractatione. & ſ. de iureiur. si vero. & c. verum. & in dicto. c. cum inter P. [Confirmata.] sic, q de cætero non esset plebanus illius ecclesiæ, nam si hoc iurasset, suo iure repetere non posset. ſ. e. c. j. sed Papa debet eum absoluere. ſ. de iureiur si vero. Circa quod di-
3 uersæ sunt opiniones. † Baz. dixit, q iuramentum metu extortū, neminem obligat, arg. hic. & idem videtur sensisse prætor. ff. e. tit. l. i. Alij dicunt, q si iurans haber animum obligandi se, obligatur alias non, arg. ſ. de bapt. maiores. §. ille vero. & præceden. Tu distinguas inter iuramentum, quod de sui natura malum est & turpiter præstitum, quod non obligat, vt no. ſ. de elec. venerabilem. §. eos igitur. ver. idem etiam contra proprium iuramentum. Et illud, quod non est malum de natura sui, sed turpiter tantum præstitum. i. dolo, vel metu extortum, & tale obligat. Vnde si iuret qs etiam per metum res suas non repetere, debet illud seruare quousque per episcopum absoluatur, sed absolui debet, & postea petere potest. Et secundum hoc intellige. ſ. de iureiur. si vero. & c. erum. Cognoscer autem episcopus antequam absoluat, an talis metus interuenerit, qui potuit cadere in constantem. & sic absoluet, alias non. ff. e. tit. merum. Hæc ergo decre. potest intelligi, quādo talis metus non interuenit. Si quæras, quare ergo re tinuitur iste Rogerius? Respondeo quia ecclesia non tenetur habere ratā renunciationem: quia non potest clericus renuncians astringere, nisi personam suam tantum, vt patet in eo, quod leg-tur & no. ſ. de renun. quod in dubijs. Potest & illud dici, q hic metus interuenit, qui potuit cadere in constantem virum, sed tamen contraueniēs non auditur, nisi prius a suo episcopo absoluatur. quod tamen posset facere, si iuramentum vel fides præstita non interuenisset, vt hic dicit. Quamuis autem episcopus possit absoluere, cauere tamen debet quantum potest, ne quis directe veniat contra proprium iuramētum, vbi potest aliter adiuuari. Vnde si quis iurauerit vsuras soluere, non absoluatur, sed soluat. & postea reperat. ſ. de iureiur. debitores. & c. ad nostram. Quid si iurauerit nō repetere? Respondeo, adhuc potest iudex ad denunciationem ipsius, vel ex officio ad restituendum compellere receptorem. ſ. de iureiur ad nostram. ij. Quid si debitor iurauit non denunciare creditorem ad pœnitentiam? Respondeo non est seruandum huiusmodi iuramentum, cum sit contra euangelicam veritatem. ii. q.j. si peccauerit. secundum. d. n. & pater. ſ. de iureiur. quemadmodum. §. fi. Tu vero dic de hac materia, vt no. ſ. c. j. § vnico. ver. fi. super verbo, non ad repetendum ver. quid si iurauerit. ſ. de iureiur. si vero. & c. verum. & ſ. e. ad audientiam.

SVMMARIVM.

1 *Christianus non faciet irrita, quæ procedunt de labijs suis.*
2 *Metus peccati semper imminet.*
3 *Periurus quantumcunque peniteat, semper infamis remanet.*
4 *Interdicta, ex qua violentia descendant.*
5 *Expulsiua violentia in rebus inducit interdictum.*
6 *Vis turbatiua inducit interdictum in rebus immobilibus.*
7 *Interdictum vtrobi datur in rebus mobilibus.*
8 *Meticulosus quis dicatur.*
9 *Iurans non repetere, iuramentum debet seruare.*
10 *Excludens fraudem fraudem non facit.*

CAP. IIII.

Daudientiam. [De Cheuellis.] ꝓpriū nomen est. [Ad ecclesiā de Cheuellis.] proprium nomen est. [Canonicæ.] sine prauitate simoniæ, alioquin contra. ſ. de elec. c. pe. & illius, ad quem spectabat authoritate. Alioquin contra. ſ. de offi. deleg. super eo. ſ. de cle. peregri. c. fi. ſ. de fil. pref. constituto. [Et aliquantulum.] Alias aliquandiu. Maxime, nam idem esset, & si nunquam possedisset, quantum ad hoc de quo hic quæritur, vt patet in eo, quod no. ſ. c. proxi. & ſ. de elec. Ofius. Esset autem vis, si diceret se spoliatum, vt patet. ſ. de resti. spo. ex parte. M. mulieris. §. j. ver. ac si per alia &c. [Grauissimo.] ver. [Metu regis.] scilicet interueniente. fi. ſ. qui cleri. vel vo. insinuante. [Quia eam.] scilicet ecclesiam. [Resignaret.] Iurauit ergo retignare. & nō iurauit nō repetere, & ideo non obstat iuramentum, vt dicit in fi [Ad quos pertinebat.] Alias non valuisset reiignatio. vt ſ. de renun. admonet. & no. ſ. c. proxi. in prin [Resignauit.] propter metum periurij, alioquin si simpliciter hoc promisisset per metum, & postea metu non instante renunciasset, teneret renunciatio. Tum quia metus non esset præsens. ff. e. metum. ij. Tum quia inolata esset proxima causa turpitudinis. C. e. l. ij. ff. de condic. ob tur. cau. l. pen. Sed contra, nam & si ira hæc teneat hi, qui non curant de ani-

ma

1 ma.† Christianus tamen & maxime clericus,quæ procedunt de
labiis suis non facit irrita,vt pater in eo,quod legitur & no. ſ. de
2 pact.ca.j. & iii. Ergo semper † imminet metus transgressionis &
peccati.ex quo vel simpliciter hoc promisit,vt patet xxij.q.v. iura
menti.Sol.si non intendebat se obligare cum effectu,sicut nec
prima facie præsumitur, nullo modo quantum ad Deum obligatur: quia ad cor respicit Deus.xv.q.vj.c.j.in fi.xxij.q.v.qui periu
rare.Per quod videtur, quidem sit, & quando iuramentum præ
statur.xxij.q.v.iuramenti. Ecclesia tamen aliud statuit in iuramen
3 to,vt in maiori reuerentia habeatur,sicut & eadem ratione † sta
tuit,quod periurus quantumcunque peniteat semper infamis remanet.ſ.de testibus c.fi.& iunge,quod no.ſ.e. c. pen. respon.j.ver.volentes.& ſ.c.proxi.in fi.& ſ.de iureiur.si vero.& c.verum. vbi euidenter hæc solutio comprobatur. Et merito hoc statuitur in reuerentia iuramenti: quia & cum toto isto pauci sunt, qui hoc seruent sicut deberent.& ne videatur ecclesia viam periurijs aperire vt le.& no.ſ.c.fi.respon.j.ver.volentes.Igitur si resignat,cum sciat se non obligatum quantum ad Deum tenet resignato, vt in primis iuribus. Et quia hoc resignauit, ei est imputandum, sed propter metum illatum subuenitur,vt sequitur in §.i. ¶Quia vero.]
ij.pars.[Quæ vi metusue.]Olim ita edicebatur,quod vi, metusue
4 causa gestum est,ratum non habebo. † Vis enim fiebat mentio propter necessitatem contrariam spontaneæ voluntati. Et secundum hoc tempus in hoc libro intitulata est hæc rubrica, vt in ipsa pater.Sed hodie detracta est vis mentio,quod dic,vt no.ſ.e abbas.§.vnico.& hoc intelligas de vi compulsiua,quæ inducit actionem.quod metus causa,vt ff.e.l.j.& l.mulier.§.fi.Secus de † expul
5 siua, quæ in rebus soli inducit interdictum.vnde vi.vt ff.de vi & vi ar.l.j.respon.j.& §.j.& ij.& per totum.Hoc ergo, quod hic dicitur,non intelligas de † vi turbatiua,quæ inducit interdictum. vti
6 possideris.in rebus tantum immobilibus,nec vis ei, qui etiam inuite possidet,inferatur,vt ff.vti possideris.l.j. §. igitur hoc interdictum.& l.ij.† In rebus vero mobilibus interdictum. vtrobi.introducit,vt ff.vtrobi.l.vnica.Sed nec de ablatina,quæ induxit vim bonorum raptorum, in mobilibus,etiam si non sint illius,a quo rapta sunt.ff.vi bo.rap.l.ij.§.i. & §. in hac actione. Et postremo nec de inquietatina,ex qua oritur,quod vi aut clã. ff. quod vi aut clã.
l.j.rñ.j.& §.j.in.& iij.& per totum.& de hoc no.in summa. e.tit.§.
qualiter distinguatur. [In constantem virum.] non meticulosum, seu formidolosum.qui mouetur ad volatũ auiũ vñ versus.

Non semper feriet quodcunque minabitur arcus.

Contra talem dicit Seneca.Noli esse miser ante tempus,satis do
bis, cum venerit,interim tibi meliora promitte.Idem.Plura sunt
8 quæ nos terrent,quam quæ præmant.† Is ergo meticulosus dicitur,qui timet timenda,& non timenda. ff. e. metum. & l.nec timorem.Cõstans vero securus stat,quod dic,vt no.ſ.e.abbas.[Nõ
9 obstante.]ver.[Non ad repetendum.] † Ergo si iurasset non repetere,seruandum esset iuramentum.C.si aduersus rem j. nisi a Papa licentiam impetraret.ſ.e abbas.Qui & ex officio ad denunciationem sibi factam talem mandat restitui.ſ.de iureiur,ad nostram.ij.Sed & potest talis absolutionem iuramenti impetrare,si
10 cut fit in vsu.ſ.de iureiur.c.j.Nec † videtur fraudem fecisse,cum fraudem excluserit.ff.deleg.ij.cum pater.§.Titio.in fi.& arg. ff.de nego.gest.at qui natura.§ cum me absente.ff.de inoffi.testa. contra veterani.§.quarta autem accipietur.in fi.Quid si iurauerit nõ repetere,nec absolutionem petere? Adhuc potest hoc ecclesię denunciare.ſ.de iureiur.quemadmodum.in fi.Quid si iurauerit nõ denunciare,nec absolutione vti,etiam si absoluatur? Dicas,q cõsiderata salute animę delinquentis,si ad hunc metum passus principaliter tendat,adhuc potest hoc denunciare ecclesię: quia eius contrarium.ſ.non denunciare,quod iurauit,est contra euangelicam veritatem.Mat.xviij.e.Si peccauerit in te frater tuus.ſ.de iudi.nouit.ſ.de testibus in omni.Quinimo hac ratione considerata,tale iuramentum nullum est,nec seruandum.xxxij.q.vij. omnes causationes.xxij.q.iiij.si aliquid.& c.inter cætera. Et per hæc, quæ hic leguntur & no.est solutio facta. ſ. c. proxi. comprobata. [Restitui.] ipso intentante actionem. quod metus causa. secundum.d.n.

SVMMARIVM.

1 *Iudicia Dei & ecclesiæ multoties sunt diuersa.*
2 *Testamentum non valet vbi testes detinentur inuiti.*
3 *Tutoris authoritas per vim extorta,non valet.*
4 *Debitum ab excommunicato potest peti.*
5 *Melius est omnia mala pati,quam malo consentire.*
6 *Metus amissionis bonorum non excusat a peccato.*
7 *Papa potest quemlibet a sententia sua eximere.*
8 *Papa non potest licentiam peccandi dare.*
9 *Participans cum excommunicato peccat mortaliter.*

C A P. V.

Sacris est canonibus & inf. Pars,ſ.de sepul.sacris. [Excommunicatis.] cum participibus suis,vt in parte illius.ſ.de senten.excom.sacris. Sed melius est,q hoc intelligas sicut iacet: quia hodie talis sentẽtia non est ferenda,quod dic.vt le.& no.ibidem.& extra. d. n. de sen.excom.statuimus.lib.vj.& c.romana.§.fed nec in specie. & §. caueãt.[Coactionem.] Absolutam,hoc est,per manuũ attractionem,seu detentionem.vt sequitur.& probatur.xlv.dist. de iudeis, 50.dist.presbyteros.j.q.j.constat.ff.de aleatoribus.l.ij.respon.j.ſ. de hiper.maiores.§.item qui scribitur & §.fi. [Astrictus.] Primus casus, in quo non peccat,vt ſ ver.in primo [Aut per metũ inductus.] Secundus casus.in quo peccat,vt ſ.e.ver.in secundo. [In primo.] ver.[Casu.] scilicet quando inuitus trahitur. Et no. q aliqui intelligunt hoc.c.quando metus interuenit, qui non caderet in constantem. Nam si caderet, omnino excusaretur participans. Alij dicunt hoc c.intelligendum.quando quis per metum communicat excommunicato in crimine.secus si in hospitio, vel in mẽsa,arg.ſ.de sen.excom.nuper.sed litera sonat totum contrarium. secundum.d.n.Quod verum est,vt apparet in distinctione, quã fecit hic.& in se.ver.Maxime,cum dicit pro nullo metu.q.d.siue sit talis,qui potuerit cadere in constantem,siue non. Nec obstat. xj.q.iij.idem prædecessor.ad fi.quia officium prædicationis excusat illum participantem ad quem missus fuit, vt ibi dicit.& pa-
2 ter.ſ.de sen.excom.cum voluntate. Vel dicas,[a] q quamuis participanti per metum,dummodo peccato non consentiat, coram Deo nullum sit detrimentum,vt ibi dicit,quantum tamen ad ec
1 clesiam est excommunicatus minori,vt hic dicit.† Et sic iudicia Dei,& ecclesiæ multories sunt diuersa, vt patet in eo, quod legi, & no ſ.de sen.excom.a nobis.ij.Et de hoc no.ſ.e.ver.super verbo, excludit.[Magis pati, quam agere.] Et ideo omnino excusat.&
2 est.ti.vj.dist.testamentum.Si dicit.l. q † non valet testamentum, vbi testes detinentur inuiti ff.de testamentis.qui testamento §.fi.
3 † Sed nec valet authoritas tutoris per vim extorta,nam dormiẽti vim patiens comparatur.ff.de auth.tu.l.j.§.fi.[n secundo.]ver. scilicet quando per metum inductus est. [Attenuer.] si.ij. q.l. in primis.Quandoq; vero nullo modo excusat, vel minus excusat, de con.dist.iiij.eos.xj.q.iij. quisquis metu.[Eam.] scilicet culpam. [Non penitus.] alias prorsus. [Excludit.] Minor tamen cam excludit,arg.contra.xj.q.iij.quoniã multos.& duob.c.fe.So.illud est indultum a iure.secundum.B.Verum est ex post facto,nam prima facie expresse prohibetur ibidem, ne quis excommunicatis communicet.Dicitur tamen q si hoc fecerit necessitate ecclesię cogente,eorum iniquitati non consentiens non erit participanti coram Deo aliquod detrimentum.Vel dic,vt no.ſ.e.ver. super verbo,casu.Non ergo quælibet participatio est mortalis.Nam licet loqui cum talibus de salute animæ suæ. & vt ad ecclesiam cõuertantur,& alia etiam verba interponere,vt inducens magis pro-
4 ficiat apud ipsos,ſ.de sen.excom.cum voluntate.respon.i.Sed † & debita nostra a talibus possumus repetere.ſ.de iudi. intelleximus. ſ.de sen.excom.si vere.alias cum voluntate. [Cum pro nullo metu &c.] Sumitur hoc ex eo,quod leg.xxxij.q.v. ita ne.vbi dicit, q
5 † potius debemus omnia mala de mundo tolerare, quam peccato mortali consentire.Nec † excusat metus amissionis temporalium a peccato.ſ.de ma.& ob.illud.& ar.ſ.tit.j.c.vnico.in fi. expedit enim potius post tunicam relinquere pallium.ſ.de homicidio. susceptimus. §. fi. Nihil etiam prodest homini,si vniuersum mundum lucretur &c.ſ.de simo.Mattheus.in fi.In casu tamen vi detur coactio excusare.ideo signo contra.ſ.de sen.excom. significauit. Sol. licet excusẽt a sententia & pœna, vt ibi, non tamen a
7 culpa, vt hic. Ratio † hæc est: quia Papa potest quemlibet a sen-
8 tentia sua eximere.xj.q.iij.quoniam multos.† Sed non potest alicui licentiam peccandi dare,vt no.ſ.de concess. præ. proposuit.& patet in eo,quod no.ſ.de tempo.ordi.ad aures. §. j. Inobedientia autem secũdum omne ius est peccatum,vt patet in eo, quod no. ſ.de transla.epi.c.ij.§.sed neque. ver. & q non est.Sed nonne potest dare priuilegium participandi sine peccato cum excommu-
9 nicato? Dic,vt no.ſ.de sen.excom.nulli.[Mortale.] per hoc † pa-
b tet,q cũ excõmunicato participans peccat mortaliter.[b] quod verum est,si hoc faciat in contemptum ecclesiæ, censuram ecclesiasticam truphan putans.Vel quando hoc facit,spreta monitione iudicis,ne cum tali participet,sibi facta,quod dic, vt legitur & no.extra.d.n.de de sen.excom.statuimus.lib.vj.

ADDITIONES.

a ¶Vel dicas.Do.Abb.commendat hoc dictum,sed secundum eum contra hoc facit iste tex.dum dicit istum culpam contrahere,licet metus ipsam attenuet.

b ¶Peccat mortaliter. Si quæras, vtrum cum excommunicato communicans peccat mortaliter,uel incurrat sententiam excommunicationis maioris,uel minoris,uide plene per do.Henri.hic.& per do.Abb.

SVMMARIVM.

1 *Feudum sine consensu domini alienatum incidit in commissum.*
2 *Iuramentum præstitum supra vsuris debet seruari.*
3 *Metum probabilem non inducunt omnia verba.*
4 *Metus multi sunt excusantes.*
5 *Metus excommunicationis excusat.*

Fraus

6 *Fraus & dolus æquiparantur.*
7 *Dolus cum dolo compensatur & culpa cum culpa.*
8 *Restitutioni locus non est in spiritualibus.*

C A P. VI.

Vm dilectus & inf. [Vel translatio
nem.] si diece-
2 sanus vellet ipsam ecclesiam supponere cisterciensibus. Nã in eius præiudicium nihil facere possunt,[a] & talia ad ipsum pertinent.ſ.de excess.præ.sicut vnire. Se tamen poterunt personaliter obligare,vt ſ.sequitur.& probatur.ſ.de do. inter dilectos.ſ. de arbitris. cũ tempore. Et potest episcopus hoc ratificare,ar.ſ.de his quæ fi.a præla.c.iij. in fi. & habebit iura epãlia,sicut prius.ſ.de relig.do.quia monasterium. Si vero episcopus voluerit hoc potuit reuocare,vt pater in eo,quod no.ſ.de transl. epi.quanto.§.fi.& de renun.quod in dubiis.Quinimo videtur,q si sine cõsensu suo se aliis submiserit,ecclesia incidit in commis
1 sum.Sicut † no.in feudo alienato sine consensu domini.ſ.de cõsti.quæ in ecclesiarum.ſ.de feu.c.ij.ar.ſ.de loca.potuit.ſ.de priuil. cum olim.ij.ſ.i.ſ.de sta.mo.recolentes. Et adde,quod no ſ.de rebus eccle.non alie.c.j.ſ.de priui.patoralis.[Impedirent.] Subandi.per eos ad quos spectat legitime faciendam. Et no.q quãuis canonici isti ordinem Cisterciẽs. tãquam arctiorem potuerint profiteri.ſ.de regula.licet.& promittere non impedire translatio nem,per se tamen ipsam facere non possunt, vt hic dicitur Pan. d.n.Tu dicas,q & si aliqui ex ipsis possent,peritia licentia licet nõ obtenta,transferre se ad ordinem arctiorem, & ipsum profiteri, vt dicta decre. licet. remanentes tamen in eodem, non possent aliam religionem profiteri,Nec se & locum ad eandem transferre sine diœcesani licentia & consensu,vt patet.ſ.de eccle.ędifi.ad audientiam.ij.Et in eo,quod legitur & no.ſ.de rebus eccle. non alie.possessiones.ſ.de relig.do.inter quamor. [Cum vtrumque.] ver.scilicet q obtinuerint regulam,& q supponi sint. [Salutis æternæ.] si.ſ. de iureiur.si vero.Vel corporalis, quod dic, vt no.ſ.e. abbas.respon.j.ver.quod iidem.& in fi.[Nolentes.] versi. [Viam
2 periuriis.]Ecce ratio † quare ecclesia statuit,q debeat seruari huiusmodi iuramentum,etiam super vsuris præstitum. ſ. de iureiur.debitores. quamuis in veritate non sit obligatorium apud Deum,vt & no.ſ.eo.ad audientiam.respon.j.in fi.& patet.ſ.de iureiur.verum.vbi de hoc.& est simile.C.si aduersus ven.l.i.C.de indicta vidu.tol.l.ij.ſ.de iureiur.si vero.& c.cum contingat. [Non obstante.]ver.[Violẽtia.]Quæ fuerit hæc violentia ignoramus. Forte fuerunt aliqua verba,per quæ incusserant eis timorẽ.Forte enim dixerunt,nisi faciatis voluntarie,facietis hoc necessitate vt gente.scilicet authoritate Papæ,vel alia consimili , quæ non debuit cadere in constantem.secundum.d.n.ar.ſ.de resti.ſpo.olim
3 iij.Multa † enim verba possunt proponi,quæ non semper inducunt metum probabilem.vt no.ſ. e. ad audientiam, §. vnico.in prin.Vel forte excommunicatio fuit comminata,sed illud non excusat,cum sit medicinalis.ſ.q.j.multi.& extraiag.d.n. de sent. excom.cum medicinalis.lib.vj.secundum.B.Vel potest exemplificari per id,quod le.& no.ſ.de renun.ex transmissa. [Nec metũ
4 mortis.]qđ dic,vt no.ſ.e.abbas.§.vnico.in prin.Sed cõtra: † quia inuenio,q excusat metus amissionis rerum.ſ.e.abbas ſ. de iureiur.verum.Item metus impediendæ promotionis ſ.de instt.cum venissent.§.j.versi. ipse vero timens. Item onerandæ libertatis.ff. quarum rerum actio non da l.i.§. qui onerandæ. Item iudicis.ij. q.iij. primis.C.e.l.pe.& fi.ſ.de app.si initus.Item verborum.xxiij. e.viij. conuenior. Item suspicio metus.ff.de locato. habitatores
5 † Item excommunicationis.† nec mirum: quia continet nedũ
† corporis,sed & animæ detrimentum.ij.q.i. de manifesta.xj.q.iij. audi.Nec obest si dicas medicinalis est: quia hoc verum est, q̃n causa subest,& quando etiam non subest propter bonum obedientiæ.Verum tamen nolliet quilibet hanc recipere medicinã: quia hæc medicina multoties plus aufert, quã afferat.ſ. de æta, & quali.cum bonæ. & ideo non semper expedit ipsam recipere. Quid enim si episcopus dicat misero & pauperi presbytero, ego excommunicabo te,nisi dederis mihi.x.& forte iperetur de promotione sua in aliqua ecclesia. Iuste & probabiliter potest timere,ar.xj.q.iij,sententia.ſ.de resti.ſpol.olim.iii.Dicas igitur, q hæc a iudice erunt inspicienda,vt arbitretur fideliter in prædictis si ac ciderint,vtrum metus qui allegatur debeat excusare, in quo personas,loca,qualitatem facti,& causas,nec non & tẽpora, & alias circunstantias considerabit & pensabit,habens Deum & veritatem præ oculis,& etiam æquitatem,vt leg. & no. ſ. de transac.c. fi.ad hoc.ff.e.non est verisimile. ff.ex quibus ca.ma.l.iii.ſ.e.c.j. ff. de rei ven.in fundo.& de hoc no.spaciosius in summa.e.ti.§.qualiter metus distinguatur.ver.inuenio tamen,& sequen.¶ Nec obstante.] ij.pars.[Seductos.] a Cistercien.sibus.[Fatuitatem.] ff.de iur.& fac.igno.nec supina.ff.de ædil.edic.quæritur.§.fi. Ad hanc fatuitatem pertinet omnis promissio, & iuramentum, & inductio,quæ est contra cursum caussarum inferiorum. Iura, si promittatur,q a iuuene amouebuntur carnis stimuli,vel quæ fit cõtra ius naturale,vel posiriuum.vel regulam,seu constitutionem alicuius ordinis approbati.vt hic patet.& ſ.de conuer.coniug.dudum.ſ.de relig.do.c.fi. Et quamuis talis promissio rali dolo c.. or
ta aliquando possit infringi,iuramentum tamen super hoc præstitum semper tenet.Si autem dolus talis esset, q etiam peritissimos falleret,sicut in facto alieno, quod de facili cognoici non
6 potest.tunc decepto remitteretur iuramentum : † quia fraus & dolus &c.ſ.de rescrip.ex tenore.in fi.& c.plerunq;.ff.de iur.& fac. igno.regula.Nec obstat.xxij.q.iiij.§.sed cum his.vbi habes,q Gabaonitæ decepterunt Iosuę in facto alieno,& tamen cogitur iuramentum seruare: quia ad fatuitatem Iosuæ pertinuit ille dolus: quia Iosuæ & suis de facili crediderunt,quod non debuerunt.Nã sicut metus non excusat, nisi sit talis,qui caderet in constantem virum : sic nec dolus , nisi sit talis , qui caderet in prudentissimum,quamuis etiam omnis dolus puniendus sit regulariter in penam dolosi,Non tamen in lucrum fatui,quod esset si indilin
7 cte remitteretur sibi iuramentum. † Imo sicut iustum est, q dolus cum dolo compensetur.ff.de dolo. si duo. Et culpa cum culpa.ff.de compen. ambo ff.de eo per quem factum est.l.fi. Sic fatuitas latæ culpæ cum dolo est compensanda. nam & talis dolo comparatur.ff.depositi.quod Neruа.ff.de verb. signi. latæ culpæ.Alij dicunt,q nunquam remittendum est iuramentum , et si per dolum exortum sit.secundum .d.n.& de hoc no.ſ.e.ad audientiam.& duobus.c. præceden. Sic patet, q licet dolus intreueniat in spiritualibus,damnum tamen passo. siue taliter deceptio non subuenitur,& si dolus dederit causam contractui , vt hic.& xx.q.iij.constituit.Idem in matrimonia.ſ.de conuersa. coniugatis.in fi.& c.ex parte.Sed contra.ff.de dolo.eleganter.in prin. Item habes hic,q dolus non præponderat culpæ. Sed contra. ff.
8 ad l. Aqui.item mela. in prin. † Item in spiritualibus non est locus restitutioni.ſ.de resti.in integ.ex literis. Vnde & hic denegatur restitutio in fine,& hoc est specialiter dictum in fauorem salutis animarum: quia nec videntur decepti, qui tutiorem viam elegerunt,vt hic patet.& ſ.de conuer.coniu.dudum. expone ergo.[Fatuitatem.] i.simplicitatem,& animorum puritatem,nec non & salutis citius consequendæ facilitatem [super restitutione.] ver. Penitentia.] per rationem. quod metus causa.rescissoriam, vel de dolo,vt in priuilium statum restituantur.ff. de dolo. arbi-
† trio.§.j.ff.e.tit.putat.† §.ex hoc.secundum.d.n.Siue officium iudicis implorando,vel simpliciter hoc proponendo ſ.de iudiciis.lib. vj. [Eis] scilicet canonicis insulæ. [Imponendum.] Tum quia iurauerunt.Tum quia metus minus probabilis erat, contra quẽ allegauerunt.Tum quia dolus bonus & virilis erat eis.quo ad hoc faciendum inducti fuerant , vt patet ex præmissis. Alias autem subuenitur metum probabilem vel vim passo multis modis, vt no.ſ.c.j.in fi.

ADDITIONES.

a ¶Possunt Adde.Henri.hic.in ij.dist.post istum.& Io.And.uide glo.j.& do. Abb.super ea.

† ¶Metus excommunicationis.Excusat.uide Archi.vij.dist.fuerunt.& Hen. hic.in j.dist.

† ¶Alias.est.§.incipit.idem Iulianus.& est in l.metum autem præsentem.

SVMMARIVM.

1 *Perfidia & dolus ueniunt in actione depositi.*
2 *Iuratur in litem nomine hominis mortui.*
3 *Probatio per iuramentum admittitur vt malitia hominum puniatur.*
4 *Dines quandoque creditur qui pauper est.*
5 *Argumenta probabilia sufficiunt, vbi nulla est commissa violentia.*
6 *Præsumptio semper est contra neganses,& conuictos.*
7 *Delicta non debent remanere impunita.*
8 *Iuramentum non deferendum,nisi ei,qui semiplene probauit.*
9 *Expensę difficulter probantur per testes.*
10 *Pretia per modum fructuum extimatur.*
11 *Delegato non licet reuocare sententiam,quam ipse tulit.*
12 *Ordinarius potest suam sententiam reuocare.*
13 *Violenti,& delinquentes,quomodo puniuntur.*

C A P. VII.

Super eo. Casus. Egit quidam contra alios in terdicto vnde vi,vel condictione ex illo canone.iii.q.j.reintegranda. & petiit sibi restitui domum , de qua dicebat per violentiam se ejectum, Præterea petiit sibi satisfieri de damnis datis in eadem domo,& de rebus amissis. ſ. domum tempore electionis, quæ iuri congruunt.ff.de vi & vi ar.l.i.§.illud. Probauit violentiam per testes. quo facto iudex condemnauit reos ad domus restitutionem, & in rerum amissarum restitutionem. Condemnati arbitrantur secum iniuste fuisse processum,eo q aduersarius de rebus, & earum æstimatione fidem non fecerat , nisi proprio iuramento. Appellarunt , vel petebant se restitui contra talem sententiam per legem.ff.de iudi.si prætor.Papa vero determinat,q iudex rationabiliter condemnauit.secundum Gof. Sed & potest hoc intelligi & aliter,vt in sequen.gl.super verbo.spoliatum. [Per violẽtiam.] Quid si per dolũ,puta,saccus cũ pecunia depositus est pe-

a nes aliquem signatus,[a] lite contestata a depositario, cum esset cō uentus actione depositi, Reddit saccum non signatum, confitet tamen se ipsum aperuisse & resignasse. Sed dicit, ꝙ plenus erat la pidibus, non pecunia. vel negat tanta pecuniam ibi fuisse, quan
1 ta petitur. Probationes deficiunt, quid erit? dicunt † quidam, ꝙ cū in actione depositi veniat dolus & perfidia, vt leg. & no. ff. depositi. c. j. Probanda est veritas per iuramentum petentis, taxatione prehabita, vt hic dicit, arg. ij. q. j. in primis. ff. depositi. l. i. §. si cista signata. Secus si ex contractu conueniretur, ar. ff. de ædil. edic. ædiles etiam. §. ij. & iij. & no. j. §. j. super verbo, sacramentum. Alij dicunt, ꝙ furti agendum est, & condemnabitur ad restitutionem sacci signati. ꝙ si non restituat, iurabitur in litem contra depositarium. ff. de in litem iuran. l. i. & ij. & iij. ff. de rei ven. qui restituere. Pro eodem enim habendum est contumaciter renuere facere restitutionem cum possit, vel dolo facere, quo minus possit. ff. quod vi aut clam. semper. §. eum. Et hoc verum est, nisi constaret, ꝙ saccus esset resignatus, tunc enim non condemnaretur ad restitutionem sacci signati. Sed statim contra ipsum deferretur iusiurādum in litem. ff. de dolo arbitrio. respon. j. & §. non tamē. ff. depositi. l. i. §. item Pomponius. & §. si pecunia in sacculo signato. ff. de pet. hære. qui se liti obtulit. ff. de condic. fur. in re furtiua. Et hoc est verum, quando apparet depositarium furtum commisisse, tunc enim iuratur in litem quantum saccus signatus valebat, quando furtum factum est & saccus apertus, ff. depositi. si sacculum. ff. de in litem iuran. cum furti. Nec mirum: quia etiā
2 † nomine hominis mortui, in cuius restitutione mora interuenit, iuratur in litem. ff. de in litem iuran. l. in actionibus. §. fi. Et hæc vera sunt, vbi in apertione dolus interuenit, vt in e. l. in actionibus. Sed & si dicat non interuenisse dolum, non creditur ei, cū præsumptio sit contra ipsum. ex eo, ꝙ contra prohibitionem legis facit, nisi hoc probauerit. arg. j. de præsump. c. j. & de hoc no. ē. de elec. cum in iure. Quid si constat, ꝙ saccus fuit sibi datus signatus, negat tamen se soluisse saccum? Respondeo. non creditur ei, nisi præsumptionibus veri similibus, vel alijs probationibus probet se innocentem. arg. ff. depositi. ꝙ Nerua. & in ll. superius allegatis. Potest & illud dici, ꝙ contra hunc depositarium agi potest ad exhibendum, & si signatum non exhibeat, vt recepit, iurabitur in litem contra ipsum, vt ff. ad exhibendum. Iulianus scribit. rñ. j. & §. i. & §. fi quis rem. & l. iij. §. j. Sed & quod hic dicitur de violentia, locum habet, siue sit expulsiua, siue ablatiua, siue compulsiua, vt ex hac decre. colligi potest. & ex l. C. vnde vi. si quando, vt & no. in sequenti gl. Fruſtra enim poneretur sub hoc ti. nisi & vim comprehenderet compulsiuam. Et idem videtur de inquietatiua. ff. quod vi aut clam. semper. §. pen. & de turbatiua. generaliter enim hæc decre. loquitur. & dicta. l. si qñ. ergo & generaliter debent intelligi, arg. j. de testa. mentis. relatum. ij. rñ. j. cum suis cōcor. Quid enim si aliquis rex, vel dñs terræ iniuste banniuerit, vel diffidauerit aliquem subditum, vel alium, propter quod omnia bona mobilia & immobilia banniti vel diffidati sunt, non solū per dñm, sed & per alios occupata, & multa alia damna passus est. Nonne tenetur dñs de omnibus his? Ita videtur: quia metus eius fuit occasio amissorum. Vnde & actione. quod metus causa tenetur. ff. e. tit. si cum exceptione. § Pedius. & §. in hac actione. & §. hęc autem actio. & §. quadruplabitur. & § Iulianus. ff. de incen. rui. na. k. ne quid ex naufragijs. Nec obstat, ꝙ si quis audiuit armatos venire, & fugit, & occupetur fundus, cessat actio. quod metus causa. ff. e. ti. metum. ij. respon. j. quia ibi loquitur de vano timore. Vecors enim est, qui audito, ꝙ armati veniunt, statim fugit, potest enim esse, ꝙ non veniunt contra eum. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. si quis autem visis armatis. Sed si armati præmitterent ei, ꝙ contra eum irent, vel alio probabili modo hoc suspicari posset, tunc bene haberet locum actio. quod metus causa: & tenerentur armati de omni damno. quod eorum occasione vim passus sibi cō
b tigisse iuraret,[b] arg. hic. & in dictis ll. & ij. q. j. in primis. Non tamē propter hoc tenerentur venientes interdicto. vnde vi, nisi res occuparent: quia interdicta vim factam fuisse requirunt. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. qui armati venerunt. & seq. ff. de incen. rui. nau. l. iij. §. non solum. secundum. d. n. cuius est quasi hæc tota glo. [Spoliatum,] rebus immobilibus, vt in casu Gof. Vel mobilibus, puta, mercator aliquis fuit per fures in nemore spoliatus. Nam & tales res, quæ erant in mantica, & valores ipsarum taxatione prehabita iuramento proprio comprobabit. Hoc est, quod innuit lex, vnde hoc sumptum est. C. vnde vi, si quando. Quando dicit, abreptis respectu mobilium. Vel inuasis. respectiu immobilium. ad hoc Insti. de vsuca. §. fartiue. & § q autem. ii. & quod no. ē. de ele. dudum. ij. respon. j. ver. vnde. Et facit hæc litera ad primam partē rubricæ, quæ dicit de his, quæ vi. & §. c. proxi. versi. non obstante. Alia vero ad secundam partem pertinent, in qua dicit, metu fuisse, in quo casu sufficit probare metum a quocunque illatum fuisse, & si non ab illo qui possidet. ff. eo. si cum exceptione. §. in hac [Arbitramini,] & male, vt sequitur. [Contra vos.] Interdicto, vnde vi. vel actione. quod metus causa. conuentos. secundum. d. n. [Processum.] per iudicem, qui vos condemnauit, vt supra in casu. [Singula.] mobilia, quæ erant in loco immobili, quo fuit spoliatus. Idem est, & si non fuerit spoliatus re immobili, sed rantum personam inuasit, vel rebus mobilibus spoliauit, arg. hic. & C. vn. de vi. si quando. & patet in eo, quod no. §. super verbo, spoliatum. Quid si furtiue fuerunt subtracta? Dicunt quidam, ꝙ tunc non habet locum hęc litera, sufficiens tamen diuersitatis ratio
3 non occurrit. secundum. d. n. Admittitur † enim talis probatio per iuramentum proprium, vt malitia hominum puniatur, & vt probationibus subueniatur, arg. j. vt lite non contest. quoniam frequenter. §. i. cum suis concor. Talia siquidem nec aliter probari possent de facili: quia nec secreta patrimonij cuilibet reuelantur. Vnde quandoque creditur quis † diues, qui pauper est, &
4 econtra. Insti. qui & ex quibus ca. ma. non pos. §. in fraudem. in Authen de nup. §. quia vero hactenus. coll. iiij. Dominus vero domus hoc non præsumitur ignorare. C. de rescin. ven. quisquis. Vnde & propter difficultatem, seu impossibilitatem probationis, vel vbi nulla † violentia est commissa, sufficiunt probabilia
5 argumenta, vt legi. & no. §. de cle. peregri. c. ij. §. vnico. Et etiam quandoque fit probatio solo proprio iuramento, vt C. de alimē. pupill. præstan. l. ij. ff. vbi pupill. edu. de. l. officio. Faciat ergo homo, quod potest. xxij. q. ij. faciat. ad hoc ff. de testibus. curent. C. de here. quoniam multi. in fi. Multo fortius hoc locum habet, vbi violentia est commissa, vt hic. & in Authen. de collatoribus. §. si quis autem ex iudicibus. & §. super hoc. colla. ix. & j. no. ¶ Verum.] ii. pars. [De violentia.] negata, alio quin testes necessarij
6 non essent. j. de confes. c. j. & fi. Et ideo † quia veritatem negauerunt, magis præsumitur contra negantes & conuictos. C. de non nume. pecu. authen. contra qui propriam. & leg. & no. j. de sol. c. fi. Quid ergo si violentiam confiteatur? Idem puto. & imputet sibi, qui violentiam fecit, argumen. ff. e. extat edictum. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. iij. respon. i. ff. de iur. & fac. ign. regula. §. pen. ff. quod vi aut clam. seruus. xvi. q. i. legi. j. de dona. inter virum & vxo. & si necesse. Cum propter confessionem propriam magis creditur eis in alijs, & minor fiet æstimatio contra ipsos, argum. ē. de elec. innotuit. §. multa. xv. q. fi. si quis presbyter. nisi timore probationis talis confessio facta esset, argum. lxxxi. dist. in. si quis
7 clericus. Puniuntur ergo in hoc violenti: † quia delicta non debent remanere impunita. j. de senten. excom. vt famæ. hoc tamē totum arbitrarium est, vt j. sequitur. [Per testes.] maxime, nam idem est, si per confessionem, vt in præceden. gło. & C. vnde vi. si quando. Hoc idem innuit: quia non dicit, vtrum per testes, vel confessionem violentia fuerit patefacta, quamuis. B. hic contra no. [Amissis.] In domo, vel mantica, vt no. ē, super verbo, spoliatum. [Sacramentum.] sic interesse, quod consurgit ex maleficio, probatur per iuramentum, vt hic. & ij. q. j. in primis. C. vnde vi. si quando. Vbi vero insurgit ex contractu, probandum est per testes. quod difficile est, vnde contingit dari consilium, ꝙ loco interesse pœna certa contrahentibus stipuletur, vt leg. & no. Instit. de verbo. obliga. §. non solum. ff. de præto. sti. l. fi. ff. de mino.
8 si in emptione. Nec obstat † quòd iuramentum non sit deferendum, nisi illi, qui semiplene probauit. ideo est per vnum testem. ē. de procu. ex insinuatione. C. de rebus cred. in bonę fidei: quia illud locum habet, quando is contra quem agitur non deliquit, & est tale negotium, quod per testes probari potest. Porro vbi constat de delicto, probatio ordinaria deficit, sine aliquo teste: est huiusmodi iuramentum deferendum, vt hic patet & suis. ti. ē. signatis. in princip. huius glo. sic & contra contumacem proceditur in condemnatione expensarum eadem ratione, scilicet & quia
9 constat de delicto contumacię, siue calumnię, & difficulter† probarentur expensæ per testes. C. de iudi. sancimus. & vt leg. & no. ē. de procur. auditis. & c. constitutis. j. de dolo & contu. finem. [Potuit.] & debuit. [Taxatione.] Ne actor ex nimia animositate excedat, argumeu. ff. ad l. Fal. l. iij. ff. de adminis. tut. tutor qui
10 repertorium. §. j. Nam & pretia † pro modo fructuum æstimantur. ff. de rebus eorum qui sub tu. sunt. si fundus. [Ab ipso facta.] scilicet iudice. vltra quam non iurabit, nec citra quam iuratum sit, fiet condemnatio. C. vnde vi. si quando. in Authen. de iudi. §. oportet. coll. vj. iij. q. iij. c. quod fieri. [Pro personarum.] ꝙ si quis se grauatum puruerit, appelleret, tamen & si non appelletur a taxatione, sed a diffinitiua tantum, vel ex iuramento præstito, Nihilominus hæc omnia venient in condemnatione appellationis, quæ fiet ex iuramento, vel sententia. C. de iureiuran. generaliter. §. finautem. secundum quosdam, secundum quos sufficit a sententia appellare. Nam sententia cassata, amittitur omne ius ex iureiurando acquisitum: quia & ex ipso procedit sententia, & totum est vnum structum. ad hoc in Authen. de iud. §. oportet.

ADDITIONES.

a ¶Signatus. Vide d. Abb. hic post istum cui And. Bar. addit Pe. de Anch. con si. 2 §§.

b ¶Iuraret. Adde late Alex. consi. ciij. lib. j. & Io. de Ana. consi. lxxxij. secundū And. Sic. hic in apostil. ad Pan.

oportet. coll. iij. C. de duobus reis. l. pe. ff. de mino. l. iii. §. pe. Alii dicunt, ꝙ si reus credit actorem plus iurasse, quam debeat, a delatione talis iuramenti omnino est infra decennium appellandū. Nec sufficeret appellare a sententia, quæ forte nunquam ferretur & si feretur, nō feretur infra. x. dies. Sed & si forte infra. x. dies feratur, nec prodest, nec sufficit a sententia appellare: quia ex iuramento iam præstito orta est actio in factum. ff. de iureiu. l. fin & si possessori. & l. sed & si seruus. C. de rebus cred. actori. quæ non amitteretur, etiam si contingat cassari sententiam, vel appellationem ab ea factam pronunciari iustam. Et hoc tutius & verius est, vt paret in eo, quod leg. & no. j. de re iudi. ꝙ consultationem. Nam & si postea sequeretur sententia, non prouideretur grauato ex iurejurando, nisi in casibus. ff. de iureiur. admonendi. & C. de rebus. cre. l. j. & fi Hoc autem intelligas verum esse, quando qs iurat id, quod petit, suum esse vel non, sibi deberi vel non. Nam ex tali iuramento oritur actio & exceptio, vt dicunt prædicta iura. Secus autem vbi dicit se tantum expendisse, vel tantum dare num sibi datum fuisse. Hoc enim iuramentum non comparatur sententiæ, sed succedit loco probationis, vnde nec ex eo solo oritur actio, vel exceptio. Quare in hoc casu sufficit, ꝙ a sententia appelletur. De tali loquitur hic. & in Auth. de iudi. §. oportet. Vnde & potest saluari prima opinio in hoc casu. Quid si iudex post iuramentum præstitum cognoscit se in taxatione errasse, nunquid hoc poterit reuocare. & errorem suum corrigere? Aliqui dicunt, ꝙ non, vt in Auth. de iudi. §. oportet. coll. vi. D. n. contra. arg. ff. de re iudi. quod iustit. j. de accu. qualiter. j. j. de purg. vul. c. ii. j. de sen. excom. sacro. §. fi. respon. i. Nec obstat dictus. §. oportet: quia loquitur, quando taxatio est legitima, nec reuocata ante condemnationem. Nos autem loquimur, quando ante condemnationem ex causa vera, & rationabili reuocatur. Sed & sicut in dilatione, seu taxatione, sic & in reuocatione nedum a sententia appellari potest, in quo casu & correctioni locus est. ad hoc j. de app. cum cessante, arg. j. de sen. excom. sacro. § si vero iudex. Et hoc locum habet in iuramentis. ex quibus non oritur a
11 ctio, vel exceptio. In alijs † autem, sicut nec licuerat iudici reuocare sententiam, ex quo ipsam tulit. ē. de offi. deleg. ex literis. sic nec iam præstitum iuramentum. nisi in casibus. ff. de iureiur. admonendi. & ē. no. secundum. d. n. cuius est quasi hæc tota glo. quod
12 de delegato iudice verum est indistincte. † Ordinarius autem potest suam sententiam reuocare, quod dic, vt leg. & no. j. de accu. qualiter. j. respon. i. [Ac negotij qualitate.] q. d. iudex antequam taxet, debet qualitatem, & quantitatem rerum peritarum considerare, & personæ petentis famam. vtrum. d. præsumatur habuisse tot & tantas res, vel non. quid enim si inter vicinos pauper & vilis habebatur, vel consueuerat portare viles species, modo dicat se margaritas, aurum, & balsamum amisisse. Item debet considerare qualitatem personarum, a quibus petitur. Vtrum alias fuerint bonæ famæ, & an tales excessus frequentare consueuerint vel contra. Et his pensatis & alijs circumstantijs, taxabit & deferet, iuramentum, vt hic & in iuribus superius allegatis. & ff. de legit. tu. l. legitimos. ē. de procur. in nostra. §. fi. & legitur & no. j. de iure iur. c. fi. [Condemnare.] Bonum est ergo refrenare manus. Pu
13 niuntur enim † violenti & delinquentes non solum per edicta & interdicta, vt patet in his, quæ no. ē. eo. ad audientiam. §. i. Sed etiam per responsa prudentum, vt ff. e. non est verisimile. ff. de va. & extraordi. cog. medicus. & per constitutiones principum. C. e. l. pe. C. de paganis. l. Christianis. C. fini. reg. si conuenerit. C. de suffragio. l. vnica. C. locati. ne cui. C. vnde vi me minerint. & l. si quis in tantam. & l. non ab re. & l. cum quærebatur. & l. inuasor. & l. si quando. in Auth. vt non fiant pigno. coll. v. & vt nulli iudi. §. quia vero & huius. coll. ix. quod dic, vt plene no. in summa. e. ti. §. qualiter retractetur. respon. j. & sub. §. j.

¶De in integrum restitutione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio datur quando valet contractus.*
2 *Restitutio pro modico non datur.*
3 *Nemo præsumitur iactare suum.*

CAP. PRIMVM.

Requisiuit. Potest exemplificari per id, quod legitur. j. de reb' eccle. non ali. ad aures. & c. ad nostram. [Sub modico censu.] i. pro modica pecunia distracta. & sic non contradicit litera sequens. Vbi dicit ad ius & proprietatem &c. in sequen §. in fi. & quod dicitur. j. §. fi. [Coloni.] expone, i. emptores. secundum. ß. Tu dicas, vt ibi no. & in sequen. gl. [Cōcessis.] ab ep iscopo, vt sequitur colonis ad tempus, vel in perpetuum j. de loca. propter sterilitatem. Vel in emphiteosim, vt in e ti. potuit. j. de rebus eccle. non alie. ad aures. Vel pro modica pecunia venditis. j. de rebus eccle. non alie. ad nostram. & sic quod dicitur. j. ad ius & proprietatem. respicit omnes istos diuersi modi, vt hic no. Hoc autem. secundum. d. n. intelligendum est quando contractus tenuit mero iure, sed ecclesia læsa est in contractu tunc enim datur restitutio, vt hic dicit. & j. de rebus eccle. non
1 alie. ad nostram. § fi. Alias † aut si contractus non tenet no data tur restitutio, sed auditur ecclesia iure suo. xij. q. ij. sine exceptione & c. apostolicos. & c. alienationes. C. de sacrosanc. eccle. iubemus & in auth. hoc ius porrectum. Et no. in extra. ecclesia, super verbo proprietatem. & extra. d n. de rebus eccle. non ali. dudum. lib. vj. ¶ Noueris in qq. j. pars. [Ecclesia.] ad quam dictæ possessiones pertinent. [Detrimentum.] graue, nam † pro modico restitutio non daretur. j. e. auditis. in fi. j. de rebus eccle. non alie. ad nostram. ff. e. scio. ff. de mino. si ex causa iudicari. respon. j. in fi. [Eiusdem.] ecclesiæ. [Deteriorem non liceat.] in faciendo, vt hic. & j. de dona. c. ij. In omittendo autem deteriorem facit. j. de præscr. c. j. & per totum. Sed & licet omnis donatio videatur esse in deperdito. ff. de dona. filius. Vnde nec præsumitur, ꝙ aliquis sapiens
3 † pecuniam suam iactet. ff. de proba. cum de indebito. § j. Tamē prælatus donare potest, vt leg. & no. j. de dona. ceterum. [Et ecclesia.] ver [Iure minoris.] [Semper.] i. semper, secundum Ala. & V. na. Tu dicas semper. i. in qualibet læsione. Sed infra sua tempora, & hoc est, quod probat quoddam extrauagans domini Gregorii. ix. quod quidam libri habent, quidam non. Tamen sic dicit extra. eod.

SVMMARIVM.

1 *Respublica comparatur minori.*
2 *Vsucapio, vel præscriptio non currit pupillo, nec minori.*
3 *Ciuitas in integrum non restituitur.*
4 *Præscriptio quadragenalis sola currit ecclesiæ.*
5 *Pubes minor iurans non restituitur.*
6 *Quilibet quod suum est recuperat.*
7 *Luo, multi dicuntur.*
8 *Delictum prælati an noceat ecclesiæ.*
9 *Calumniator, tergiuersator, & prævaricator qui dicantur.*
10 *Prævaricator infamis est.*
11 *Contractus est nullus forma non seruata.*
12 *Ecclesia iuuatur iure communi.*
13 *Quis locupletari non debet cum aliena ia. ura.*

Ecclesia, Quæ ad retractandam sententiā, vel contractum, ꝙ ad beneficium restitutionis in integrum postulat se admitti, si quadrien nij spatium post sit elapsum & negligenter omiserit non est ad beneficiū huiusmodi admittenda, nisi præuaricationis, vel fraudis manifeste probetur super hoc interuenisse com
a mentum. [Ecclesia.] [a] quæ iure minoris iuuatur. vt hic. & j. e. auditis. Comparatur enim rei publicæ. xxiij. q. iiij. quid ergo. C. de sacrosan. eccle. vt inter diuinum. Et † respublica comparatur minori. C. de iure rei pub. respublica. lib. xi. C. de iure rei fi. rem publicam. lib. x. C. ex quibus ca. ma. in integ restit. respublica. ex quo sequitur, ꝙ restituitur sicut minor, arg. C. de ot. eius qui vicem alterius. l. j. & ē. de offi. deleg. sane quia expressum est. ē. c. i. § j. verum secundum. d. n. Differentia est inter minorem, & ecclesiam, & rē publicam, & ciuitatem quantum ad petitionem restitutionis in
2 integrum. Nempe † non solum pupillo, sed nec minori currit hodie vsucapio, vel præscriptio. x. vel xx. annorum in rebus, quæ seruando seruari possunt, siue sint mobiles, siue immobiles. vt patet. C. de admi. ru. l. lex quæ tutores. Et ideo super his non est necessaria resti. in integ. C. in quibus ea. non est ne. in integrum resti. l. fi. quamuis olim & si non ō pupillum, tamen contra minorem currebant hæ præscriptiones. ff. de acq. re. do. bonæ fidei emptor. Sed cōtra ecclesiam, & rem publicam currit vsucapio & præscriptio quadriennij & alię temporales, & perpetuę præscriptiones. sed datur eis restitutio. f m. d. n. & sic potest intelligi. C. de sacrosanc. eccle. auth. quas actiones. in Auth. hæc constitutio inno. consti, coll. viij. Et potest esse illa ratio: quia ecclesia & respublica fingūtur esse in vltimo instanti minoris ætatis. Præscriptio autem. xxx. vel xx. annorum currit contra omnes prædictos. Datur tamen restitutio ex verbis generalibus edicti, quæ talia sunt. Quod cum minore. xxv. annis gestum esse dicetur. vtiq; quę res erit animaduertam. ff. de mino. l. j. § prætor edicit. Pupillus vero ab his præscri
3 ptionibus seruatur illesus. C. de præscrip. xxx. an. licet in rem. † Ciuitas autem non restituitur. ff. ad Mace do. nihil interest. secūdū d. n. Videtur tamen, ꝙ contra ecclesiam nulla currat hodie præscriptio temporalis. Nam & quod dicit lex de triennio, & quadriēnio damnosum esset ecclesiis, si ipsas diceremus astringi, sed leges huiusmodi nō sunt ꝯ ecclesiam admittēdę, quāuis ille quę adiuuant

ADDITIO.

a ¶Ecclesia. Adde, ꝙ hoc est extendendum ad monasteria & omnem piam locum secundum Pe. de Anch. hic in prima no.

adiuuant ecclesiam admittantur,vt paret.x.dist.c.j. & c.si in adiutoriu.& per totum.& in eo quod,le.& no.ſ.de nouiope. nuu. c.i.§.i.Et expresse dicit nouissima constitutio, quæ quantum ad hoc reuocare videtur illam in Auth.hæc constitutio Inno. consti.coll.viij.Quia præscriptio temporalis etiam.xx.vel xxx. annorum non currit ecclesiis,† sed solum quadragenaria locum habet in Auth.de eccle.ti.§.pro temporalibus.coll.ix.Vnde & bene cauit sibi Gratianus,ꝙ non apposuit leges illas, quę videntur vel le contrarium decretis integras,sed accipit tantum id, quod pro ecclesijs faciebat. Vnde de triennio, vel quadriennio nihil inuenies.xvj.q.iiij.neque decēnij.Sed & quod dictum est de triennio, & alijs temporalibus ad priuatos sensit restringendum esse,& cōtra ecclesiam præscriptionem tantum quadragenariam admittendam.vt patet.xvj.q.iij.ſub.§. potest etiam & aliter intelligi auten. quas actiones,& ver.præceden.Quamuis in ſumma de præscriptionibus ſub rubrica de vſucapionibus.§.quę vero.ver.quidā etiam voluerunt dicere aliter ſit notatum. Sed quod nunc prædiximus,magis placet: quia nec inuenio expressum in textu iuris canonici,ꝙ contra ecclesiam currit præscriptio triennij, vel quadriennij.Saluo eo,quod in fauorem fidei legitur, & no. ſ.de præscrip.c.j.& facit ad hoc,quod legitur & no. ſ. de testamentis. filius noster Faustinus. Et saluis his,quæ contumaciam puniunt ſ.vt lite non conteſt.c.fi.§.in aliis.Et quia ad ſtatum & conditionem perſonarum ac iudicialia pertinent,vt colligitur.xvij. q.ij.ſi quis incognitus.v.q.ij.præſenti.& ſ.vt l.te non conte.c.fi.§.in aliis & ſeq. De quibus & multa exempla ſcripta ſunt in ſumma de præscrip.ſub rubrica de præſcriptionibus rerum immobilium.§. quot ſint eius ſpecies. Sed nec reperitur cautum iure canonico, ꝙ princeps aliquis ſecularis rem pertinentem ad eccleſiam poſſit dari,imo potius contrarium.xii.q.ij.c.iij.& ſeq. Quinimo & ſi princeps rem immobilem eccleſiæ velit cum alia permutare,requiritur communis voluntas & cauſa rationabilis , & ꝙ res quā præſtat maior ſit,vel æqualis,& ꝙ pragmatica ſanctio ſuper hoc promulgetur.quod dic,vt leg.& no.ſ.de rerum permu.c.j. Et ſic quātum ad eccleſiam locum habet,quod legitur de quadriēnio C.de quadri.præſcrip.bene a zenone.[Quæ ad retractandam ſententiam.] ſic.C.ſi aduer.rem iudi.l.j.& ſ.e.tum ex literis. Idem ſi omiſit probationes neceſſarias.ſ.eo. c.i.§.nos igitur.[Vel contractum.] ſic.C.ſi aduerſus ven.l.i.C.ſi aduerſus do.l.j. In hoc tamē caſu maius eſt priuilegium eccleſiæ,quam minoris: † quia ſi minor pubes iurauerit,non reſtituitur.C.ſi aduerſus ven.auth.ſacta puberum.Si vero prælatus iurat non repetere rem eccleſię,deierat,& nihilominus eccleſia eodem petente vel alio , vel etiam ex mero iudicis officio reſtituitur. ſ. de iureiur. ſicut. & ſ. de his quæ fi.a ma.par.ca.c.j.§.pe.& fi.xxxv q.ix.ꝙ quis.ſ.de rebus eccl. non ali.ſi quis presbyterorum.ſ.de inſti.cum veniſſent.§.fi.& ad de,quod no.de exceptione non numeratæ pecuniæ. ſ. de ſol.c.fi. [Ad beneficium reſtitutionis in integrum.] ver. quod ſi præſtetur,quilibet † quod ſuum erat recuperat.C.ſi aduerſus vſuc.l.vnica.C.de reputa.l.vnica.ff.de mino.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.& l.intra vtile.[Poſtulat ſe admitti.]ſcilicet eccleſia, [a] vt ſ.dixit,ideſt p̄latus.vel quiuis idoneus nomine eccleſiæ.vij.q.j.ſcire.xii.q.ij.non liceat Papæ.ſ.de teſtamentis.relatum.ij.§.nomine.& c.requiſiſti. [Quadriennij ſpatium.] ver.quod dątur minori facto maiori.ſ. quod oportet,ꝙ incipiat cauſam & finiat.C.de tempo.reſti.in integ.l.fi.& l.petendæ.ff. de mino. Papinianus exuli. Niſi forte per iudicem.vel per reum ſteterit: quia tunc etiam vltra quadriennium ſe extendit,vt in dicta.l.petendæ in fi. & in Auth. vt ſpon. largi.§.ad hæc.coll.ix.ij.q.vj. anteriorum.§.ad hæc.& arg. iiij.q.v. quiſquis.ff.de mino.& ſi ſine.§.fi.& ſic intellige. ſ. e.tum ex literis.ſ.de rebus eccle.non alie.ad noſtram.Per quas dicebant Ala. & Vu.va.ꝙ ſemper.i.ſemper reſtituitur eccleſia. Sed quod dicit decre.ad noſtram.poſt multos annos exponi poteſt ideſt tres.Nā [7] † & duo multi dicuntur.Inſti.de iure perſo.§. fi. vel reſponde, vt ibi no.[Poſt ſit elapſum.] ſ.poſt ſententiam.x. diebus elapſis. Vel poſt contractum initum,& traditam rem,& præſcriptionem cōpletam,quando contractus iniuſtus fuit , & initus non ſeruata forma.x.q.ij.§.hoc ius. Vel ſtatim poſt contractum, ſi dicta forma ſeruata fuit.q.d.quadriennium computandum eſt a tempo[b] re læſionis,[b] non ante,vt in dicta.l.petendæ.in fi.ſecundum quoſdam.Tu vero dic,vt no.ſ.c.ſuper verbo proprietatem.[Et negligenter omiſerit.] ſcilicet prælatus, vel alius qui agere potuit. Et [8] ſic † quamuis prælatus [c] eius eccleſiæ non faciat deterius delinquendo.xvj.q.vj.ſi epiſcopum. Facit tamen in omittendo, vt ſ.c. j.§.nos igitur.& no.§. ſuper verbo , deteriorem non faciat. Sed & negligendo facit prælatus conditionem eccleſiæ deteriorem, vt probatur in hoc.c.& ideo ſequitur.[Non eſt ad beneficium huiuſmodi admittenda.] ſcilicet perſona agens nomine eccleſiæ quæcunque ſit ipſa: quia in popularibus actionibus, præſcriptionibus,ſimul currit.ff.de popul.acti l.iij.& fi.niſi iuſta cauſa ignorantiæ prætendatur.ſ.qui mat.accu poſ.c. fi. [Niſi præuaricatio[9] nis.] ver.† Calumniator eſt,qui falſa crimina intendit.Tergiuerſator eſt,qui vera abſcondit. Præuaricator , eſt qui corruptus ab accuſatione in totum deſiſtit.ff.ad Turpill.l.j.& ij.q.iij.§. noran[d] dum.Vnde hoc verbum prævaricationis impropriè ponitur,cū non agatur hic de illo,qui deſiſtit ab accuſatione. Sed ſignificatiō conſideratur, dicitur enim prævaricator quaſi varicator is, qui ex vtraque parte conſiſtit.Quinimo ex aduerſa : quia vtrunque iuuat: ſuam verbo,aduerſam prodita cauſa ſua.Et talis puni[10] tur extra ordinem,† & infamis eſt.ff.de his qui no.infa.athletas. §.prævaricator.ff.de prævaricatoribus. l. j. ij.& iij. Sic prælatus , & tutor poteſt dici prævaricator,quando quo ad exteriora fingit ſe bene adminiſtrare.Caute tamen & occulte interius illum, cui ſeruire videtur, ſpoliat. In quo caſu tutor , qui tali modo tradit poſſeſſionem pupilli,deportatur,vt probat lex ex qua hoc ſumi[11] tur ff.de mino.ait prætor.Alias.& ſi ſine.§. idem faciunt. in fi. & C.vnde vi. meminerint.in fi.Vel dic prævaricationis quo ad ſententiam,vel fraudis,de qua ſequitur quod ad contractum. Et ſic etiam proprie ponitur: quia præuaricatio in iudiciis locum habet.[Vel fraudis manifeſtæ.] ideſt euidentis.Et ſic eſt nomen,& caſus genitiui,& adiectiuum iſtius ſubſtantiui fraudis.Vel poteſt eſſe aduerbium,& tunc punctabis ſic.Vel fraudis. [Manifeſte.] i. clare.[Probetur.] &c.Sed prima lectura magis placet, & ex hoc no.ꝙ non debet nocere eccleſiæ,vel minori,ex quo detegitur eui[12] dens prælati ſordes,ſeu gratia,vel tutoris.ff.de mino. & ſi ſine. §. idem faciunt.& eſt ſimile.C.de arbitris.arbitrorum.[Probetur.] quia qui dolum dicit &c.ff.de proba.quoties. §. qui dolo. [Interueniſſe commentum.] i. deceptionem. Vel ideſt occultum , & malitioſum tractatum.¶Expoſito ſic extra , reuertamur ad textum decre.[Conſtiterit.]in iudicio preſentibus partibus.ſ.e.cum ex literis.Vel abſentibus per contumaciam.ff.de mino.in cauſę §.cauſa & l.etiam.§.fi.[Ius.] ideſt vtilitatem iuris.ſiue rei,hoc eſt fructuum perceptionem quo ad colonos & emphiteutas.[Proprietatem.] quo ad emptores.Et intellige hoc,quando alienatio tenuit: quia fuit ſeruata forma,vt ſ. no. Tunc enim ſi læſa ſit eccleſia,reſtituitur officio iudicis.ſ.de offi.iudi.c.ij. Niſi decepta ſit [d] vltra dimidiam iuſti pretij: [d] quia tunc communi iure iuuatur, ſiue actione ex ipſo contractu,quod dic,vt leg.& no.ſ.de contra[11] hen.empt.cum dilecti.& c.cum cauſa. Si vero † non fuit forma ſeruata,nullus eſt contractus.xij.q.ij.ſine exceptione.& c. apoſto[12] licos.Et ideo etiam tunc iure † communi iuuatur eccleſia.C.de ſacroſanc.eccle.iubemus.ii.C.ſi aduerſus dona. l.ij. quod dic, vt no.ſ.de rebus eccle.non alie.c.j.& in eo.tit.extra.d.n. dudum lib. vi.ſ.de iure patro.cura.¶Prouidendum eſt tamen.] iij.pars.[Bona fide.]Ne coloni doleant ſe agriculturis curam dediſſe , & ſumitur hoc ex eo,quod leg.C.de aluuio.l.fi.§.vnico.Et argu. ſ. de conſti.cum.M.Ferra.§.i.ſ.de rebus eccle.non alie. ad aures. & c.[13] ad audi.ſ.de pecul.cle.c.fi.† Nec enim debet quis cum aliena iactura locupletari.ff.de condi.inde.nam hoc natura.& multo minus eccleſia.liiij.diſt.generalis in fi.xij.q.ij. fraternitas. ſ. de teſta filius.

ADDITIONES.

a ¶Eccleſia.Adde Pe.de Anch.hic in tertio no.ubi no. ex hoc tex.ꝙ uerba ſententiæ uel contractus, & cuiuslibet diſpoſitionis concipiuntur in perſonam eccleſiæ: quia iura & actiones dicuntur penes eam conſiſtere. Aget tamen eccleſia per prælatum ſuum, uel quemuis alium idoneum, ut & iſte hic dicit.

b ¶A tempore læſionis.Adde Pe.de Anch.hic , qui dicit in iiij. no. ꝙ iſtud quadriennium incipit currere eccleſiæ ſtatim poſt contractum,uel ſentētiam.minori uero incipit currere poſt.25. annos. & ſic bene dicit hęc gl.ij.ꝙ eccleſia æquiparatur minori facto maiori. et latius proſequitur materiam.

c ¶Prælatus.Adde,an factum,uel omiſſio,uel delictum prælati noceat eccleſiæ & quando,Bar.in l.iubemus nullam.C.de ſacroſan.eccle.

d ¶Iuſti pretij.Adde ad materiam pulchre per Bar.in l. rem maioris. C. de reſcinden.uendi.

SVMMARIVM.

1 *Incorporalia quaſi poſſidentur.*
2 *Congregatio omnis habet ius eligendi.*
3 *Nemo poteſt ſibi cauſam poſſeſſionis mutare.*
4 *Poſſeſſio ſolo animo amittitur.*
5 *Electio habet plures partes.*
6 *Quilibet præſumitur bonus.niſi malus probetur.*
7 *Nemini facit iniuriam qui vtitur iure ſuo.*
8 *Innoens iudices timere non debet.*
9 *Conſenſus expreſſus in prorogatione requiritur.*
10 *Subditus iuſto præcepto tenetur obedire.*
11 *Iniquum eſt,monaſterium renunciantis odio pregrauari.*
12 *Prejudicium monachis non generatur per præceptum iniquum.*
13 *Iuſta petitio tantum eſt admittenda.*
14 *Proteſtatio prodeſt.*
15 *Libertas & ſtatus monaſterij ineſtimabilis eſt.*
16 *Reſtitutio maioris,& minoris differunt.*
17 *Patronus præſentare non debet mota controuerſia.*
18 *Qui quiete poſſidet,poteſt eligere.*
19 *Collegium habet de iure communi eligere.*
20 *Gratia ex certa ſcientia poteſt fieri quandocunque.*

CAP.

CAP. II.

Vm veniſſent. Pars. ſ. de iudi. cum veniſſent,[Rothonen.]prium nomen eſt. [Pro monaſterio ſuo] ex parte vna.[Pro epiſcopo Veneten.] ex parte altera.[Coram quo] ſcilicet cardinali.[Irem magiſter] ſcilicet Alanus ꝓcurator epiſcopi, cuius verba ſunt hæc,& omnia ſequentia vſ[q]; ſ.e.§.ad hoc fuit reſponſum ſecundum.d.n.[Situm in diœceſi.] Ideo probatur ſubiectum eſſe diœceſano de iure cōmuni , vt ſequitur & le.& no. ſ.de relig. do.de xenodochiis.quod dic,vt no. ſ.de of.archi. c. ſi reſpon.i.[Subiectum] ſcilicet monaſterium.

a [Poſſeſſione ſubiectionis.]Melius dixiſſem quaſi poſſeſſione.[a] qa
1 incorporalia non poſſidentur,† ſed quaſi poſſidentur.ff.de acqui. re. do. ſeruus qui. §.incorporales. ff.de vſuca.ſequitur. §.ſi viam. quod dic,vt no.ſ.de elec.querelam.§.nos igitur.[Sed cum occaſione electionis] ver.[Electionis.]Per hoc non excludebatur iu riſdictio debita.quæ conſiſtit in duabus ll.vt ſ.de offic.ordi.con-
a querente.& c.dilectus. Nam de iure communi † omnis congregatio habet ius eligendi.xvi.q. fi.c.fi.& no.ſ.de elec.c.j.Quandoque tamen ex iure ſpeciali poteſt ſibi epiſcopus vel alius aliquod ius vendicare, vt le.& no.hic. & ſ.de conſue. cum dilectus. & de ele.conſtitutis. & c.cum in veteri.& c.fi.[Ibidem]ſcilicet in ipſo monaſterio,quam petebat epiſcopus infirmari, & monachi cō firmari.Et nō niſi aliquo exiſtente electo hęc quæſtio poterat ex pediri.ſed nec diffiniri poteſt pendente controuerſia,ex qua pen det.ſ.e.§.fi.& iunge,quod no.ſ.e.ver.diſtrictius.[Facta fuerat]per monacos, cum tamen epiſcopus fuiſſet in quaſi poſſeſſione perficiendę abbatem in eodem monaſterio , quam amittere non poterat, viuente abbate inſtituto ab eo.quamuis conuentus ver bis negaret ipſum eſſe in quaſi poſſeſſione. Et ſi etiam inſtitutus ab eo aſſereret a monachis ſe electū fuiſſe,intēdens interuertere
3 eandem quaſi poſſeſſionem,quia † nemo poteſt ſibi cautam poſ ſeſſionis mutare.C.de acqui.poſ.nemo.& ar.ſ.de reli.do.cum dilectus . Sed & ipſo inſtituto mortuo , eandem poſſeſſionem retinet epiſcopus , quouſque per monachos vel alios alter electus fit & confirmatus. de quo no.ſ.de elec. quere am.Ideo nec confirmatur hic electio facta a monachis,cum de poſſeſſione cauſa pendeat inter partes, nam per electionē factam a monachis videtur epiſcopus ſpoliatus.Vnde & ſi poſſeſſorio tantum agatur, & epiſcopus poteſt probare, ꝙ prædictum abbatem elegerit, & præfecerit: caſſabitur electio monachorum.& electus ab eo ſi quem elegerit obtinebit , vt patet in eo, quod legitur & no. ſ.de cauſa. poſ. cum olim & de iure patro. conſultationibus. & ſ. de elec.querelam.Sed & ſecundum.d.n.etiam viuente inſtituto, po teſt epiſcopus poſſeſſionem amittere,puta, ſi eam renuncier, vel in alium verbo,transferat,vel per ſententiam abiudicetur eidem & alij adiudicetur.de quo no. ſ. de conſec. præben.cum noſtris. Nam tali lata ſententia poteſt & debet epiſcopus probabiliter ſu ſpicari ſe poſſe repelli de iure ab illo , pro quo lata eſt ſententia, qui & poſt ſententiam habet animum poſſidendi, licet non elegerit: quia nec ſe caſus obtulit,arg.ff.de acquir.poſſ.ſi id quod.§. fi.Poſſeſſione vero ſubiectionis poteſt priuari eo ipſo,ꝙ abbas alij epiſcopo ceperit obedire. Ex tunc enim alius epiſcopus incipit præſcribere,vt ſ. c. j. ergo & poſſidere : quia ſine poſſeſſione non præſcribitur,vt patet in eo,quod legitur & no.ſ. de præſcrip. cauſam quæ.Sed nec ſemper amittit poſſeſſionem eligēdi,licet alius eligat.Sed tunc demum,quando de poſſeſſione expellitur, quod accidere poteſt propter timorem iuris, vel facti. Propter timorē iuris: quia non credit,quod ad ipſum pertineat eligere , vel quia ſententia lata eſt contra ipſum,vel alia ratione , & ideo ſe de illa vlterius intromittere non intendit.Propter timorem vero facti: quia non audet eligere propter potentiam illorum , qui dicunt ſe ius habere,vel qui de facto poſſeſſionem nacti ſunt. Et ideo ſuſpicatur ſe poſſe repelli,qui eſt vnus modus amittendi poſſeſſionem.ff.de acqui.poſ.ſi id quod.§.fi. Quamdiu ergo neſcit alium electum ab alio,vel inſtiturum & confirmatū , non amittit poſſeſſionem,quæ non amittitur ſine animo,vel corporali expulſione,quæ in iuribus fieri non poteſt.C.de acqui.poſ.licet.ff. de acq. poſ.quemadmodum. & l.clā poſſidere.Caueat tū ſibi , ꝙ ſi contra alium qui elegit intendat interdictum recuperandæ poſſeſſionis,ſtulte facit.Nempe ſic ſe amiſiſſe poſſeſſionem confiteatur,niſi forſan poſtquam ſciuit electum ab alio , & eccleſiam vacantē infra ſua ſua tempora elegerit.ſ.de elec.ne pro defectu.ſ.de conſec.præ.nulla.Sed imploret officium iudicis quamcito poteſt, vt remoueatur ab eccleſia taliter electus.Vel agat interdicto recuperandæ poſſeſſionis ſtatim contra electores , niſi enim aliquod iſtorum interuenerit,& interuenire potuerit,videtur iuſpicari ſe poſſe re-
4 pelli † & tunc tanquam vecors ſolo animo amittit poſſeſſionem. Et ideo interdictum vti poſſidetis , non competit.ad hoc. ff.ſi ſeruitus ven.& ſi forte.§.i.Illud etiam generaliter tradi poteſt, ꝙ non præſumitur epiſcopus amittere poſſeſſionem,quam animo retinet quamdiu infirmus eſt,vel non habet copiam iudicis, vel quodcunque aliud impedimentum occurrit.ad hoc. ff.ad Tertulli.l.ij.§.conſeſtim.ſ.de reſcrip.ſciſcitatus.Niſi per aliquem actum exteriorem ipſum appareat ſpoliatum,puta: quia electus eſt extra capitulum,vel veniens non fuit admiſſus.vel cum vellet ire per agrum debentem ſeruitutem,prohibitus eſt. In his enim caſibus,& ſimilibus amittitur omnino poſſeſſio,& ideo in iudicio non eſt locus interdicto retinendæ poſſeſſionis, niſi forte & extra iudicium amiſſam poſſeſſionem etiam per vim recuperaſſet. quod licet incontinenti. C. vnde vi. l. i. Alij dicunt , quòd ex quo inſtitutus ab epiſcopo mortuus eſt,amittit epiſcopus poſſeſſionem eoipſo,quod conuentus negat ipſum poſſidere , & conuentus fungitur vice poſſeſſoris,argumen.ff.ſi ſeruitus ven. ſicuti.§.diſtant. Et multo fortius ſi aliquem eligat , quamuis electus poſſeſſionem non habeat,nec confirmatus ſit, niſi epiſcopus faciat aliquid de prædictis per quod videatur poſſeſſionem retinere,quod non placet.d.n.vt patet in eo,quod no.ſ.de reſtitu. ſpol. in literis.Quia autem. ſ. no. epiſcopo dari interdictum vti poſſideris contra eum , qui eligit etiam ſi non ſit electio confirmata pro eo,quòd epiſcopus aſſerit ſuam poſſeſſionem turbari , videtur abſurdum. Nam eadem ratione deberet dari hoc interdictum , etiam ſi extra iudicium inter amicos aſſereret electionē ad ſe pertinere.Et ſic ex ſolis verbis datur interdictum hoc,quod non eſt ſentiendum.Et idem videtur dicendum in ſententia excommunicationis lata ab illo, qui non eſt in poſſeſſione ſcilicet ꝙ contra eum non competit huiuſmodi interdictum , nec etiā vnde vi.Imo plus videtur,quòd & ſi taliter electus,vel malitioſe, vel per errorem ſit confirmatus , & in poſſeſſionem abbatis non competit interdictum vti poſſideris contra electorem , ſed potius contra electum,vel confirmatorem.Sol.vere contra electorem competit,ipſe enim eſt,qui contendit ſe eſſe in poſſeſſione iuris eligendi,& ſic turbat poſſeſſionem epiſcopo,qui contendit ſe poſſidere in quo caſu hoc competit interdictum, vt ff.vti poſſideris.l.i.§.inter litigatores. & l. ſi duo. & l. fi. Si autem hoc non contendit , non habet locum hoc interdictum , ſed ſi alio iure non iuuetur,de iniuria quam fecit punietur,& caſſabitur electio & quod ex ea ſecutum eſt . ſ. de elec.qualiter. in fi. Vnde & electus ab eo remouebitur, dummodo ſciuerit electum fuiſſe conuentum,& paſſus fuerit eum agere , vel defendere. ſ. de re iudic. quamuis. Secus eſſet ſi electo extra iudicium renunciaret omni poſſeſſioni , vel confiteretur ſe in poſſeſſione non fuiſſe : quia tunc non præiudicaret electo.Nec eſt ſimile de eo , qui dixit extra iudicium electionem ad ſe pertinere,& de illo qui elegit.quia per ſola verba extra iudicium prolata non turbatur poſſeſſio,ſed per electionem magna poteſt turbatio peruenire, & idem videtur dicendum de excommunicatione. Contra confirmatorem autem,vel electum,vel contra excommunicatum , ſeu ſeruantes excommunicationem nunquam datur hoc interdictum. Quia licet tales turbent verum poſſeſſorem , non tamen ſuper poſſeſſione iuris eligendi, vel excommunicandi , in qua nec eſſe contendunt ſe,quamuis ſi malitioſe hoc faciant, ſint canonicè puniendi,argu.ſ.de ſenten.excom.vt famæ.§.i.cum ſuis concor. Quid ſi ſucceſſiue plures eligantur per huiuſmodi non poſſeſſores, & confirmentur, & etiam adminiſtrent. Nunquid per hoc verus & antiquus poſſeſſor poſſeſſionem amittit? Dicunt quidā, quod non,immo obtinebit in interdicto. Et ille,qui poſtea incepit poſſidere,remouebitur.ff.vti poſſidetis.l.j.§.eſt igitur.& ſequē. & l.ſi duo.§.item videamus.& §.Labeo quoque.& §. fi. Nec obſtat facta electio , ſi effectum non habuerit : quia per ſola verba non fuit amiſſa poſſeſſio,ſed nec obſtat ſi effectum habuit,puta: quia confirmata fuit. Abſurdum enim eſſet , quòd ex alieno facto,maxime quod non fit nomine electoris, & per quod nec faciens intendit ei aliquid acquirere,electori poſſeſſio quæreretur, argumen.ff.de dona.qui mihi.ff.de acquir.rer.domi.per ſeruum. §.fi.& l.res ex mandato ff.de acquir.poſſeſ.l. poſſeſſio quoque.§. fi.& l.per eum.§.fi.C.ſi quis alteri vel ſibi.l.fi. Tu vero dicas,quod poſſeſſio eligendi quæſita eſt electori ex ſuo facto , quando ſcilicet elegit,& ex facto epiſcopi, quando talem electum pro electo habuit , vel paſſus eſt eum agere tanquam abbatem. alias non quæreretur poſſeſſio : quia in poſſeſſione iurium acquirenda neceſſarius eſt conſenſus expreſſus illorum,quorum ius poſſidebāt, vel ſaltem patientia.argumen.ſ.de poſtul.præ.bonæ. ij. reſpon. j. vbi de hoc,quinimo & ſi is,qui non eſt in poſſeſſione, eligat, acceptata tali electione expreſſo conſenſu,vel ſaltem patientia illorum quorum ratione poſſeſſionis intereſt , videtur poſſeſſio acquiſita: quia licet tempore quo elegit non poſſideret , nunc tamen poſſidet,quando forte agitur ad amotionem electi.Vel dic,
5 quòd etiam tempore electionis poſſidere incepit.† Electio enim habet

ADDITIO.

a ¶Quaſi poſſeſſione.Idem dicit gl.hic.& in c.conqueſtus.ſ.de ſo. compe. Ex quo iuncto tex.no.d.Abb hic libellum nō utiari licet contineat uerba impropria,cui And. Sicu. addit Ro.conſi.345.

habet plures partes. Prima est ipsius electionis pronunciatio. Secunda patientia illorum, quorum interest. Tertia confirmatio, arg. ſ. de consue. cum dilectus. vbi de hoc. Tunc igitur dicitur esse facta electio quantum ad effectum, quando hęc omnia interuenerunt. Et ideo si irrenitur interdictum, vti possidetis, ab antiquo possessore, succumbet. Nam in hoc interdicto obtinet is, qui tempore litis contestatæ inuenitur possessor. Sic ergo non antiquus possessor, sed nouus obtinebit. vt colligitur Iusti. de interdictis. §. retinendo. & §. no. die. Sed notandum, ꝙ ad hoc, vt electio facta a possidente confirmetur, vel confirmata non irritetur, non sufficit, quod elector ius eligendi quasi possideat, sed requiritur, quòd bona fide possideat, vt no. ſ. de iure patro. consultationibus. Et quamuis † quilibet præsumatur bonus, nisi malus probetur. ſ. de fruct. in ord. faci. c. vnico. respon. j. ad fi. & ſ. de præsump. dudum. Et qui dolum dicit, dolum probare debeat. ff. de proba. quoties. §. qui dolo. Si tamen aliquis extraneus contra capitulum agens dicat, se esse in quasi possessione eligendi, necesse habet probare, ꝙ bona fide possideat. siue iusti tituli, siue alterius rationabilis circunstantiæ probabili coniectura, argumen. ff. de liber. causa. igitur. §. ij. & l. liberis. §. fi. Vel ꝙ longo tempore in hac quasi possessione fuerit. ff. de acquiren. possessio, possideri. & §. si seruum. Et quod dicatur hic longum tempus, videtur arbitrio iudicis relinquendum, argu. ff. de iur. delib. l. j. §. ait prætor. Et est ratio: quia pro capitulo facit ius commune, vt patet. ſ. de elec. cap. j. Ideoque præsumitur mala fides, nisi probetur bona. & idem videtur in consimilibus, argu. ●o. distin. contra morem. Vbi vero agitur interdicto vnde vi. vel vti possidetis, non requiritur probatio bonæ fidei, sed sufficit sola possessio, vt patet. C. vnde vi. l. j. ſ. de resti. spol. in literis. & idem est, si pendente lite sit spoliatus. Talis enim & in possessione facti tuendus est, ſ. de excep. cum venissent. j. vt lite penden. cap. j. & c. fi. Et idem dicendum est in possessione iuris excommunicandi, & in multis aliis. secundum. d. n. cuius est quasi hæc tota glo. Tu vero ad compendiosam veritatem, & vtilitatem eliciendam, dicas, quòd si capitulum aliquem eligat, & episcopus, qui est in quasi possessione eligat alium, electus ab episcopo confirmandus est, dummodo de quasi possessione episcopi pacifica fiat fides. Puta: quia elegit bis prædecessores immediate præcedentes, sicut expresse legitur. ſ. de causa poss. cum olim. Et idem est, si de illo qui immediate præcessit hoc probetur, vt ibi no. Nec requiro, ꝙ probetur bona fides, sed sufficit probatio actus pacifici, vbi tantum possessorio agitur, in quo casu etiam si ex interuallo post electionem factam a conuentu electio episcopi sequuta fuerit, confirmanda erat: quia constat primam factam ab illis, qui non erant in possessione eligendi. argumen. de sup. ne. præ. ca. fi. Nec obstat ꝙ episcopus ex interuallo elegerit: quia hoc fecit, ne videretur expulsus, & ad tuitionem iuris possessionis suæ, quam alias amisisset, vt patet in eo, quod no. ſ. eo. glo. a princip. vsque ad versi. illud etiam generaliter † nec videtur iniuste, vel iniuriam facere, qui vtitur iure suo. ſ. de elec. cum ecclesia Vulterana. vbi de hoc. Porro vbi petitorio ageretur, tunc necesse esset bonam fidem probare per titulum, vt patet in eo, quod legitur & no. ſ. de præscrip. si diligenti. ſ. de causa. poss. cum ecclesia Sutrina. secundum hoc in tali casu potius consulendum est episcopo, ꝙ eligat ꝙ instituat, & postea agat, quam si nulla facta electione ageret, argu. Instit. de interdictis. §. commodè. ſ. de proba. ex literis. [De communi assensu.] Ideo non poterant recusari, nisi propter exortam postea nouam causam, vt legitur & no. ſ. de offi. delega. cum olim. ij. §. præterea. & c. insinuante. §. i. [Collegas.] vt cognoscerent tam de electionis meritis, quam de iure, quod episcopus se asserebat habere. [Duo eorum.] scilicet episcopus cum collega. & tertio excusato. erat enim ibi illa clausula. ꝙ si non omnes tu frater episcope & c. quod dic, vt no. ſ. de offi. delega. prudentiam. respon. j. & c. coram. §. j. & c. fi. §. j. [Quorum.] scilicet duorum. [Intrusus.] sicut allegatur ex parte episcopi. si ſ. de præben. cum iam dudum respon. j. [Renunciauit.] de consensu monachorum ibi presentium, cum nondum esset confirmatus. si. ſ. de re iudi. cum olim. §. fi. versi. fi. & no. ſ. de transla. episc. c. ij. §. j. Alioquin non tenuisset
a renunciatio. [a] ſ. de renunc. admonet. & c. fi. & in hoc concordat. d. n. arg. ſ. de regu. omnis res. Vel ideſt repudiauit: quia adhuc non consenserat, sed prima magis placet. [Absentauit.] tanquã male conscius, arg. ſ. de simo. per tuas. in fi. Veniebant enim, vt
8 iudices † quos innocentem timere non oportet, arg. ff. de pœnis. absentem. xj. q. iij. senti. Secus si venirent armati, tanquam hostes, tunc enim quo ad excusationem sufficeret terror armorum. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. qui armati. [Sed iudices.] versi. [Syndicum, vel procuratorem.] hoc ideo dicit: quia non est vis in nomine. ex quo constat de mente. quod dic, vt legitur & no. ſ. de procura. petitio. [Qui.] scilicet syndicus, vel procurator. [In causa monasterij.] duobus. s. iudicibus commissa, vt no. ſ. super verbo, collegas. & facit hoc necessitas, cum aliter nequeat de prælato monasterio prouideri. In alijs autem causis vacante sede syndicus non procedet. & sic non obstat. ſ. de iudi. causam quæ. & ne sede vac. c. j. & c. fi. videretur tamen, ꝙ in hoc casu esset actor instituendus de consensu archiepiscopi, arg. Insti. de aur. tu. §. fi. sed his subtilitatibus secundum canones non est locus, ar. ſ. de iudi. dilecti. [Districtius.] ver. [Inhibentes.] scilicet iudices. [Eisdem.] scilicet monachis. [Ne aliquem eligerent &c.] Non videtur, ꝙ hoc potuerint inhibere, cum monachi essent in quasi possessione eligendi. quod patet per illum quem elegerant, vt ſ. ver. præceden. vnde vsque ad finem litis erant tuẽdi in sua quasi possessione. xvj. q. iiij. volumus. xij. q. v. c. i. j. vt lite pen. c. j. ſ. de despon. impu. attestationes. & patet in eo, quod no. ſ. c. super verbo, ibidem. Sed contra. ff. de peti. hære. l. diuus. Sol. in eo, quod no. ſ. §. fi. ver. fi. in prin. Nec obstat. C. de litig. l. ij. & fi. quia hic nec rem litigiosam, nec ius dubitatum in alium transtulerunt. Nam episcopus non contendebat se esse abbatem, & ideo transferendo abbatiam non transferebatur res litigiosa. sed nec per hoc ius eligendi, de quo agebatur, in aliquem translatum fuit. Si autem de abbatia ageretur, non liceret postea alium eligere. ſ. de arbi. ex parte. secundum. d. n. vel dic, vt ibi no. Sed nec obstat, ꝙ talis inhibitio videatur transisse in rem iudicatam, cum non fuerit appellatum. ſ. de re iudi. cum inter vos. §. fi. vnde & videtur iurisdictio tacite prorogata,
9 arg. ſ. de offi. deleg. cum olim abbas: quia forsan † in prorogatione expressus consensus requiritur, arg. ff. de iudi. l. j. & ij. Vel melius talia mãdata quæ sine causæ cognitione & ex abrupto fiũt, non habent vim interlocutoriæ, arg. C. commina. epistolas. l. iij. & fi. maxime cum ad hoc non agitur. iij. q. vj. hæc quippe. quamuis ex tali præcepto solutum non repetatur. ff. quod metus causa. l. fi. in fi. Si autem cum causæ cognitione fieret, secus esset. ff. de offi. præfec. vrb. l. j. §. fi. secundum quosdam. quod non placet. d. n. quia præceptum de his, quæ obtinent ad officium, valet sine causæ cognitione. vij. q. j. quia. & no. ſ. de tempo. ordi. ad aures. & pœna imposita sine ordine iudiciario ligat. ff. de pœnis. moris. & l. fi. ij. q. vij. si quis ab episcopo. Die ergo, ꝙ ideo non astrinxit hoc mandatum, quia non pertinebat ad officium, cum non esset cõmissum. ff. de regu. iu. factum a iudice. & quia notorium apparet iniustum, vt patet in eo, quod no. ſ. c. glo. in princ. Quare nec per superiorem debet haberi ratum, vt ſ. de appe. solicitudinem. §. fi ve ro notorium. secundum. d. n. [Episcopus.] qui petierat supradictũ electum remoueri. & dictis monachis præcipi, ne de cetero eligerent sine ipso. [Monachi vero.] ver. [Et si.] i. quamuis. [Procuratorem.] ergo collegium procuratorem constituit. quod dic, vt no. ſ. de procur. quia in causis. [Ad mandatum.] de quo certum est, ꝙ iustum fuerit, non obedierunt. [Contra prohibitionem.] alias inhibitionem tanquam iniustam, vt colligitur in eo, quod no. ſ. ver. proxi. super verbo, ne aliquem eligerent. Ex his ergo col
10 lige † ꝙ subditus iusto præcepto tenetur obedire, non tamen iniusto. quod dic, vt plene no. ſ. de remp. ordi. ad aures. §. i. [Præsumpserunt.] sicut ex parte episcopi allegatur. ti. ſ. ver. sed cum occasione. in verbo, intrusus. sed quicquid dicatur, non fuit præsumptio, sed fuit iuris tuitio. vnde nec cassatur pendente quæstione, ex qua pendet, vt ſ. §. fi. in fi. [Petijt.] eadem ratione, qua primam: quia & in loco eius successerat, vnde eadem videbatur. ſ. vt lite pen. ecclesia. l. j. de voto. magnæ. §. cum igitur. & videbatur, ꝙ ex fortiori ratione, vt sequitur. [Infirmari.] quia dicebatur, se esse in possessione eligendi. Vel quia dicebat electionem factam ab excommunicatis, vt no. ſ. ante fi. huius. c. secundum. d. n. [Ad possessionem.] i. quasi, vt ſ. e. super verbo, possessione subiectionis. quã etiam videtur de nouo acquisiuisse. tum quia electus, siue intrusus renunciauit. tum quia hæc secunda electio contra inhibitionem iudicum facta fuit, sicut pro episcopo allegatur, sed ad pri-
11 mum respondeo † ꝙ iniquum esset, monasterium renunciantis odio prægrauari. C. de inoffi. test. si quis suo. ff. de reg. iu. nõ de-
12 bet. ſ. de his quæ fi. a ma. par. c. quæsiuit. Ad secundum dico † ꝙ per iniquum præceptum iudicum non debet monachis præiudicium generari, vt no. ſ. in præceden. gl. [Qua.] scilicet possessione. [Eum.] scilicet episcopum. [Spoliauerant.] Ideo, sicut allegatum erat, restituendus erat ſ. de restitu. spol. in literis & c. sequen. [Deinde iudices.] ver. [Cassantes.] & male: quia adhuc de iure episcopi nihil probatum erat. ex quo ista quæstio dependebat, vt dicit. ſ. in fi. [Dictus magister.] episcopi. s. procurator. cuius sunt omnia verba istius partis primæ, & qui incepit loqui. ſ. c. c. circa prin. & cuius petitio nõ admittitur, vt patet. ſ. §. fi. qđ ergo dixit. s. intrusus, & præsumpserunt. non continet ius commune, vt ibi no. [Petijt.] Sed non obtinuit, vt ſ. §. fi. eo ꝙ iniuste petijt. Cato.

Quod iustum est petito. vel quod videatur honestum.

13 Ex hoc ergo no. ꝙ † nõ est iniusta petitio admittẽda, sed iusta tm̃. & de hoc no. ſ. de simo. ex diligenti. §. j. in princ. ſ. de libel. ob. c. j. [Confirmari.] Sed pars monasterij se opposuit. sic. ſ. de confir. vti. cum dilecta. ſ. de priuil. cum olim j. ¶ Ad hoc fuit. ij. pars. [Rũsum.] ex parte monachorũ. [Nullo medio.] qđ si verũ erat, nullam

ADDITIO.

a ¶Renunciatio. Adde in cuius manibus debeat fieri renunciatio electionis per gl. in c. si electio. de elec. lib. vj.

Iam iurisdictionem ibidem poterat sibi episcopus. ſ. de supp. ne præla. c. ij. §. fi. ſ. de consuetu. cum venerabilis. ſ. de renunc. c. fi. [Ni-
a misanimo e.] quasi partem assumedo, & procuratori suam audientiam denegando. vnde potuissent recusari. ſ. de offi. deleg. iusprionis. vel potuit appellari. ſ. de appel. vt debitus. sed neutrum factũ fuit, vt innuitur. ſ. §. seq. [Et ſ.] hoc est ex parte monasterij supplicatum fuit, ꝙ non confirmaretur sententia, sed concederetur ei restitutio in integrum contra ipsam: quia læsum erat per procuratoris negligentiam, quia omisit tũa priuilegia in iudicio exhibere. & hæc petitio, repulsa petitione aduersæ partis, in sequenti § admittitur. ¶ Nos igitur.]iij. pars. [Inspectis priuilegijs] Hæc in spectio de iure fuit spendit sententiam pro episcopo latam. ar. ſ. de testibus. veniens. ij §. j. ſ. de re iudi. cum super de quibus priuilegijs non nisi per inspectionem poterat iudicari, vt legitur & no. ſ. de vsu pal. c. fi. [Pertinere.] Et sic summarie in itrach perpendimus, ꝙ confirmationi sententiæ se monachi iuste prima facie opponebant: quare ipsos audimus, vt sequitur. [Intelligentes.] ver. [Protestatus.] Et sic † prorettario prodest, vt hic. & ſ. r. j. c. j. ſ. de elec
14 Cumana. quod dic, vt no. ſ. de consti. cum. M. Ferra. §. j. [Ne ipsius negligentia.] ver. [In damnum.] qui in indicio fueramus nominãdi. ſ. vt lite nõ cont. quoniam. §. penul. C. vbi in rem actio l. ij. &
b ad iudicium vocandi[b]. ſ. de confir. vtil. vel inuti. eũ dilecta. §. quia vero. nec nobis factum monasterii potuit præiudicium generare. ſ. de arbi. cum tempore. [Ad audientiam] l. probationis. q. d. quo ad hoc restituimus monachos, vt audiantur in probatione negligenter omissã. quod fieri debet, vt hic, & ſ. c. j. §. fin. li. ſ. e. ex literis. §. fi. & c. coram. & datur hæc restitutio. tum quia per negligẽtiam procuratoris læsum est monasterium. tum quia ius Romanæ ecclesiæ tangebatur. tum quia iudices duo processerant, tertio absente nec se excusante secundum Gof. Hoc tertium nõ placet, quia secundum hoc non esset necessaria restitutio, eũ nullus esset processus. ſ. de of. deleg. causam. ſ. Die ergo. vt no. ſ. c. respon. ſ. ver. j. super verbo. duo eorum. [Restituimus.] Hæc restitutio, vt quidam dicunt, locum habet quando procurator soluendo non est. Alioquin contra procuratorem agendum esset. ff. mandati. si procura-
15 torem. in prin. ff. de dolo eleganter. §. fi dolo. In hac autem causa, de qua agitur, hic semper est nõ soluendo. nam libertas & status monasterij inæstimabilis est. ff. de reg. iu. libertas. ff. de rerum di. sacra. §. fi. & ex hac causa etiam maior restituẽdus esset. ff. ex quibus ca. ma. l. j. alioquin non est restituẽdus dominus propter negligentiam, vel dolum procuratoris. sed agat dominus cõtra ipsum. C. de procura. si procurator. Est autem procurator adminus in culpa, siue desidia omittendo exceptionem sibi competẽtem ex parte rei. ff. man. idemque. §. penulti. & l. li fideiussor. respon. j. & ita videtur hic loqui non tantum de restitutione minoris, sed etiã ma-
16 ioris ex illa generali clausula. si qua mihi iusta causa videbit. † Et est hæc differentia inter istas duas restitutiones: quia prima. s. restitutio minoris fit iure speciali, iudicis officio interueniente. ff. de minor. ꝙ si minor. §. fi. Restitutio vero maioris fit iure communi. C. quod me. causa. si vi vel metu. & l. sequen. C. de resti. mili. quod tẽpore. secũdum. C. de hoc no. ſ. de offi. iudi. c. ij. Tu dicas supradicta iura locum habere in procuratore maioris, & quãdo collusit, vel dolum prmisit, vt dicit illa l. & eleganter. §. penulti. Nam si fuit negligens, imputet sibi qui talem elegit. ff. de mino. cum mandato. in fi. ad hoc. ſ. de offi. deleg. cum olim. j. ff. de tributo. procuratoris. & de hoc no. ſ. vt lite non contest. c. j. in fi. Minor autem restituitur. non solum cum de bonis eius aliquod diminuitur, sed etiam quandocunque eius interest litibus, & sumptibus nõ vexari. ff. de mino. l. minoribus. xxv. annis. faluo eo, quod legitur. C. de iud. properandum. §. fi. cæterum in fauorem minoris, & ecclesiæ hoc videtur, vt possit omissã conuentione procuratoris ad rem restitui, vel ipsum procuratorem si maluerit conuenire, vt. C. si tutor vel cura inter. l. etiã. & de hoc no. ſ. de rebus eccle. non alia. ad audientiam. Vel forte necesse est, quòd semper petant restitutionem, quia quamdiu competit restitutionis, vel alterius beneficij iuris auxilium, actio de dolo nõ vendicat sibi locum. ff. de dolo. l. j. §. fi. alias est. l. ij. & l. si actio alias est. §. & l. seq. vsq; ad l. & eleganter. [Electionẽ aũt] ver. Sed, nõne facta fuit hæc electio post, & ꝑ inhibitionem iudicum? Sic, vt ſ. resp. j. ver. distrectius. & ver. monachi. Ideo signatur contra. ſ. de matri. contracto contra interdic. eccle. c. j. & c. fi. ſ. de despon. impube. ad dissoluendum. ſ. de noui. o. nun. c. ij. ff. ne quid in loco publico. l. fin. Sol. iniustum fuit præceptum iudicum: & ideo monachos non astrinxit, vt no. in dicto. ver. monachi, quia monachi erant in possessione eligendi. vnde lite pen. non debuit suspendi. viij. q. iiij. nonne. & no. ſ resp. j. ver. districtius. super verbo ne aliquem eligerent. Sed contra nam † mota
17 controuersia, patronus præsentare non debet. ſ. de iure patro. ex literis. secundum. B. & c. cum propter. & c. quoniam. & c. eam te. Ergo secundum. B. eodem modo mota controuersia electionis, monachi eligere non debet. Alioquin inconueniẽs sequeretur: quia si postea probaretur monachos non habuisse ius eligendi, electio cassaretur. C. de rei ven. certum. secũdum hoc dicitur hic expresse, vt sequitur. Et sic secundum. B. sequitur hic absurditas: quia cassatur electio facta ab illo, qui credebatur ius habere, quòd absurdum est. ſ. de elec. querelam. §. pen ſ. de iure patro. consultationibus. Sol. qui † quiete possidet, potest eligere. ff. de aqua quoti.
18 l. pe. Et omni iure suo vti, vt viij. q. iiij. nonne. sed si de hoc moueatur quæstio, vtrum possideat tale ius, tunc non debet eligere, ar. ſ. de consti. cum. M. in fi. & ita viderur hic fuisse: quia episcopus petebat sibi restitui possessionem iuris eligendi. & sic dicebat monachos non possidere pacifice. & ideo caute dicit Papa ſ. nec confirmandam &c. [Pendente controuersia.] i. donec ad quos spectat electio, quantum ad possessionem, fuerit diffinitum. & hic agebatur petitorio & possessorio, vt patet. ſ. e. c. post prin. secundũ. B Hæc solutio non placet: quia materiam dat figmentis. nam secundum ipsam quilibet electionem poterit impedire, dicendo collegio. ꝙ pacifice non possidet. vnde potest dici, ꝙ aliud in repræsentatione, vt in contra. aliud in electione, vt hic. Ratio diuersitatis est: quia vbi super repræsentatione mouetur quæstio, si infra sex vel quatuor menses non fuerit terminata, episcopus ecclesiam ordinabit, nisi & ipse mouerat quæstionem, tunc enim non ordinat de rectore, sed de œconomo tãtum, vt legitur & no. ſ. de offi. ordi. cum inter vos. ideo non multum præiudicatur patrono, si interim non præsentat. Quando vero super ius eligendi refertur quæstio, nõ inuenio tempora limitata, infra quæ debeat terminari. imo currit lis marte suo quousque fuerit diffinita, vt hic. & ſ. de elec. dudum. j. & c. scriptum. & c. congregato. & ideo in electione si non fieret, maius præiudicium pararetur. Item est
7 clauditur tempore,non ſecunda: quia † merum & purum officium iudicis potest, quandocunque ſibi videtur,non obstante cursu temporis exerceri,argumen.hic.& j.de iureiu.ad nostram. ii.j.de instī.cum venissent.§.fi.j.de rebus eccle.non alie.ad nostrā. & innuitur.j.§.j.ver.fina.vbi an data sit restitutio,an danda,vt ibi no.& ſecundum hoc potest intelligī verum,quod dixerunt.Ala. & Vin.Naſo.ecclesiam ſemper esse restituendam,ſed tamen nō illa ratione,qua hoc ſcripserunt,ſed alia,ſicut & de hoc nota. in ſumma eodem.ti.§.quando.in fi.& per totum.[Verum.]ver.[Legatum.] ſcilicet.G. ſancti Angeli diaconum & cardinalem,de quo.ſ.proxi.fecit mentionem.[Sub eodem tenore.]ſcilicet vt in ſpectis Ilerden.ecclesiæ priuilegiis &c. vt ſ. proxi.[Extitit.] mortuo dicto G.cardinali,vel reuocato.[Producti.] ſuper læsione, & ꝙ per iudices ſteterit,quod determinatum nō erat,vel ſuper aliis, de quibus no.ſ.ſuper verbo,non obstante ſententia.& hoc innuitur,infra,quando dicit,dictā ſententiam &c.& ſecundum hanc interlinearē non est ecclesia restituta, vel fuerūt ꝓducti ſup principali.& ſecundum hoc expone,quod hic ſequitur.[Non extitit adimpletum.]quia non fuerat lata diffinitiua ſententia,ſicut fuerat iniunctum,vt no.ſ.verſi.proxi.[Magiſter A.] canonicus tanquam procurator,vel alias, prout nota. j. de testibus. cum olim. [Per officium nostrum]ſubaudi,purum & merum,vt no. ſ. ver. proxi.ſuper verbo,non obstante.ver.quinto.[Reformari.]i. ſentē tia Eugenij retractata. Aliam cum meliori forma facti & iuris. i.magis iuri conſonam formari,siue proferri ſecundum do.n. & ſecundum hoc expone,quod ſequitur.[Et contra eam.] ſcilicet ſententiam.[Restitui]ſubaudi,ex illa clauſula generali,ſi qua mihi iusta causa videbitur. & ſecundum hanc expoſitionem nullum contra.recipit decr. Alii exponunt restitui iure minoris, ad quod proponitur officium iudicis,& ideo dicit per officium noſtrum,quod ſubaudi,proponitur loco actionis,vt ſ. de offi.iudi. c.ii.ff.de mino.quod ſi minor.§.fi.&ſic in furgunt contraria. Sed adhuc potest reſponderi quatuor modis,vt no.ſ.ſuper verbo, nō obstante ſententia memorata.[Ecclesia Ilerden.] No.libellum iſtum continere duo capita, siue capitula. Primum in quo petitur restitutio,& per quod restituetur ad audientiam, & per quod petitur ſententia emendari.Hęc enim omnia primo ſunt inquirenda,antequam restitutio fiat,vt innuitur. j. eodem.§.j. Secundum capitulum est,quod ecclesiæ ſibi restituerentur. Vel potest dici,ꝙ reſcissa ſententia per restitutionis beneficium,consequenter reuocabuntur hæc omnia occaſione ſententiæ attentata,arg. ſ.de procura.ex inſinuatione.§.i.& ii.& c.in nostra pręſentia.ad fi.ſ.de elec.qualiter.ad finem.Prudens ergo aduocatus attendat, qualiter ſibi ſit formandus libellus:nam ſecundum ipſum sentē tia est formanda,vt patet in eo,quod legitur & no.j. de ordi.cog. cum dilectus.§.fi.Posset etiam ſi vellet petere in libello ecclesias ſibi adiudicari,ſi forte ratione ſententiæ reuocatæ non essent ſibi restituendæ. pura, quia primo non erat in poſſeſſione illarum ecclesiarum, ſed in eis tantum modo ius habebat. & ſi hæc omnia petat, non ſemper est a principio ſuper omnibus litis conteſtatio facienda,niſi ſecundum quod no.j.e §.fi.ſuper verbo,vt in
8 principali.¶ Nos igitur.ii.pars.[Deliberauimus.]† Non enim est ſententia præcipitanda, vt j.ver.prospeximus.& probatur.vj.q.j. quæro.ij. q.j. Deus omnipotens. xj.q.iii.ſummopere. & c.grauc. xxxii.q.ii.quod vero non formatum.ſed deliberatione habita diligenti,& cum peritis est proferenda,vt C.de inge.& manu.l.iii.
9 & etiam,† cum libris deliberandum est.C.de acqui.pot.ex libris quia multa latent.ar.xxiii.dist.præterea.ff.de offi.aſſeſſ.liberti.& hoc contra iudices ſuas capitaneas opiniones ſequentes. quod dic,vt no. ſ.de consti.c.j.& c.ne innitaris.[Nonnullius]i.aliquibus. ſ. de reſcrip.c.fi.[Indulſiſſe.]bene dicebant.dummodo con ſtaret papæ ſic mādaſſe. Vel dic, vt no. ſ. e.c. reſpon.j. ver.idem quoque.ſuper verbo, non obstante.[Cum ea.]prima ratio motiua.[Duxerit.]vt ſ.reſpon.j. ver. vt in inſpectis.[Committendum.]ar.ſ.de offi.del.paſtoralis.§.præterea.vbi dicitur,ꝙ eo ipſo, ꝙ papa appellationem admittit vel committit,videtur & iuriſdictionem priorum iudicium reuocaſſe, siue ſuſpendiſſe.ſic & iudex. ex quo dicit, do tibi agendi licentiam non obstante viacapione vel prescriptione,videtur cum effectu reſciſſoriam admiſiſſe.C.ex quibus ca.ma.l.ſi. Ad idem j. de confir. bonę. ſ. de reſcrip.cęterum.§.j.,ſed hic ignoratur quæ causa commiſſa fuerit.Dicunt enim quidam ꝙ causa restitutionis.pro quibus facit petitio.A.canonici Ilerden.vt ſ.proxim.Alii dicunt, ꝙ principalis causa commiſſa fuit & hoc videtur verius.Nam restitutio contra ſententiam Eugenii danda erat.quo facto erat diffiniēda quęstio principalis.& ſ.dicitur,ꝙ ſuper ipſa causa prin cipali diffinitiue pronuncietur. Eugenii ſententia non obstante, vt ſ. reſpon.j.ver.vt inſpectis.& vt in ver.verum.ſuper verbo,non extitit adimpletum.& sic videt data restitutio,vt hic dicit. [Et nos.] etiam prędeceſſoris nostri veſtigiis inhęrentes.j.de iura.cal.c.j.in prin.[Supplicationem.]Hoc ideo dicit,quia contra ſententiam principis venire non licet, niſi per ſupplicationem. ſecundum d.n.quod dic,vt no.ſ. e.c.proxi.§.i.& ii.[Preſertim.] ver. ſecunda
7 ratio motiua.[Sententia Romanę ſedis.]ponit tenorem capi. xxxv.q.ix.ſententiam.& c.veniam.[Subreptum.]prout hic fuit. ſicut innuitur.j.e.ver.prospeximus.& ſeq.& de hoc no.ſ.de reſcr. cum dilecta.& c.ſuper literis.'[Pro conſideratione &c.] nec nō perſonarum,& locorum.quod dic,vt le.& no.ſ.de transac.c.fi.in fi.[Et ſecundum iura.] ver. in quo ponitur tertia ratio motiua. Examinari.]ſi.j.c.j.[Permiſerunt.]ſed perraro hoc faciunt, vt di cunt iura ciuilia,quę allegar.ff.de mino.minor.magiſtratus.C. ſi ſæpius in integ.resti.postu.l j.& ii.[Prospeximus quoque.]. ver.i.
10 quo ponitur quarta ratio.[Ex data.]No.ꝙ† data in ſententia est ponenda,vt hic ſicut & in reſcripto.ſ.de reſcrip.eam te.& in libello.in Auth.de exhiben.& intro.reis.§.ſancimus igitur.ver.ſu
11 ſcepto vero libello.colī.v.[Inſtructus.]quia† nemo repente fit sūmus.de pęn.di.ij.§.hęc,quæ de charitate,& est ar.ꝙ nemo debet præcipitare ſententiam, vt & no.ſ.eo.ſuper ver. deliberauimus.
12 xlviii.di.c.j.Et est ar.† ꝙ nemo in paruo tempore potest bene ad diſcere.xlviii.dist.§.j.& c.j.quod verum regulariter. quandoque tamen pollens ingenium ſupplet tempus.arg. lxxvii. di. monachus.& C.de his qui ve.ęta.imp.l.ii.etenim multi ſcholares quā to magis imorantur,tanto magis indurantur,qui bene facerent ſi ſe & parentes ſuos manibus ſumptibus non vexarent. ar.ff.de mino.l.minoribus xxv.annis.& ff.de inoffi.testamē.l j.Alii vero ſunt, qui modico tempore proficiunt,ergo non longo tempore in ſtudio fuiſſe,ſed bene profeciſſe laudabile est,argumē. xii. ſſ. gloria

ADDITIO.

a ¶Quadriēnium.Adde,an ecclesia poſſit petere in integrum resti.post quadriennium.do.Henri.hic.& Ioan.Andre.post iſtum & do Abb.in iii. col. ver.& in fi.gl.vbi concludit,ꝙ omnis restitutio clauditur quadriennio, cui addit d.And.Bar.Alex.conſi.122.in 2.lib.& conſilio.168.& 72.j. libro. & Ro.conſi.47.

gloria epiſcopi.in fi,& de hoc no.ſ.de offi.primic.ca.vnico.ad fi. [Illa innitens.]ver.& hæc est quinta etiam ratio.non solum motiua,ſed & diffinitiua.[Ratione.] vtique.Et hæc est præcipua ra-
14 tio,quare ita noſcitur ſententia reprobanda ex quo no.† ꝙ periculoſum est in ſententia cauſam exprimere motus ſui,vt leg.& no.j.de reiud.ſicut.j.de conceſſ.præb.ex parte Aſten.§.j.& c.dilectus.§.vnico.[Ab altera parte.]ſcilicet Ilerden.ecclesiæ per quod ius ſuum euidenter declarabatur.vel non inducit ad hoc, ꝙ pro eo faceret, ſed vt oſtendat,ꝙ minus bene inſtructus erat ſecundum do no.[subiectum &c.].i.ſi falſum fuerat reputatum, siue tanquam falſum reprobatum.[Cuius]ſcilicet priuilegij.[Tenorem.]Per hoc liquet,ꝙ caute facit,qui procurat reſcriptum ſuū, siue priuilegium regiſtrari:quia ſi amittatur tenor ipſius,per regi
15 ſtrum probatur.† vt hic dicit,poteſt & probari per teſtes. ‡j.de pri
a uil.cum olim.i.§.j.ſed illa probatio difficilior est,vt ibi no. [In re gesto.]alias in regiſtro.ſed falſa est litera. & ideo corrigas.Regeſtum enim est liber, in quo res gesta ponitur, et in beati Petri camera cuſtoditur.ſicut & liber cenſualis,de quo legitur.j.de prærcrip. ad audientiam.§.fi.ver.i.& de hoc no.j.de proba.cap.j. [Ipſius.]ſcilicet vrbani.ii.[Incorruptum.] Patet ergo euidenter, ꝙ ſententia Eugenij nulla fuit,vt no.ſ.reſpon.i.ver. inſpectis.ſuper verbo,non obstante ſententia.ver.quinto. [Tandem.] verſi. quem ſic continuabis.[Tandem.]ſubaudi, licet per prædicta apparear. ꝙ ſuper prædictis pronunciare poſſemus: quia de subreptione liquido conſtabit,vt j.de re iud.cum olim.§.fi.ver.& ei licet abſenti.Tum quia æquum est audire partem alteram,& etiā forte in hoc caſu iuſtum.[In hoc deliberatio &c.Vt an data ſit] per literas Cęleſtini.ſecundum do.no.i per id, quod habuiſti.ſ.c. j.ver.vt inſpectis.quod videtur,vt no.ſ.eo.§.reſpon.j.ſuper verbo, committendum.]An danda.]ſubaudi, potius (propter læſionē Ilerden.ecclesiæ.ſecundum do. no.) [Sententiam.[per Eugeniū latam.[Præſentibus.]vel per contumaciam abſentibus. ff.de mino.in cauſa.i.§.i.Puta,vocatus non comparet infra tres menſes. ſecundum do.no.in Auth. vt ſpon.largi.§.ad hoc.col.ix. C.ſi vt ab hæredi.ſe abſti.mi.auth.ſi omnes.ſ. de maio.& obe.inter qua tuor.vbi de hoc.& no.ſ.de offi.iudi.c.ij. [Quartum.] ſcilicet par-
16 tium.Et habes hic notabile ſciſſum, quo dicitur.merita † cauſarum partium aſſertione panduntur.& ſumitur hoc ex.l.C. ſi per vim,vel alio modo.l.fi.¶ Quo circa.]iij.pars. [Beatæ Lucæ.] ſic videtur,ꝙ in feſto ſolenni poſſit dies partibus aſſignari.ſed exponi potest vſque.i.citra.vt sic ponatur excluſiue. ſicut & ſ. de æta. & qual.eam te.§.verum.ver.& iterum.& ſ.de ordi.ab ep.c.vnico. §.in ſecundo j.de dila.c.fi.quod dic,vt no.j.de feriis.c.fi.[Vel per idoneum.] De hoc dic,vt no. ſ.de procura. querelam. & c.accedens. [Præſentetis.] ſi potueritis &c. vt ſequitur. [Non debeat.]
17 Contra,† quia is, qui petit restitutionem, tenetur probare læſionem.ff.de iureiur.nam postea.§.ſi minor.Item contra. vj. q. fin. actor.ff.de proba.ei qui dicit.Sol.Dicunt aliqui, ꝙ hoc probatur eoipſo,ꝙ non probatur contrarium.Tu dicas, ꝙ hoc est contra textum.nec obstant contraria,quæ locum habent.quando nulla euidens est præſumptio pro actore. Alioquin contra, vt leg.& no.j.vt beneficia eccl. c. vnico. §. j. Hic vero non ſolum est præſumptio pro actore,quinimmo niſi aliud dicatur, eius intentio est fundata,vt patet in eo,quod no.ſ.§.proxi.verſic.penult.& fin. Hæc autem negatiua non ſolum per teſtes, vel inſtrumenta probabitur,ſed etiam & per iura,cum iuris ſit negatiua.quod dic, vt leg.& no.ſ.de elec.bonæ.i.§.contra.& hic no.quando dixit. non debeat.quod tangit ius potius, quam factum. forſan dicunt aliquod per teſtes,ꝙ canonici Ilerden.renunciauerunt ſuo priuilegio tacite,vel expreſſe,vt le.& no.ſ.de consti.cum acceſſiſſent.§.fi.Vel inducetur priuilegium cōtra priuilegium.quod ſi de primo ſufficientem mentionem fecerit,conſtat de iure,ꝙ primum reuocarum est.Alioquin contra. vt le. & no.j.de prærcrip. c.veniens. §.i.ver.non obstante.& sic non obstabit, quod dictum est. ſ. §.i. ver.illa innitens.& ſequ. [Si potueritis.] & volueritis. petentibus enim restitutionem incumbit probatio læſionis.ff.de iureiuran.
18 nam postea.§.ſi minor.& † videtur lędi quinque modis.ff. de mino.ꝙ ſi minor.§.non ſemper.& §.ſi quis iuuenili. & l. non oīa.
19 ſecundum d.n.[Vel ſi forte.] ver. Nota † bonum & cautum iudicem.loquitur enim ſub dubio,vt intentionem ſuam non pandat,neque motum.& est ſi.ſ.eo.auditis.reſpon.j.ver. niſi forte. & §.j.ver.niſi forte.& no.ſi.ſ.e.c.ij.ver.fi.ad idem. C.de fallis. vbi.ff. de offi.præſi.obſeruandum. [Compareatis.] alias appareatis. & dic,vt no.ſ.de maio.& obed.c.fin.[In principali negotio.] No. ꝙ prius diffiniendum est negotium restitutionis in integrum,quā in principali negotio procedatur, arg.hic.& no.ff.de procur.qui proprio.§.item quæritur. ff. de iureiur. nam postea.§.ſi minor.
20 † Sed contra,quia circuitus est tollendus.ff.de condi.ind.damus. Vnica autem probatio ad vtrunque ſufficit. ſ. ad restitutionem in integrum obtinendam,& ad rei restitutionem faciendam.ergo,de vtroque ſimul agendum est.ar.ff.de mino.l.fin.ff.de cond. cauſa da.ſi quis accepto tulerit.& l.ſi mulier.ff.de his,quę in frau. cred.ait prætor.§.ſi creditor.vt lites citius decidantur, vt j. de do. & contu.finem.& vt occurratur partium laboribus & expenſis.
21 j.de appel.vt debitus.† Sol.T.dixit,ꝙ ſi is,qui petit restitutionem, probet ſe dominum rei, iudex non ſolum in integrum ipſum restituet,ſed & rem.Si vero non probet ſe dominum, ſed ſolam læſionem. tunc iudex beneficium tantum restitutionis in integrum ei dabit. ſ. vt non obstante venditione, vel alio contractu poſſit rem vendicare. & ſecundum hoc ſoluit prædictam contrarietatem. D. noster dixit,ꝙ in contractibus petens restitutionem, debet agere contra eum, ad quem res peruenit.niſi & ille ſciret rem ita gestam. vel vbi contrahens non eſſet ſoluendo. Quando vero agit contra illum cum quo contraxit,& qui poſſidet rem (etiam ſi petens restitutionem dominus non ſit)tamen probata læſione,non ſolum restituetur in integrum, ſed & restituetur ei res.Sed caueat ſibi in conceptione libelli, vt ſicut dominus dicat.cum ſim læſus in tali venditione, peto in integrum restitui,& rem mihi reddi, cum ſim dominus. Vel ſi non est dominus dicat.peto ex officio vestro me reduci in eo ſtatu, in quo eram ante læſionem.& sic intellexit.ff.de mino.in cauſæ.§.inter dum.& §.fi.& l.ſeq.& quamuis.l.illa.ff.de procur. qui proprio.§. item quæritur.fortiter contradicere videatur.reſpondet, ꝙ lex il la diuersos caſus habet, ſecundum quorum poſitionem non cō tradicit. ſed & caſui ſecundum quem occurrit contrarietas adhuc reſpondit,ꝙ non obstat: quia ibi minor vendidit iura, quæ in aliqua re habebat,ſed rem non tradidit,quia non ipſe. immo venditor poſſidebat eam.& ideo iudex non potuit ex officio ſuo restituere ei rem,cum tempore contractus non poſſideret eam. Vbi vero in iudicio petitur restitutio in integrum contra ſententiam,vel quia omiſſæ ſunt allegationes neceſſariæ vel aliæ probationes.tunc sic est procedendum. actor petet restitutionem, & iudex quæret de cauſa restitutionis.ſ. de læſione & de cauſa læſionis.ſquare non dixit hoc ante a ſuo loco & tempore. & ſi dixerit iuſtam & veram cauſam,quæ mouerat iudicem ſine litis conteſtatione & magnis probationibus. audita tamen aduerſa parte & breui ac ſummaria cognitione præmiſſa dabit restitutionē petitam,ad hoc.ſ.ver.audiantur,vt patet in eo,quod le.& no.ſ.eo.au
22 ditis.§.fi.& c.ii.§.nos igitur.& de offi.iudi.c.j.& ii.& ſic † data restitutione.probationes audiet.ff.de iurciur.nam postea.§.ſi minor. ff.de mino. minor autem magiſtratus. Si vero incolorate petat denegabit ei restitutionem petitam. & ſecundum hoc quando petitur restitutio in iudicijs, non est neceſſaria litis conteſtatio, ſed præſentia partium tantum, per quas falſitas reprimatur. vt innuitur.ſ.§.proxi.in fi.ſed quando petitur in contractibus.tunc neceſſaria est litis conteſtatio.ar.ad vtrunque.ſ.de offic. iudi.c.ij. Sed & hoc notandum,ꝙ vbi maior petit restitui contra prescriptionem, quæ forſan cucurrit ei,dum cauſa rei publicæ erat abſens vel aliis ſimilibus,tunc primo conteſtatur lis, & fertur ſentē tia ſuper restitutione,qua obtenta, & non ante in cauſa procedi tur principali.& sic intellige.C.ex quibus cau.ma.l.ſi. & l. ab hoſtibus.& l.ait prætor.& per totum.& ff.de capt.& poſtli. reuer.ab hoſtibus.& idem est,ſi a maiore petatur restitutio contra ſententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam, vel alias ſuper proceſſu iudiciorum.vt hic.& ſ.eo.auditis.& c.cum veniſſent. In contractibus autem ſecus,vt dictum est.ratio diuerſitatis est,quia quando restitutionem rei non impedit niſi contractus, vel ius traditum ex contractu, reſciſſo ipſo contractu, patet,ꝙ reus nullum ius habet in re.vnde,ex quo actor restituturus est ad contractum, quamuis tutius ſit in libello vtrunque peti,ſi contractus reſciſſus est,per conſequens restituenda est ei res, quæ ex ipſo contractu pendebat.vnde & poſſet dici, ꝙ in hoc caſu non est neceſſe rem petere,cum ſit quaſi acceſſoria ad contractum. quamuis tutius ſit in libello vtrunque peti.ſ. restitutionem in integrum, & restitutionem rei.& ſimul ſuper ambobus litem conteſtari, vt ſ.no. Vbi autem petitur restitutio contra ſententiam ſuper iuribus, vel aliis rebus latam, vel contra prescriptionem, vel ſimilibus. tunc reſcindatur ſententia,vel prescriptio, per quæ impediebatur agere,non ſequitur,ꝙ ipſa iura, vel res ſint restituenda, cum ſententia non dedit ei ius, ſed derexerit tantum eum agere poſſe.ff.ſi ſeruitus vend.ſicuti.§.ſed ſi quæritur.ff. de ędil. edic.bonę. §.penult.ff.de testamentis.hęredes.§.ſi quid post testamentum. Idem est in vſucapione:quia nec ſequitur, ꝙ ipſa reſciſſa res restituenda ſit petenti, niſi & aliter conſtet de iure ſuo. idem & ſi contra contractum petatur restitutio. nec conſtet de iure petentis.nec quid iuris translatum ſit in eum,contra quem restitutio est petita. quamuis hoc, raro contingere poſſit. vel vbi res non fuit petita, quantuncunque conſtet de iure petentis. ideo tutū est,ꝙ vtrunque petatur.eodem etiam modo videtur dicendum, ꝙ in eodem libello poſſit quis petere & reſciſſionem ſententiæ ſiue prescriptionis,& rem ſibi restitui. ſecundum do. no. cuius est quaſi hęc tota glo.[Canonice procedatur.] ſcilicet ſuper ecclesias, ſicut a principio agebatur. retractabitur enim primo ſententia

ADDITIO.

a ¶Priuilegium poteſt probari per teſtes.Adde Fel.in rubr.de cōſt.ſ.

sententia,(si de iure ...) per beneficium restitutionis. sed hanc retractationem præcedet aliqua summaria cognitio .s.vtrū colorate petat,necne.& in super aliquam probationem recipiet, siue probabilem coniecturam.Sufficit enim si videat priuilegiū, vel instrumentum,quod animum suum teneare debeat, etiam non audita disputatione super eo.ff.cod.ca.ij.§.nos igitur. Vel cp iuramentum parti recipiat.ff.c.proxi.nam. & quandoque solus aspectus sufficit. ff. de minor. l. minor xxv. annis. adito præside.

23 †Per restitutionem autem in integrum duo remedia competūt. Vnum est cognitionis prætoris.officium iudicis.Et aliud est rescissorie.ff.de minor.in causa.j.§.interdum. Primo auxilio.officio iudicis prudēter agitur,quādo res,super qua petitur, est apud actorem.puta,sententia contra ipsum lata est,sed non est executioni mandata,vel rem vendidit,sed nō tradidit.Hoc enim sufficit,cp officium iudicis imploretur ad retractandam sententiam, vel ōctum. hoc.n.facto possessor rutus remanet, & idem dicendum est,vbi ab actore in reum translata est possessio ex ōctu, vel sententia.& post translationem impl...rat officium iudicis ō sententiam,vel ōctum.nam si in hoc iudicio restitutionis probat se lesum fuisse in ōctu venditionis.puta,quia res satis plus valebat, quam vendidit. restituetur ei res.nec oportebit ei probare dominium rei:vel si probet se lesum ex sententia.puta, quia cum primo actum esset ō eum rei vendicatione & cōdemnatus fuisset, modo in causa restitutionis probet ex actis primi iudicij sententiam fuisse iniustam.ff.de ordi. cog. cum dilectus. §.nos tamen. vel per nouas probationes.ff.de fi.instr.cum Ioannes eremita. §. fi.ff.c.fi.in fi.vel cum ageretur commodati, & condemnatus est.modo in causa restitutionis probat rem non fuisse sibi commodatam,vel alias se non teneri.In his.n.casibus,& similib.sufficit iudicis officium implorare, per quod non solum ōctus vel sēntia retractabitur,sed ēt res ipsa sibi restituetur.ff.de admi. tut. fine hærede.§.interpolito.ff.de minō.l.fin. Quinimmo ēt in hoc casu ēt ti actor non probet sufficienter læsionem, sed summarie tm̄.tn̄,vt quidam dicunt,dabitur ei restitutio, non ad hoc,vt res sibi statim restituatur,sed vt tollatur ōctus,vel sīa. quo sublato potest a capite agetur causa,ar.ff.de procu.qui proprio.§.itē quæritur.C.si aduersus rem iud.l.j.sufficit.n,cp aliquem colorem, vel verisimilitudinē habeat ad hoc,vt sīa rescindatur,vt s.no. Alij tn̄ aliter sentiunt, qui & plenam probationem exigunt ad hoc, vt restitutio detur,& ōctus vel sīa rescindatur. arg. ff.de iureiur. nam postea.§.si minor.D.noster dixit,cp in prædictis casib. non sufficit semiplena cognitio. nec videbat, cp aliquæ probationes sufficiant ad dandam restitutionem in integrum, quin & eædē sufficere debeant ad condemnationem, & restitutionem rei faciendam.immo quod plus est,ex quo ō sīam vel ōctum data ē restitutio, per ans res, quæ per ōctum vel sīam translata est,dēt restitui,& si de ipsa restituenda nihil dixerit iudex.ff.de min. l. fi. ff.de admi.tu,fine hærede. §. interposito. Sed opponitur qūo iudex restitutionis in integrum adiudicabit alicui rē non petitam. hoc ēt est ō iura,vt patet in eo.quod le.& no.j.de ordi. cog.cum

24 dilectus.§.ii.Respon.iudex nihil adiudicabit: †quia ex edicto de minoribus nulla proditur actio,sed per officium iudicis(quod latepatet)quicquid inde datum est, restituetur. ff. de mino. cp si minor.§.fi.C.de repura.l.vnica.Si aūt ille,qui modo petit restitutionem in integrum,non est in possessione rei,super qua petitur restitutio,nec ēt translata est possessor.ab actore in reū,vt puta,quia ī hoc iudicio actor est, sicut & in primo fuerat in quo & rem petierat,sed reus fuit per sīam absolutus,ō q̄ & nunc petit restitui. in hoc casu prudenter facit,si intentat rescissoriam .i. pristinam actionem ī rem vtilem,& dicat sic. cum talis sit a petitione mea absolutus per sententiam super tali re, quæ pertinet ad me iure dominij vel quasi, peto quarenus rescissa ipsa sententia per officium vestrum o domine iudex,a quo peto restitui in integrum ō dictam sententiam.per q̄ læsus sum,eandem rem mihi adiudiceris,& restitui faciatis.& comprobatur hoc.ff. de mino.in causæ.j.§.interdum. Et idem dicendum est in ōctib. vbi ego petebā a te rem,quam possidebas.transegisti mecū,ita qres petita penes te remaneret.Hic.n.prudenter ago, si peto,cp rescissa tranactione res petita mihi adiudicetur, Et idem in præscriptione, vt si præscripsisti rem meam,quam alius vendidit, & non ego.hic n. debeo petere,vt rescissa præscriptione res mihi adiudicetur. hoc tn̄ praro locum habet in minore, ō quē non currunt præscriptiones temporales.C.in quib,ca.restit,in integ.nō est ne.l. fi.fm d.n.& idem dicendum est de ecclesia,vt patet in eo, quod leg.& no.s.e.c.j.Habet tn̄ locum in maiorib cautis.dum cā rei publicæ sunt absentes.ff.quib.ex cau.ma l. j. & per totum. Caueat igitur sibi prudens & diligens aduocatus,vt in prædictis casib.& similibus rescissoriam intentet.nam si tn̄ officium iudicis imploret, licet obtineat per sententiam iudicis, cp sīa vel transactio vel præscriptio rescindatur, non tn̄ obtinebit,cp res, quæ non est ab eo translata in reum,sibi adiudicetur, vel restituatur. imo noua actione agendum est ad eam sibi restituendam. cui tamen non obstabit sententia, quæ iam est per restitutionem in integrum sublata,sed & plures aliæ probationes requiruntur in hoc secundo iudicio, q̄ in primo,nam in primo casu sufficit,cp sīa quocūq; modo probetur iniusta.quo facto dabitur ei restitutio ō sīam. In secūdo vero ad hoc,vt res sibi adiudicetur & restituatur,oportet,cp dominium rei probet. D.tn̄ nostro visum est, cp ō sīam nunquam rescissoria intentetur, sed tm̄ per officium iudicis est petenda restitutio ō ipsam.nam per illud obtinebit non solum, sententiam rescindi,sed & rem sibi adiudicari.dum tamen de iure suo liqueat ex probationib.preteritis,siue nouis,cp si nondum de iure suo probauerit, sed probare intendit, reponetur in statū in quo erat ante sententiam,quæ rescindi debet qualitercunque constet ipsam esse iniustam. & postea receptis probationib. sup principali, feretur super eo sententia sine noua libelli oblatione & litis contestatione.nam & litis contestatio, & alia acta prioris iudicij, ō quæ non est data restitutio in integrum, debent in suo robore perdurare.secundum d.cuius est quasi hæc tota gl.arg.C. de testa.sancimus.C. de appel.præcipimus.& illa litis ōtestatio debet sufficere,vt patet in eo,quod le.& no.j.de proba.c.fi.[Pro certo,]ver.[Locorum distantiam.]Propter hanc rōnem, vt & pcat partiū laboribus.& expensis pōt in prima vice peremptorium assignare,vt hic.& xxiiij q.iij.de illicita.ff.de iud.nonnunquam.quā instructionem quidam iudices specialiter vigiuri milienses ō pronunciales iudices imperrati nimis auide amplectuntur.hoc.n.faciendum non est indistincte,vt patet in ōrio hic signato.ff.de iudi.ad peremptorium.& in Auth.de litig.§.omnem vero.ver.& si hoc minime fecerit.coll.viij. Solu.Non debet hoc fieri sine iusta causa expressa,puta,quia non est facilis citatio. tunc.n.pōt mitti vnum pro tribus continens tria,vt.s.tali die veniat, & si non illa tali &c.vt le.& no.j.de testi. co. c. ij. Alioquin si sine cā hoc fiat, poterit appellari,vt le.& no.j.de dila.c.i.& hoc est ēt, quod hic sequitur.[Non possit ad vos sine magnis &c.]No.ergo hic, cp distantia locorum multum operatur.vnde versus.

25 *Non facit ergo parum distantia longa viarum.*

Prorogat inducias,vt patet.s.de procurato.dilectus.& no.j.de appel.cum sit Romana. Aufert onus.electo & electorib. lxiii.di.cū longe.s.de elec.cum inter vniuersas.Impedimentum. repetendi feruū ordinatum,vel monachatum.xvij.q.ij.si quis incognitus. & vt filius in iudicio esse possit sine authoritate patris. ff. de iudi. si longius.Cogit adire forum,vt hic.Conseruat ius dominorum, vt in d.c.si quis incognitus.& C.de præscrip.lon.temp.l. fin.& in possessione turbata dño absenti.in quo casu talis admittitur,qui alias non admitteretur,vt C.si per vim vel alio modo.l. j. melius exemplum.j.de senten.excom.relatum.[Adimplere.] hoc est si non veneritis p vos,vel p aliū,sicut citati estis. & loquitur episcopo & capitulo Ostensibus,inter quos ex parte vna, & ecclesiam Ilerden.ex altera quæstio vertebatur. [De iure.] qualiter in hoc casu de iure procedi debeat.no.s.de offi.iud.c ii.& de offi.del.cō-

26 sultationibus.§.fi.& est ar. cp †iudex potest & debet in peremptorio rationabiliter comminari.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem petere qui possint pro aliis.*
2 *Mandatum iurisdictionis comparatur mandato procurationis.*
3 *Causæ dominus, non potest alium procuratorem sine causa constituere.*
4 *Sententiam executioni mandare,generale est.*
5 *Executio differtur,si aliquod iustum probetur.*
6 *Executio in quibus casibus differtur.*
7 *Equitas iuri scripto præfertur.*
8 *Qui admittitur ad agendum,semper cautionem præstat.*
9 *Suspectus de restituendo si admittitur in possessione,cauere debet de fructib.*

CAP. VI.

SVscitata.[Articulis.]qui fuerūt hi, nescim⁹. exemplifica sicut placet.[Nos intellectis.]ver.si.s.de procu.auditis.j.de arbi.ex parte. rñ. j.s.de maio.& obe. his quæ. [Prænotatis.] in decisione.[Monasterium.]sic fertur sīa in personā dñi,& nō procuratoris.quod dic,vt plene no.s.de elec.querelam.§.pe. [Sententia] ver.lata a nobis,vt s.proxime. [Per transactionem].i. amicabilē oppositionem.si.s.de transac.ex literis.[Restitutionem] ver.vt.si restitueretur ad audientiā,sīa non obstante,vt s.e. ex literis.§.fin. ver.& ad audientiam.[Nomine monasterij.]habens spāle mandatum,aliter non audiretur.[a]ff.de mino.illud.§.si talis.Quid ergo erit,si non hēt speciale mandatū,& per factum ipsius procuratoris contingat lædi ecclesiam,vel minorem cuius est procurator? Respon.si fuit in culpa,renetur domino actione mandati. sed & si non fuit in culpa. non ipse, sed dominus restitutionem in integrum postulabit fm d.n.& ēt si in culpa fuit,nec soluendo est. ff.de eo per quem fac.est.l.fi.fm d.n.Quinimmo si soluendo sit, vtilius

ADDITIO.

a ¶Non audiretur.Adde,vtrum procurator generaliter constitutus,vel ad causam specialiter datus possit sine speciali mandato in integrum restitutionem petere. Do.Henric.hic in prima dist.gl.ij.& ibi Zenze. & Card. in clem.vnica.eod. tit.

vtilius potest esse ecclesiæ vel minori ipsos restitui,q̄ vexari labo-
ribus & expensis.ff.de mino.l. minoribus xxv.annis Quid de sin-
1 dico & actore? Respon.hi & omnes alij, qui legitimam habent administrationem(& si speciale mandatum non habeant) restitutionem tamen in integrum petere possunt. Secus in generali procuratore,in quo requiritur speciale mandatum, de quo & si dubitatur,per cautionem de rato mederi potest.sed & procurator rei satisdat iudicatum solui.pater ēt pro filio, quamuis inuito restituitur. Alij autem cognati,vel affines non audiuntur,nisi de speciali mandato,vel nisi eius vitæ sit adolescens, vt merito ēt bonis ei debeat interdici.Probantur hæc omnia. ff. de minorib.illud ij .ll.sequentibus.secundum d.n.Sunt & alij casus, de quib.mandatum exigitur speciale.quod dic, vt no.s.de rescript. nonnulli.ad fi.& j.c.j.§.j.super ver.speciale mandatum. & adde, quod no.in seq. gl.[Postulauit.] Iste fuit procurator constituus ad causam. Quomodo ergo auditur petens restitutionem sine
2 speciali mandato,[a]contra.ff.de minori.illud.§.si talis. & j.c.proxi.§.penul.in fi.Sol.Illud locum habet,qñ alius procurator, q̄ is ō quem lata est sententia, restitutionē hanc petit. porro vbi ille idem,ō quem lata est sīa.hanc postulat,auditur, vt hic. fm B. Hæc soło euidenter reprobatur.j.c.c. proxi.quia ibi postulabant restitutionem illi ijdē,ō quos sīa lata erat, & tn̄ ostenderūt speciale mandatū.Pōt aūt dici,cp hoc, quod hic dicitur,locum hēt, qñ idē procurator, ō quē lata est sīa, statim apud acta, vel saltē infra decem dies petit hanc restitutionem, ar.ff.de'appel l.j.in fi. & l.ij.s.de procu.non iniuste.§.potuit.quasi nedum causa, sed ēt ex ea dependentia sibi videantur concessa,ar.ff.de procu.l.ad rē. & l.ad legatum.& l.qui proprio. §. item quæritur. C. de procur. ita demum.ff.an causæ app.per alium exerceri pos. l.ii. ad quod d.n.induxit.ar.ex eo,quod le.j.eo.c.fi.respon.j.ver. siue hoc ipsū. vbi dr̄,cp delegatus pōt cognoscere de cā restitutionis in integrū, non solum rōne specialis commissionis, sed ēt rōne incidentis
2 qōnis. & hoc est congruū,ar.nam & † mandatū iurisdictionis comparatur mandato procurationis.ff.de iur.om.iu.& quia.sed & dixit, cp ex quo procurator contestatus est litem, tunc demū sine speciali mandato pōt petere restitutionem in integrum:qa
3 factus est dñs litis.C.de procu.neque tutores,† nec dās causæ potest amplius alium procuratorem constituere sine cā.ff. de procur.quæ oīa.fm d.n.Nec obstat.j.c.prox.Intelligas.n.cp lapsi erāt decem dies,& iō ibi requiritur speciale mandatū.vel illud exhibuit procurator spōtane⁹,& nō necessarius.sed signo fortius ō.s.de elec.innotuit.§.fi. Sol. Dicas,cp iste procurator habebat speciale mandatū,quod exhibuit.licet hoc in litera non dicatur, sed sup plendum est hoc per alia iura.Forsan.n.continebatur in procuratorio suo,cp posset appellare, & restitutionem in integrum petere, tam ante sententiam diffinitiuam, q̄ post.nam & hæc cla in procuratorijs frequenter consueuit apponi. & hic vī verior intellectus,quicquid.j.vel s.no.vt patet in eo,quod no.j. c. proxi. Vel non fuit de hoc obiectum.Vel dic,cp dispensatio illa,quę in ōrio implorabatur, non erat ita annexa petitioni confirmationis,quæ ibi petebatur,sicut hæc petitio est annexa principali. immo quasi ōria est:quia confirmatio petitur de iustitia. dispensatio vero de gratia.nec fit ibi tm̄ præiudicium,si dispensatio differatur, quæ tota pendet ex gratia. sicut fieret in restitutione, quæ fieri debet de iustitia,ar.j.c.§.fi. [Quam.] scilicet restitutionem. [indulgendam.] Sic ergo sententia Romanæ sedis iterum examinabitur.quod dic,vt le.& no. s. c. proxi.§.j.ver. præsertim. &
4 ver.fm iura. ¶Ne vero.]ii.pars[Effectum sententiæ.]Hoc †regulare est,cp sententia mandetur executioni nō obstante exceptio
b ne aliqua.ij.q.j.sicut.nisi incontinenti probetur exceptio. j.de testi.veniēs.ij.§.j.j.de testi.spo.literas.§.propterea.& in fi.fm B. Sed ō.quia lata sententia,iudex est functus officio suo. ergo nihil vltra audire dēt.s.de offi.dele.in literis.ff.de re iudi.iudex. Sol.Illud, quod dicitur in dicto ōrio, verum est.nisi restitutio impetretur, vt hic.vel nisi appellatum sit.j.de senten.& re iud.cum inter vos. & c.cp ad consultationem.veruntamen, si aliquid iustū probet,
5 differtur†executio.j.de re iudi.de cætero.vel dif.inter iudicem de legatum,qui hoc non pōt expedire, vt in ōriis.& ordinarium q̄ hoc pōt.C.qūo & qñ iudex.si præses.C.de accusa. si accusationibus.vel eius superior,vt in eo.ti.absentem. & sic loquūtur primæ
6 concordan.quod dic,vt no.j.de accu.qualiter.j.† Sunt & alij casus,in quibus differtur executio.xj.q.iij.cum apud. Sed & quāuis quis in continenti paratus sit probare exceptionem suam, non tn̄ indif.recipietur,si præsumptio sit ō ipsum.immo primo mā dabitur sententia executioni,vt hic sequitur. Demum si quid velit proponere non in modum exceptionis,sed actionis seu petitionis,audietur j.de appel.constitutis.ij. §.fi.j,de accu. accedens. sed nec hoc ibi dicitur. immo defecerant in probatione quarundam exceptionum propositarum.nec dicitur ibi,cp alias proponere vellent,ad hoc.C.de fal.satis aperte.C.de edic.diui Adr. toll. l.ij. fm B. de hoc.j.de concess. præb.post electionem.§.fi.De hac tn̄ materia dic,vt plene no.j.de re iudi. cp ad consultationē. in fi. [Impediri.]No.valde vtile ius.s.cp ex quo est præsumptio ō petē-
tem restitutionem in integrum ō sententiam, statim mandanda est executioni.alias contra,vt C.in integ.resti.postu. ne quid fi.l.vnica.in rubro & in nigro.Vel dic,cp hic petebatur restitutio aduersus sententiam principis, quæ non datur,nisi per supplicationem petatur.& supplicatio non impedit executionem,si post decem dies petatur,vt no.s.eo.ex literis.& sic intelligitur.ff.de mino.maior autem magistratus.& ar.s.c.proxi.Vel die simpl'r, speciale esse in sententiis latis a principe,vt prætextu restitutionis in integrum ipsarum executio non debeat impediri.fm d.n.Quic quid tn̄ scribatur.s.vel j.quod in hoc ca. dicitur prouiso fuit, vt patet.j.ver.nos æquitate pensata. & j. §.j. in prin.vt ibi no. [Neue.]versi [Detrimentum.]quia delictum personæ &c. xvi. q.vj.
7 si episcopum.[Nos æquitate pensata.]ver. Hic præfertur † æquitas iuri scripto.lic.C.de iud.placuit.Contra.s.de transa.c.fi.dic,vt ibi no.[Prouidendum.]quasi mediam viam eligendo.si.s.de of fi.delega.quærenti.Nunquid potest trahi in exemplum?puto, cp sic.quia nō est hæc prouisio simpl'r spālis,sed ptinet ius commune,j.de re iud.in causis.& de hoc no.s.de tempo. ordi.c.j.ij. & iij. [Vt ante omnia.]ver. [Sententia.] & in hoc prouidetur episcopo.¶ Volumus nihilomus.]iij.pars.in qua & monasterio prouidetur,vt sequitur. Et no.cp hæc decre. non per omnia cōtinet ius cōe,immo prouisio fuit,vt patet.s.§.proxi.hoc ēt apparet in eo, qd hic dicit.volumus & mādamus.& non dicit.diffinimus. Si.n. hoc vult & mandat,quis pōt ōdicere eis̄ pōt dicere, cur ita facis? Nemo,vt patet.xix.dist.in memoriā.& c.seq.[Idoneam.] sic vtraque pars in vno grauatur,& in alio releuatur. si.s.de transla. epi.c.ij.§ fi.[Cautionem.]Hoc generale est,vbi inque in dubio
8 †aliquis admittitur, cp semper ille qui admittitur præstat cautionem.C.de lega.si in fraudem.C.de pet.hær.l.fi.rñ.i.ff.de rei vend. is a quo.& l.seq.ff.vt leg.siue fideicom.no.ca.postquam. §.j. ff.de
9 dam.inf.prætor.in prin.ar.j.vt lite pen.ecclesia.j.Item †est hic,ar. cp si is,qui mittitur in pos.cā rei ter.sus̄pectus sit,de fructibus restituendis cauere debet.[Præualuerit].i.si probeuerit, quod intendit,& obtinuerit.

ADDITIONES.

b ¶Mandato.Adde gl.& do. Abb. in ver.postulauit . quam multum extollit ipse Ab.

b ¶Incontinenti.Adde,cp istud fuit no.dictum gl.in ver.sententię.cui . Add de do.Ab.hic.& in concil.lxii.& Old.consi.cvi. Et an restitutio possit peti per modum exceptionis.vide per do.Henri.hic in ij. dist.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur contra læsionem.*
2 *Procuratores plures ad vnam causam dari possunt.*
3 *Litis dominus potest procuratorem constituere.*
4 *Scripturæ simplici,fides non est adhibenda.*
5 *Munimenta causæ,quæ dicantur.*
6 *Mandatum speciale in quibus casibus requiratur.*
7 *Interlocutoria transit in rem iudicatam.*
8 *Procurator sine speciali mandato appellare potest,& debet.*
9 *Dilationis quantitas est in arbitrio iudicis.*
10 *Restitutio pro modico non datur.*
11 *Restitutio danda non est propter sequentem euentum.*
12 *Ecclesia an restituatur aduersus peremptorium datum.*
13 *Ecclesiæ an restituatur aduersus lapsum termini ad proponendam dilatorias.*

CAP. VII.

COram felicis.[Et te frater archiepiscope.] Loquitur archiepiscopo, & capitulo Bracharensi. hic aūt ad archiepiscopū tm̄ dirigit verba sua.vnde dicit re. in fine vero ad archiepiscopum & capitulum.vnde dicit vobis.si.no.s.de sacra vnc.c. vnico.in prin.& ii.j.de arbi.cum tempore.& j. de instit.c.iij.[Primatia]nomen est dignitatis.sicut est parriarchatus. nec est magna differentia inter istos.quod dic, vt no.s.de offic. ordi.duo simul.& legitur.xcix.di.c.j.& ii.De simili quæstione habuisti. s.de maio.& obe.c.fi. [Contestata.] s.in iudicio multis astantibus & audientibus,prout le.& no.s.de clec,dudum.ii. §.tandem.j de li. contest. c. vnico. [Fuit terminus peremptorius.] a fine termini peremptorij,de quo hic loquitur, computandum est quadriennium, quod datur ad in integrum restitutionem petendam . de quo no.s.e. c. j. & non a die interlocutoriæ sententiæ latæ. Et est ratio,quia finito termino,completa est læsio eius.quod ex eo ap-
1 paret,quia etiam si nulla sequeretur sententia tamen contra †talem lesionem daretur restitutio. s.e. auditis.& c. cum venissent. §.nos igitur.& ideo caute facit lesius, si in sententia & in omissio ne probationum petat restitui contra sententiam ad recipiendas probationes omissas . Alii dicunt, cp quadriennium tantum a die sententiæ computatur.& cp sufficit contra solam sententiam petere restitutionem.ar.ff.de mino.l.iij.§.j. sed prius dictum magis placet.d.n. Assignatus.] scilicet vtrique ad sententiam audiēdam,vel ad alium certum articulum expediendum,s. de offi.de le.consuluit.immo ad comparendum cum omnibus actis suis. secundum d.n. ¶Verum.]ij.pars.[Termino.]scilicet peremptorio supradicto. [Non modicam.] hoc dicit propter legem . ff. si

quis

quis caut.& si post tres.& est.ff.arg.ff.de renun.veniens.§.fi. [Procuratores vestri,& ita ad vnam causam plures procuratores dari possunt.de hoc dic,vt no.ff.de procu.non iniuste.Sed quare dicit procuratores vestri,nec enim capitulum, sed archiepiscopus tantum litem fuerat contestatus,vt ff.præmisit. & sic fuerat fact?
3 †lius dominus.vnde & ipse solus potuit procuratorem cōstituere.C.de procu.neque.& l.nulla dubitatio? Respō.archiepiscopus, tanquam caput ecclesiæ litem est contestatus. De consensu tū capituli,cum hæc causa inter ipsum & capitulum sit communis,nunc vero prosequuntur causam per procuratores.archiepiscopus per procuratorem suum), qui in causa locū obtinet principalis.& capitulum per suum, quæ locum membrorum tenet, arg.ff.de præscrip.cum non liceat. & ff.de his quę fi. a præla. nouit.& e.quanto. Vel illi procuratores constituti fuerunt ab archiepiscopo de consensu capituli,quo.i melius & expeditius est. In hoc enim casu fateor, q̄ prælatus non potest esse in iudicio sine capitulo.adeo est communis,secus in his,quæ ad archiepiscopalem mensam spectant a capitulo separatam.quod dic, vt leg. & no.ff.de rescrip. edoceri. [Non attulerant.]ff.procuratores. & sic minus instructi venerant.quare eis est impurandum.[Depositiones.]in publicam formam redactas,vel sigillo autentico robora
4 tas.alias enim non est fides scripturæ simplici adhibenda. ff. de proba.quoniam contra falsam ff.de fi.instru.c.ii. [Munimenta]
5 Munimenta† dicuntur illa, quibus causa munitur & instruitur. sicut sunt cōfessiones.instrumenta, priuilegia & alia quæcunque ad causam facientia.de hisle.& no.ff.de his, quæ fi. a prælatis.quanto.§.absentium.[Postularunt.] Sed contrariam sententiam reportarunt. vt in seq. §. ¶ Postquam vero.]iij. pars.[Inter eos.]licitet procuratores vestros ex parte vna, & partem aduersam ex parte altera.alias contra eos.ff.procuratores vestros.[Inter locuti.]dilationem denegādam.nam ex quo ad causam instruēdam est partibus terminus peremptorius assignatus,venire & cōparere debent cum omnibus actis,quæ portari possunt,secundū d.n.arg.ff.de dolo & contu.c.fi.& extra.d.n.de appel. cordi. lib.vj. [Pena,]subaudi,non danda.& sic contrariam sentētiam reportarunt,vt no.§.ff.super ver.reportarunt. [Postularunt.] licet q̄ procuratores vestri nomine ecclesię vestræ & iure minoris,eo q̄ hoc vrgentissima ratio flagitabat, & desideratæ instructionis necessitas exigebat.C.de dila.l.j.& iij.q̄ iij §.spatium,& ideo hic obtinuerunt,vt ff. ver. nos autem.& sic q̄ [per interlocutoriam (quia ad peremptorium assignatum minus instructi venerant) de iure fuerat denegatum,fuit eis postea per beneficium restitutionis concessum.& hic habes,quod vna via conceditur,q̄ illud alia de negatur.contra.ff.de procura.tuæ.sed illud fauore accidit speciali,illud autem regulare est. [Speciale mandatum.] In hoc.n.ca-
a su non sufficit generale,nec in aliis quibusdam casibus,in quibus
6 mandatum exigitur speciale,† Primus casus.in quo mandatum speciale requiritur,est quando restitutio in integrum nomine alterius postulatur,vt hic patet.& ff.de mino.illud.§.fi talis.Secundus est,quando agitur de iuspecto tutore.ff.de procura. non solū. §.fi.Tertius quando aliquis reliquit duos procuratores omnium rerum. tunc enim alter ab altero nihil potest exigere, nisi super hoc mandatum habeat speciale.ff.de procur.qui duos. Quartus in interdicto de liberis exhibendis.ff.de procu. Pōponius.in prin. Quintus in tranſactione.ff.de procura. mandato generali. ff. de transac.contingit. §.i.Sextus in delatione iuramēti.ff.de iureiur. iusiurandum.i.§.fi.Septimus in impetratione rescripti.ff.de rescr, nonnulli.§.fi.vbi de hoc Octauus in voto transmarino, vt legit & no.ff.de voto.ex multa.respon.i.ver.illis autem. Et in aliis omnibus,quæ sibi sedes apostolica specialiter reseruauit,vt le.& no, ff.de offi.leg.q̄ translationem. Nonus in publicatione.quod dic, vt le.& no.ff.de fi.instr.c.fi.§.fi.respon.i.ad fi. Videtur tamn, q̄ cū hi procuratores hanc restitutionem peterent contra quos sententia lata fuerat,etiam sine speciali mandato fuerant audiendi, arg.ff.de procu.qui proprio.§.item quæritur.& ff c.proxi.contra. Sol.hic non dicitur,q̄ procuratores fuerūt compulsi, sed q̄ hoc mandatum exhibuerunt.quod sponte nec facere potuerunt. vel hic erant decem dies elapsi a tempore interlocutoriæ & sic non
7 poterant restitutionem petere,sicut nec appellare. † nam & interlocutoria transit in rem iudicatam.ff.de elec.cum dilecti.§.fi.ff.de
8 testi,significauerunt, Vel dic(quod verius est) q̄ licet † procurator sine speciali mandato appellare possit & debeat, vt ff. de procur. non iniuste.§.potuit.non tamen restitutionem petere, vt hic dicit. Nec ob.ff.c.prox.respon.i.ad fi. quia quod ibi deest de speciali mandato, supplendum est per hoc, quod hic dicitur & no. Vel est admittendus procurator,& si non ostendat speciale mandatum.dummodo de rato caueat.ff.de min.illud. §.vnico. & l.sequenti.& secundum hoc etiam potest intelligi.ff.ca.prox.vel dic, vt ibi no [Nos autem]ver.[Vsque ad octauas].i.octauam diem, nam pentecostes caret octauis. quod dic,vt leg & no.ff.de feriis. capellanus.in fi. [Per restitutionis beneficium.] præmisi tamē aliqua sum maria cognitione,in qua quæsiuimus an alia in breui-
ex literis,§.nos igitur.& c.ij.§.nos igitur.Sunt & multa alia, quæ occurrunt iudici inquirenda,oportet enim ipsum cuncta rimari.ff.de fi.instr.cum Ioannes.§.pe.ver.fi.Et no.q̄ dilatio simplr petita fuerat.& tamen datur vsque ad octauas pentecostes. & ideo
9 contra.ff.de ord.cog.cum dilectus.§.fi. Sol. Quantiras† dilationis est in arbitrio iudicis. & ideo siue a petente determinetur, siue non, iudex tamen prout sibi videtur potest omnino denegare dilationem,vel arctare,vel etiam prorogare,vt patet hic. & ff.de iudi.nonnunquam.ff.de re iudi.l.ij.& no.ff.de procura. petitio.& ff.de dona.c.j.Quinimmo & natura dilationis habet vsque ad certum terminum ipsam dari.alioquin si simpliciter daretur, nescirent partes quando comparere deberent.Vel nunquam fieret iustitia reo non comparente.[Indulgendum.]quod per interlocutoriam fuerat denegatum, vt ff. le.& no & hoc iusum fuit, alioquin cum peremptorius obstaret, si per beneficium restitutionis non subueniretur ecclesiæ Bracharensi propter defectum probationis,posset contrariam sententiam reportare. & per ꝑs posset contingere ipsam grauiter ladi.vnde debuit subueniri, vt ff.c.c.j.ij.& iij,& hæc locum habēt in omnibus probationis principalis causæ. secus si ecclesiæ fiat iniustitia per aliquam interlocutoriam in declinatoriis pura,quia non admittuntur eius exceptiones de spoliatione, vel falsi suggestione, vel etiam excommunicatione, & aliis similibus, & maxime quæ non in fauorē ecclesiæ restitutionem petentis,sed in odium aduersarii sunt inductæ.In talib.n.imputet sibi ecclesia,si infra decem dies non appellet.nam postea & si petat restitutionem in integrum,non est super hoc audienda.ar.op.ff.de vsur.cum quidam.§.fi pupillo.&
10 hoc ea ratione,quia † pro modico non datur restitutio.ff.eo. tit. scio. Ad hoc enim,vt detur oportet,q̄ petens restitutionem aliquid amittat,vel non acquirat quod acquirere posset. vel oneri, quod non expedit,se subiiciat.ff.de mino.nō omnia,sed hi, quorum exceptiones declinatoriæ expelluntur, ex hoc nihil amittunt.quia sic remanent naturaliter & ciuiliter debitores,& si obtineant in huiusmodi exceptionibus,ficut & si succumbāt.& sic nullo predictorum modorum læsi sunt,quare restitutio non est eis danda.Sed immo lucratur:quia si exceptio admittatur, non cogitur soluere,vel litis discrimen subire. Respon. non est verū, immo nihilominus debet soluere. nec debet occasione istius litis discrimen expectare,cum sciat se obligatum,vnde & si superueniat litem exerceat ipsi est imputandum.ff.de adm.tu.quoties.§.licut autem, sed & si vult se iuuare dictis exceptionib.prudenter prosequatur eas.& si feratur contra eum interlocutoria, appellet.alioquin non audietur per restitutionis beneficium, vt præmisi.sed adhuc opponitur sic.Nonne per reiectionem exceptionis spoliationis incurrit damnum?Ita videtur: quia non recuperat rem.qua spoliatus erat, quæ quandoque per viam exceptionis recuperatur,vt patet.ff.de ordi.cog.cum dilectus.§.pen.& si respondeas.immo iure actionis.dicam.ex hoc apparet, q̄ graui oneri subiicitur, vt patet.ff. de mino.l. minoribus xxv. annis subuenitur. Ad hoc dicas.q̄ non est graue onus, si quis suam iustitiam prosequatur. quis & dici possit, q̄ in hoc casu iudex aliquando,inspectis circunstantiis,possit dare restitutionem.arg.ff. de mino.q̄ si minor.§.i.Sed dices,quid si post tales interlocutorias,siue repulsiones prædictarum exceptionum fiat missio in possessionem,vel feratur diffinitiua sententia contra illum, qui a tali interlocutoria appellauit.& sic contra præceptum iudicis, vel alias contumaciter(consisus tamen de appellatione)recessit, nonne talis erit restituendus? Respon. non.quia non fuit læsus per prædictas interlocutorias,nec grauatur tali grauamine,q̄ potuerit appellare.ideoq; non releuat ipsum appellatio.ff.de appel. vt debitus.& c.seq. Nec occasione huiusmodi sententiæ facta est missio in possessionem,vel data diffinitiua sententia, sed propter ipsius contumaciam.quod ex eo apparet quia tunc,quando interlocutoria lata fuit vel restituto denegata, nullo modo læsus est.sed propter contumaciam subsequentem.tempus etiam late
11 sententiæ,vel restitutionis denegare in spiciendum est, nec ꝑpter euentum sequentem restitutio† erit danda.ff.de mino.verū, & si postea non fuisset contumax,prædicta damna non incurrisset.vnde patet,q̄ non ex interlocutoria,sed & ex sequenti contumacia læsus fuit.ideo is,contra quem facta est missio vel lata diffinitiua sententia,prudenter faciet,si contra interlocutoriam de mittendo in possessionem, vel etiam diffinitiuam sententiam, restitutionem petat,ar.ff.eo,c ij.& c.scisscitara. Vel si per lapsum anni factus aduersarius possessor,petat restitutionem contra tēpotalem præscriptionem.de quo no.ff.c. c.j. Hęc vero,quæ diximus de istis tribus exceptionib.de spoliationis, falsi suggestionis, & excommunicationis, intelligenda sunt quando in modum declina-

ADDITIO.

a ¶Generale.Adde gl.& Ab.hic.cui do. And.Sic.addit.Io.de Ana. consi. 48. & Ro.singu.suis.fol.iij.Nota casus in quibus exigitur speciale mandatū. Adde bo.gl.quę enumerat omnes casus requirentes speciale mandatum in c.qui ad agendum.de procur.lib.vj.

declinatoriarum iudicij proponuntur. quod frequēter accidit in literis ꝑm formā cōem de simplici querelatis imperatis.Quid ergo si in modū peremptoriarum proponuntur. sicut patet exēplum de exceptione spoliationis in eo,qđ le.& no.ff.de ordi.cog.cum dilectus.§.j.ver.vnde verus dūs,& de hoc & aliis literis etiam gratiosis ad obtinenda beneficia imperatis? Rn̄.tunc oīno danda est restitutio,cū appareat,q̄ tali exceptione probata aduersarij perimitur intentio principalis,vt patet in eo,qđ le.& no.ff. de æta.& qua, accepimus.ff.de offi.deleg.prudentiā.§.sexta. ff. de excep.cū ecclesiasticæ.Sed super † declinatoriis fori denegatis non audiretur,vt
12 a dictum est.& idē videtur dicendū in dilatoriis solutionis ar.C.de preci.imper.off.quoties.ꝑm d.n. cuius est quasi hæc tota glo.verū cū in iure non reperiatur expresse cautū, q̄ in prædictis casibus restitutio denegetur,nō audeo asserere hoc oīno esse verum, nec video,q̄ sufficienter responsum sit obiectionibus supradictis, vñ potius dicendū est hoc esse arbitrariū, vt videlicet iudex etiā in ꝑdictis casibus restitutionē concedat, si ex aliqua latenti causa reperiat læsionem. Quid enim si ab ecclesia petatur summa maxima.puta,decē milia marcharū,quæ tūn in capite decennij soluēda erat. Vel ēt si iam venit dies,non habet eam præ manibus, nec habere potest,nisi prædia propria distrahat, vel mutuū cōtrahat sub vsuris grauissimis, & erat spoliata ab agente vno comitatu,q̄ tantūdem valet annuatim, nunquid hic liquet de damno quod
2 Sed in iudicio locus est recõuentioni, vt ſ.de mu.pe. per totũ.Ergo & in arbitrio,ꝓriũ tm̃ rñdetur inſeq.§.Nec ob.quod
3 allegatũ est,ga licet iudicia, † & arbitria in multis ſimilia ſint,in
a multis tm̃ ſunt diſſimilia ª, quorũ vnũ est hic. Itẽ in ſatiſdatione, in Auth.de litig.§.ad excludendas. coll.viii. Itẽ in pena cõtumaciæ.ff.eo.tit.nõ ex omnib. Itẽ in pronunciatione facta aliqua parte abſente.ff.eo.tit.diẽ proferre.§.ſi quis litigatorũ.Itẽ in purgatione morę.ff.eo.tit.Celſus.ff.ſi qs cau.& ſi post tres.ſm d.n. qđ dic,vt plene no.in ſum.eo.ti.§.qualiter ad effectũ.rñ.j.& §.ſunt aũt diſſimilia.¶ Nos igit.] ii.pars.[In iudicio.] ordinario,vel delegato.C. de sentẽ.& interloc.cũ Papinianus.& auth.& ꝓn ibi ſigna.& ſ.de mu.pe.c.j.& ii.[Recõuenire nõ põt.]Hẽs ergo vnũ casũ,in quo ñ elocus recõuẽtioni.Scam qñ aligs pignorat me,vel deꝑdatur eo aĩo,vt iudicẽ ſuũ adire cogat, & corã eodẽ me recõueniat.qui ni miũ frequẽtaꝫ.ſ.de iu pa.relatũ.ff.de iud.l.ii.§.ſed ſi agunt. Tertiũ in ꝑiudicialib.iii.q.vl.§.aliqñ.Quartũ in excõicato,q & ſi poſſit ꝙueniri.ſ.ti.j.intelleximus.nõ tm̃ recõuenire.ſ.de excep.cũ iter prio rẽ.Quintũ in criminalib.qa ñ relatiõe crĩs,ſed purgatione delinit eẽ innocẽs accuſatus.iii.q.xi.c.j.ff.de pub.iud.is q. Sextũ in cã ſpoliatiõis,niſi fiat de alia ſpoliatiõe.ſ.de or.cog.ſup ſpoliatiõe. Septimũ i momẽtanea poſſeſſione,nã ſi pupillus agat de hac ꝺ nie proponẽdo interdictũ vñ vi,vel qđ vi aut clã,vel vti poſſidetis. ipium nõ poſsũ recõuenire.C.q leg.ꝓo.habẽ.ſtãdi in iudi.l.ſi. Octauũ ſi laicus quẽtus a clerico corã iudice ſeculari, velit ipsũ recõuenire ſup ſpũalib.de qb.nõ ꝑt laicus eẽ iudex,vt no.ſ.e.ꝙtingit.Et idẽ est de oĩ cã ad forũ eccleſiaſticũ ſolũ ſpectãte , ẽt ſi inter laicos agaꝫ. ſ.de or.cog.tuã.Nonũ in cã appꝭonis.C.de tẽ.ap.ꝓ hãc,vt patet in eo,qđ not.ſ.de teſti.fraternitatis.Decimũ in hrticis & credẽtib.vt patet ſ.de hęr.excõicamus,i.§.credẽtes.in fi.Sed iſte caſus pt cõpre hẽdi ſub quarto,cũ oẽs hrtici,& credẽtes hodie ſint excõicati,vt ſ. de hær.excõicamus.j.& ii.Vndecimũ in sũmaria cognitiõe, niſi ſup ꝓſiti.qđ dic,vt no ſ.de mut.pe.c.j.rñ.j.in fi.ſup verbo, iuſtitiã. ad fi.gl.ver.illud ãr.& ſe.¶ Cũ arbitri &c.] iii.pars.In qua reddit rõ nẽ diſſimilitudinis,ſiue ſpãlitatis,q ſemp reddẽda est,vt no.ſ.de reſcri.ſi qñ.q.d.Tu facis ar.de iudicio ad arbitriũ,ſed multũ ſunt diſſimilia q̃tũ ad hoc,de quo hic q̃rit.In iudiciis.n.oĩa veniũt,niſi id qđ exceptũ est, vt ſ.de cau.poſſ.& propr.cũ eccleſia.§.fi.ver.cũ iure ciuili.ff.de iud.ſolemus.In arbitrio aũt totũ ꝓriũ est, vt ſeqtur.
b [Niſi de his tm̃.] Vel eis cohærẽtib.ᵇ,ſine qb.nõ põt cã cõmode expediri.Vñ põt ſtatuere diẽ ſolutioni faciẽdæ.ff.eo.ſi cũ dies.§.ſi. & l.qđ tm̃.§.ſolutioni.& l.Celſus.Itẽ põt cognoſcere de cã reſtõnis in integrũ ſi incidat,vt leg.& no.ſ.de reſt.in inte.c.pe. Sed nũquid põt cognoſcere ſup petitione dupli.ff.ad l.Aqui.inde Neratiũs.§. pe. Vr̃,ꝙ ſic,qa ſeqtur ex delicto, ſuper quo est cõpromiſſum, & qa ei connexa est,arg.op.ff.eo.qđ tm̃.rñ.j.Alig tm̃ dñt ꝓrium.quia de pena compromiſſum nõ est,vt ff.eo.l.quid tamen.§.fi.Sed ver te aliud est de pena a partibus adinuicem promiſſa,ſuper qua cõ promiſſum nõ est,vt ibi dr̃.Aliud de pena proueniente iure actionis,de qua cõpromiſſum est,qualis est illa de qua q̃situm est.& ff.
4 quod me.cau.Item ſi cũ exceptione.§.hæc autem actio.† Et nun
c quid potest punire c contumacem in expenſis. Dicunt aliqui,ꝙ non.ff.de iud.l.ii.§.fi,.Tu dicas,ꝙ non potest punire contumaciã mulctando, vt ibi. Sed bene potest punire in expenſis condemnando

ADDITIONES.

a ¶Diſſimilia. Addeglo.hic.& Spec.eod.tit.§.differunt.per totũ.& Bal.in l.j. in fi. C.eo.& iſtum in ſum.eo.tit.§.qualiter ad effectum. verſ.ſunt autem diſſimilia.& Ang.Aret.§.omnium.in ij.col. verſ.differunt autem. Inſtit.de actio.& Bar.in l.inter pares.ff.de re iud.

b ¶Cohærentibus.Adde Alex.conſ.xviij.ij.lib.

c ¶Arbiter vtrum poſſit partem contumacem punire in expenſis. Et adde an poſſit mulctare.Bar.in l.non ex omnibus.ff.eo.tit.

nando,nam & de intereſſe cognoſcit.ff.eod.non diſtinguemus.§. item non est cogendus.in fi.Et hoc est,quod diſtinguitur.ff.eo.ex omnibus.Et in hoc concordat.do.no.vt patet in eo,quod no.ſm ipſum.ſ.eo.ex parte.rñ.j.in fi.Hæc tamen quęstio plenius diſputatur in ſumma,eo.ti.§.qualiter ad effectum.ſub.§.ſunt aũt diſſimilia.ver.ſed nunquid potest punire contumacem, & ſeq. [Cõpromiſſum.]Sic ergo patet,ꝙ arbitria ſtricti iuris ſunt,nec habet poteſtatẽ aliquam arbiter , niſi in quantum ſibi datur a partibus,vt hic probatur,& in legibus vnde hæc ſumitur.ff. eo. ſi cum dies.§. plenum.& l.non diſtinguemus.§.de officio.& §.fi.Vel a iure , & quæ ſint illa quæ a iure habet, & ſi dictum non ſit, vide in ſumma.eo.tit.§.qualiter ad effectum.Et ſi vis ſcire ea,quę non potest, niſi dictum ſit,vide in eo.§.ſub.§.ſunt aũt diſſimilia. ver.item nõ
5 potest pronuntiare,& ſequen. † Et ſi vis facere plenum compromiſſum,ſpecifica in forma omnia illa , quæ facere non potest,vt ibi no.Exceptis his, in quibus nec ſpeciale pactũ valet . Et poſtea ſubiicias clauſulam generalem dicendo, ſuper omnibus ſupradictis & ſingulis,& ad ea vel ex eiſdem quocunq; modo pertinentibus,vel dependentibus dant tales poteſtatem talibus arbitris , & ſuper omnibus aliis, quæ dici vel excogitari poſſunt . Volunt.n. prædictæ partes & intendunt adeo ſuper prædictis planum facere compromiſſum, vt non ſolum ea , quæ dicta ſunt in hoc cõpromiſſo videantur venire,ſed & omnia alia,exceptis his,de quibus, vt ne veniant,est expreſſum.ad hoc.ff.eod.ſi cum dies.§.plenum, & l.de rebus.& l.Pomponius ſi de meis. Vel fiat compromiſſum de alto & de baſſo.de quo no.ſ.de maio.& obe.c.finali.

SVMMARIVM.

1 *Familiæ appellatione quid contineatur.*
2 *Aliud eſt familia,& aliud ſingulares.*
3 *Mitius agitur cum lege quam cum homine .*
4 *Conſilium requirere,& conſenſum habere differunt.*
5 *Conſilium quod dicatur.*
6 *Concilium quid .*
7 *Conſenſus aliquando ponitur pro conſilio & econtra .*
8 *Arbitrium debet ſeruari.*
9 *Qđ agitur nõ valet vbi reqrit cõſiliũ alicuius,niſi prius cõſiliũ vel lĩia petaꝫ.*

CAP. VII.

Vm olim.Inter vos.] Ex parte vna.[Et priorẽ ſancti Bartholomei Lucam.] ſ.veſtrum,ex parte altera.Loquitur enim fratribus hoſpitalis ſancti Bartholomei.[Quæstio verteretur.]Dicebat enim prior,cui ſubeſt hoſpitale,ꝙ ipſe debebat creare rectorẽ & fratres per ſe,fratribus itrequiſitis.Fratres vero dicebant, ꝙ hoc non erat verum,imò ipſi cum eo debebant eligere. [In eos.]ſ.iudices delegatos,tanquam in arbitratores , & non arbitros, quod dic,vt no.ſ.eo.cum tempore.rñ.j.[Super prolato.]ver.[Ab ipſis.] ſ.delegatis & arbitris.[Arbitrio.] In quo continebatur,ꝙ habito tractatu cum familia hoſpitalis,debeat prior eligere rectorem de cõſilio eorundem. Poteſt.n.eſſe,ꝙ facta inquiſitione inuenerũt, ꝙ ita fuerat hactenus obſeruatum.Vel ex bono & æquo etiam de voluntate partium hoc fecerunt. [Dubitatio.]quia dicebat pars fratrũ adhuc,ꝙ debebãt ſimul eligere. Vel ſaltẽ non poterat prior procedere ſine conſenſu ipſorum , alioquin quod dictum erat in arbitrio de tractatu & conſilio,pro nihilo dictum eſſet . Prior vero dicebat,ꝙ ſufficiebat ei,vt de hoc loqueretur,cum ſingulis per ſe,& conſilium eorũ requireret,& ipſe poſtea deꝙuocunq; vellet
a poterat prouidere.[Declarari.] Ad ipſam enim est in talibus re currendum ª,vt hic.& ſ.ca.proxi.rñ.j.ſ.qui ſil.ſint le.per venerabilem.§.rationibus.ver.ſed quia ſicut.¶ Nos igitur.]ii. pars. [Publico inſtrumento.] per quod fuit arbitriũ in publicam formã redactum ad perpetuam fidei firmitatẽ,ad hoc.ſ.de teſtibus. Albericus.ſ.de fide inſtru.c.j.& ij.& c.pen.& fi.ſ.de preſcrip. ad audientiam.ſ.de cenſibus.cum olim.[Formam arbitrij.] prolati ab arbitris & delegatis,vt.ſ.ver.proxi.Ideo aũt hoc dicit, quia ſm formã iuris cõis fratres deberent ſibi rectorem eligere , vt le.& no.ſ. de elec.c.j.& c.cum terra.Sed huic iuri derogari potest per arbitrium contra prælatum,vt hic,& per conſuetudinem contrariam . Vel per priuilegium ſpeciale,vt.ſ.de reſti.in integ.c.ij.& ſ. de conſue. cum dilectus,vbi de hoc.[Conſilium,] quod aliqui dicunt ſic exponendum.i.conſenſum,& male,vt ſ.ſequitur.[Familia.]perpetua & religioſa.puta,conuerſis & ſimilibus,& ſic reſtringenda est
2 ſignificatio huius verbi. Alias † enim nomine familiæ non ſolũ ſerui proprij,ſed etiam alieni , nec non & liberti qui ſin ſeruitio, ſeu miniſterio ſunt,ſicut etiam mercennarij & ſimiles continentur.ff.de publi.& vecti.l.j.§.familiæ.ff.de vi & vi arm.l.j.§.familiæ, ſm do.no.Et etiam familiares & domeſtici.C.de his qui ad eccl. confu.l.fi.§.ſane ſi ſeruus.[Cum ea.]ſ.familia, quod prior intelligit de ſingulis familiæ per ſe & ſeparatim vocatis,vt quęrat a quo libet quid ſibi videtur.Et ideo petitur declarari,quæ ſit virtus iſtorum verborũ,& Papa hoc declarat,& hoc est , quod dicit in ſe.§. ¶ Propter quod.]iij.pars.Subaudi,quia anteq̃ eligat,tenetur habere prior cũ familia conſilium & tractatum,vt ex præmiſſis patet. [Dicimus.] declarando dubium ſupradictum . [Quia niſi prior ſuper inueniendo &c.]q.d.anteq̃ eligat, vt in ipſo tractatu electionis,vt.ſ.de electione,cum in veteri.[Tractauerit cum familia.]vt paret in eo,quod dixit,& tractare cum ea.Intelligas ſimul cõgregata,& ſit hæc interpretatio cõtra priorẽ, & merito,quia per hoc ſcietur,vtrum familia fuerit requiſita . Non ita ſciretur,ſi vocaret
2 ad ſe ſingulares,quia posſet dicere talẽ fuiſſe vocatum qui non eſ ſet,nec de facili de hoc conuinci poſſet . Item aliud. † est familia, aliud ſingulares.xij.q.ij.qui manumittitur . Itẽ melius potuerunt concordare in vno conſilio,& melius trahere ad ſe priorẽ cõgregati,q̃ ſeparati.ar.ff.eod.item ſi vnus.§.fi. Alias est lex,& incipit,ſi in tres,Sed & firmius est conſiliũ, quod plurimorũ pñtia robora tur.arg.ſ.de offi.de le.prudentiam.rñ.j.ver. illa quippe. Et est hęc rõ,quare aliud hic vbi agitur de tractatu & cõſilio familiæ. aliud in ſcrutinio , in quo agitur de requiſitione conſenſus ſingulariũ, quia ſicut ibi quilibet volũtatem ſuã liberius ſeorſum exprimit, q̃ in præſentia aliorũ,vt ibi no.Ita & hic quilibet animoſius conſilium ſuũ exprimit ſuffultus præſentia ſociorũ, q̃ ſi ſeorſum reqreretur,vbi poſſet & per priorẽ terreri.[Et ipſius.]ſ.familiæ,& nõ ſingularium.[Conſilium,]vt probatur.ſ.ibi, tenetur habere conſilium cũ familia hoſpitalis . [Requiſierit.]anteq̃ eligat,vt ſequitur.Subaudi,& congruo tempore expectauerit,quod dic, vt le. & no.ſ.de elec.cum in veteri lege. [Et ſi alio modo.]ver.niſi habito tractatu & conſilio requiſito,vt præmittit prior . [Elegerit eum.] ſ.rectorem.[Eius electio.]ſ.per priorẽ præſumpta. [Debet haberi irrita.]quia non est forma ſeruata.ſm do.noſt.[Et inanis.]Electio contra formã compromiſſi attentata irrita eſt,vt hic. Idẽ eſt ſi contra formã per hominẽ appoſitam in reſcripto , vt.ſ.de elec. cum in veteri lege.& ſ.de reſcrip.cum dilecta,§.pe. in fi. Vbi vero fit contra formã iuris,non eſt irrita,ſed irritãda , niſi & per ipſum
3 ius irrita iudicetur,vt ſ.de elec.cũ in cunctis,& c.quia propter.Ratio omniũ iſtorũ est,quia mitius,† agitur cum lege, q̃ cum hoĩe, ſiue miniſtro legis.ff.eo.Celſus.ff.de cõpenſa. ſi cum militi. Et in his oĩbus fit interpretatio contra priorẽ.[Verum.]ver. [De inueniendo rectore.]Alij nõ nabẽt hæc verba,ſed loco iſtorũ habẽt. [Super hoc.]Et etiam expone.ſ.ſuper inueniendo rectore,vt ſ.e. §.in prin.[Libere poteſt.] q.d.licet teneatur requirere conſilium, non tm̃ tenetur ipſum ſequi.Quilibet.n.poteſt explorare apud ſe, vtrũ ſibi expediat conſiliũ,& ob hoc non eſt obligatoriũ,vt hic,& ff.mandati.l.ij.ff.de admi.tu. quidã decedens. §. Papinianus.ff.vbi puppil.edu.l.j.ff.de his qui no. infa.ob hæc verba. in fi.ſ.de capel. mo.c.j.xiiij.q.j.quod præcipitur.Et facit ad hoc optime, quod legitur in regula beati Benedicti,ij.c.vbi dicitur ſic . Cõuocet abbas conuentũ,& audiens conſiliũ fratrum tractet apud ſe,& quod vtliusiudicauerit faciet.Sic dicitur & hic,& in hoc fit interpretatio pro priore.ſ.nec dicas,ꝙ hæc interpretatio fiat ex vi formæ cõpromiſſi.Ex illa.n.eſt conſiliũ ſolũmodo requirendũ,vt patet.ſ.eod. imò fit ex vi ſignificationis iſtius verbi , ſuper qua dubitatio orta fuit,vt le.& no.ſ.rñ.j.ver.ſuper prolato.& §.j. ſuper verbo, cõſiliũ. Licet.n.aliqui,vt ibi no.accipiant conſiliũ pro conſenſu. Hæc tã Papę declaratio , & vera verborũ ſignificatio eos errare euidenter oſtendit,ſi aliquid debeo facere cũ conſenſu alterius, niſi volũ
4 tatem ſuã habuero,nihil poſſum.Est.n. † conſenſus ᵇ, quaſi ſimul
b ſenſus,vnde patet ex vi ſignificationis,ꝙ ſimul mecũ ſentire dẽt, & ego ſecũ. Alioquin conſenſus nõ eſt,ſed diſſenſus , vt probatur xxix.q.j.§.j.Vbi vero de conſilio alicuius debeo procedere,ſufficit ꝙ hoc requirã & expectẽ congruo tẽpore, ſed ſequi non teneor, vt hic cũ ſuis concor.& ſ.de elec.cũ in veteri lege , & hoc ſignifi
5 catio verbi innuit.Dr̃.n. † conſiliũ , quaſi conſultorũ reſponſionum legiũ,quia is,qui alios conſulit , ex diuerſis rõſionibus quas faciunt legit.i.colligit,quod ſibi vtilius videatur . Et ſi ſibi forſan
6 melius reuelatũ fuerit,hoc tenebit.Inde dictũ eſt & † concilium, in quo conſiliatur,ſiue concionatur quilibet quid ſibi videtur , & Metropolitanus poſtea hoc diffinit.ad hoc.xvij.dist.§.hinc etiam cum authoritas.xviij.dist.ca.j.xcv.dist. eſto ſubiectus,ad fi. Et hoc ſemper tenendũ eſt,niſi de contraria intentione appareat. Vel ex qualitate perſonarũ,ſeu negotij de quo agitur, vel quia conſtat
7 de intentione mandantis,vel aliqua alia ratione. † Nam & aliqñ ponitur conſenſus pro conſilio.ſic.lxiiij.dist.c.j.& ij.Et conſilium pro conſenſu.ſic.ſ.de fo.compe.c.j. & ſ.de offic.deleg,venerabili. rñ.j.ſuper quo vide,quod no.ſ. de tempo. ordi. nec epiſcopi.& ſ. de his quę fi.à præla.quanto.Nec dicas,ꝙ fruſtratorium ſit petere tale conſilium . Poteſt.n.eſſe , ꝙ prior cum ſociis ſuis deliberauerat de rectore,quem omnino poſuiſſet , ſi tractatum non habuiſſet,ſed habito tractatu mutabis ſnĩam , quia forſan audiet magis idoneum nominari,& dicet nominanti , benedicaris tu,quia de hoc

ADDITIONES.

a ¶Recurrendum.Adde do.Ab.hic in 3.no.qui dicit inferiorem iudicem ordinarium poſſe adiri.Et addit An.Sic. Pe.de Ancha.conſil. ccxxij. & Io. de Ana.conſil.l.Fulgo.conſil.cxlv. Familiæ appellatione quid contineatur. Adde Bar.in l.j.§.familiæ ff.de publica.

b ¶Conſilium requirere & conſenſum habere multũ differunt.Adde Doct. in c.cum in veteri.ſ. de elect.

hoc non recordabar ego.ad hoc.C.de inge.& manu. ſi. auiam.ff. de exercito.acti.l.j.§.ſi plures ſint.ff.de ritu nup. in eo.§. deinde.ff. eo.item ſi vnus.§.ſi. Vnde & Phanucius, q̃uis ſolus traxit ad ſe cõ ſenſum totius concilij,vt patet, .t.di.Nicena.Et de hoc no.in ſum
8 ma de his,quæ ſi.a p̃l .§.in quibus.j.& ij. [Eligere.]No. † arbitriũ
9 ſeruari debere,vt hic.& s̃ de elec.dilecti . No.etiam q̃ † nõ valet id quod agitur,niſi primo conſilium , vel licentia petatur , vt hic.& ff.de admi.tu.quidam.ff.vbi pupillus edu.debe.l.j.ʒ.de regula.licet. Et ſecundum hoc eſt interpretandum.c.lxiij.diſt. obeuntibus,ſecundum do.noſt.[Idoneum.]Non alium.s̃.de elec.cauſam quę. [Siue concordet &c.]li.s̃.de elec.cum terra.§.finali.

SVMMARIVM.

1 *Lex generalis obtinet uim edicti.*
2 *Laicus iudex eſſe non potest,etiam in rebus ſpiritualibus de conſenſu epiſcopi.*
3 *Laicus an fieri poſſit aſſeſſor epiſcopi.*
4 *Compromitti non potest in laicum ſuper rebus ſpiritualibus.*
5 *Dictio quantacunque perſonam,neminem concludit.*
6 *Laicus in quibus caſibus excluditur ab eccleſiaſticis.*

CAP. VIII.

1 GOntingit. Generaliter.]Per hoc, † decernitur lex generalis.& obtinet vim edicti. C.de legibus.l.iij.[Spiritualibus.] vel quaſi,vt ʒ.tit.j.decernimus.Secus ergo ſi agatur de pecunia,vel rebus tẽporalibus,vt s̃.eo.peruenit.& ca.dilecti.& ʒ.e.expoſita. [In laicũ.] ſolum authoritate.n,dioeceſani, ſeu Metropolitani ordinarij,vel delegati a Papa poſſet cõpromitti in clericũ & laicũ ſimul iunctos,vt le & no.ʒ.c.i.Imò etiam in laicũ ſolum.p̃m d.n.quod non placet,quia nec iure aliquo confirmatur. Dixit ẽt do.no. q̃ iſtud cõpromiſſum fieri poteſt authoritate ordinarij , vel delegati lite forſan prius conteſtata.ar.C.de procu.neq; tutores.& l. nulla dubitatio.Credo tn,q̃ & lite non cõteſtata , ſed iudex,† nullo modo poſſet fieri laicus ẽt de conſenſu ep̃i,vt le.& no ʒ.de fo.cõpe.ſignificaſti.† Sed nunquid poſſet fieri aſſeſſor ep̃i?Puto,q̃ tic. ar.s̃.eo. dilecti.& ʒ.c.i.ʒ.de iudi.cũ non ab homine, quia hoc nullo iure canonico prohibetur.Et hoc edictum prohibitorium eſt, vnde admittuntur libertini & eruditi.C. de poſtu.l. ij. [Quia non decet.]
4 nec debet.nec expedit.[Vt laicus &c.] Sic† patet,q̃ ſuper rebus ſpiritualibus non poteſt in laicũ compromitti , quia nec de talibus poteſt ſecularis iudex,ẽt ſi incidant, iudicare , nec ea examinare, ſed debet talia ad eccleſiam remittere,ẽt ſi incidant coram eo,vt patet,ʒ.de ordi.cog.tuam.ʒ.qui fil.ſint le.lator.& c.cauſam. Laici enim omnino a talibus ſunt remoti , & de vniuerſa eccleſia male iudicat,qui in talibus quærit iudicium laicorũ.xj.q.j. placuit.Et hoc nedũ p̃m canones, ſed etiam p̃m.ll. verum eſt. Vnde & dicit lex,q̃ & ſi ſit eccleſiaſticũ negotium, eps hoc diſcernat,nihil cõicantibus clariſſimis prouinciæ iudicibus. Neq; .n.volumus talia negotia oĩno ſcire ciuiles iudices.in Auth.de eccle. titu.§. ſi vero eccleſiaſticũ.coll.vi.Et poteſtatem habent ep̃i maxime in cõcilio congregati ſuper quacũq; perſona ſacras, ſiue canonicas regulas offendenre.in Auth.de ſanctiſ.epi.§. vt omnis eccleſiaſticus ſtat⁹, &.§.ſi aũt eccleſiaſtica cã eſt.Nullam cõionem habeãt ciuiles iu-
5 dices ſuper tali examinatione,& qui dixit, † quantamcũque p̃ſonam,neminẽ excluſit.s̃.de ma.& obe.ſolitę.§.pen.in fi.Hoc verũ, eſt,niſi fiat a Papa,vel authoritate Papæ.ʒ 2.diſt.§.verum.Qui hoc q̃nque conceſſit,vel propter humilitatẽ nimiam.ij.q.vij. nos ſi in cõpetenter . Vel ad tollendam ſuſpitionẽ cõtra clericũ ortam.ij. q.4.habet hoc proprium.& c.Mennã. Alij autem dicunt per hæc capitula,q̃ ẽt authoritate ordinarij hoc fieri poteſt,quod non puto verũ , nec aliquo iure canonico hoc approbatur , niſi de Papa ſolo,& hoc idem ſcripſit hic d.n.Sed ʒ.ʒ.de iudi. qualiter. Sol.ibi.
6 [Arbitretur.]Excluditur,† ergo laicus a ſpiritualibus,ſiue eccleſia ſticis quo ad multa. Primo.n.excluditur a cõpromiſſo , vt hic dicit. Secundo multo fortius a iudicio , ſiue ordinario,vt s̃.no.ſiue delegato.s̃.de offi.deleg.cũ te cõſulente.Tertio a ſtatuto , quo nec perſonas eccleſiaſticas,nec res ſuas poteſt aſtringere,etiam ſi ſtatutum fiat in fauorem ipſarũ , niſi ab eccleſia Romana recipiatur & approbetur,vt.s̃.de conſti.cũ ab eccleſiarũ.& c. eccleſia ſanctæ.M.xcvj.di.bene quidẽ,& no.ʒ.de rebus eccle.non ali.c.fi.Quarto ab electione.s̃.de ele.c.Maſſana.& ca.ſacroſanc. Quinto a confeſſione,quia nec obeſt confeſſio coram ipſo facta.Sed hoc eſt illa ratione,quia nequit iudex eſſe.ʒ.tit.j.at ſi clerici . Sexto a prædicatione.ʒ.de hære.cũ ex iniuncto. Septimo ab inter clericos infra chorũ confeſſione.ʒ.de vita & ho.cle.c.j. Octauo a canonicorum numeri computatione.ʒ.de Inſti.c.ij. Nono a decimarũ cõceſſione,quam nec Imperator facere põt.ʒ.de decimis.tua.& ʒ.Decimo ab earundem perceptione & poſſeſſione. ʒ. de præſcrip. cauſam quæ.ʒ de decimis,prohibemus. Vndecimo generaliter ab omniũ clericorum coerctione & exactione.ʒ.de immu.eccle. nõ minus. & c.aduerſus.Et poſtremo duodecimo ab oĩũ eccleſiaſticorũ cõmunione,vt patet in eo,quod.s̃.no. Nec non & ſpiritualium adminiſtratione,vnde nec gubernatio alicuius eccleſiæ eſt talibus committenda.s̃.de ęta.& qua.ca.ij.89.diſt.indicatum . Nec ẽt eps ipſum poteſt conſtituere ſuum .vicarium , ſeu œconomum quo ad hoc,vt ſupra clericos vel eccleſias , ſeu ſpiritualia aliquam habeat poteſtatem.xv.q.j. vt in noua actione.ʒ.de decimis,quamuis & c.prohibemus,quia nec poſſunt talia poſſidere.ʒ.de præſcri.cauſam qu.e.Sed nunquid poteſt eſſe tabellio in eccleſiaſticis?non puto,quod dic,vt no.ʒ.ne cler.vel mo.ſicut te.

SVMMARIVM.

1 *Procurator cum libera poteſt tranſigere,& iuramentum deferre .*
2 *Ratificare,qui poteſt poteſt & conſtituere.*
3 *Vile per inutile quando vitiatur .*
4 *Ratificatio omnis retrotrahitur,& mandato comparatur .*
5 *Martinus gloſſator fuit homo ſpiritualis.*
6 *Pacta,quantumcunque nuda ſunt ſeruanda .*
7 *Fidem fallere graue eſt.*
8 *Tlus debet Chriſti diſcipulus.quam mundi Philoſophus.*
9 *Apoſtatare ab uno Domino,& in alterius ſuperſtitionem ire non licet .*
10 *Conſentiens ſemel , amplius diſſentire non poteſt .*
11 *Actio quando oriatur ex ſententiam Arbitri.*
12 *Pactum deſtando ſententię arbitri ſeruandum eſt.*
13 *Actio,& exceptio datur ex arbitrio emologato .*
14 *Intereſſe extenditur etiam ad expenſas litis futuræ.*
15 *Obligatio tacita contrahitur ſępe extra id quod agitur .*
16 *Diſtinctio bona ſuper arbitrio exequendo.*
17 *Ignorantia quando non cauſatur,quando iuramentum interuenit.*
18 *Magis dignum trahitur ad ſe minus dignum.*

CAP. IX.

RE tuas. De eodem.ʒ. de dona. inter dilectos [Executione.]Non ſimplr , ſed per pnam &c.quod dic,vt no.s̃.eo.dilecti.in fi.& ʒ. eo.§.ſuper verbo,iuxta tenorẽ,& ſuper verbo , execution [Arbitri.]per quod pronuntiatum fuit ɔ plebanũ de Piſcia inſcriptum.[Hoſpitalarios.]ex parte vna.[Sancti Ioannis]Hieroſolymitani,& ſic ponit nomen generale . ſicut & ʒ. de ſepul.in mea Nomen tũ ſpãle eſt ſancti ſepulchri,vt patet.ʒ.de dona.inter dilectos.in prin.& eſt ſi.ʒ.de decimis.dudũ.in prin.[Et plebanũ de Piſcia.]& canonicos ſuos,vt ſequitur ex parte altera. [Super hoſpitali.]i.ſubiectione hoſpitalis.Vel.i.ſuper iure , quod habebat in hoſpitali ff.de ɔhen.emp.qui tabernas.ff.de leg.j. ſi domus.§.pen ſm do.no.[Recepiſſes.]loquitur Pyſano archiepo.[Et.ʒ.] Hoc eſt,cõtinebatur in literis,q̃ arbitriũ executioni mandaret, vt patet.ʒ.eo. §.ſuper quo.Et cũ archieps veller exequi,q̃d ei mandabatur,oppoſuit ſe plebanus de Piſcia,ꝰ quem arbitriũ latũ erat , dicens,q̃ nõ oberat ei arbitrium pp rationes,quæ in ſequenti. §. cõtinentur.& ſic continuatur ſequens.§.q̃ Plebanus.] ij.pars.ſ.de Piſcia ſ̃pradictus.[Propoſuit.]Ad excludendam intentionẽ hoſpitalariorum. [Ad cãm &c. procuratori.] qui nomine ſuo cõpromiſerat ĩ vnũ clericũ,& duos laicos,vt ʒ.ver.& arbitriũ.[Generale.]Quod non
a ſufficit⁹,ad cõpromittendũ,vel tranſigendũ. ff. de ,pcu.mandato.
1 & l.procurator totoru. † Niſi habeat liberã adminiſtrationẽ, tunc .n.poſſet tranſigere & iurm deferre.ff. de ,pcu.procurator cuilibe ra.ff.de iureiur.iuſiurandũ.§.fi. Et ſi dãnola ſit trãſactio , impuret ſibi qui talẽ elegit.ar.ff.de mino.cũ mandato.Minor tn,vel eccleſia reſtitueretur,vel p̃latus ſi per amicitiã tranſegiſſet. C.de tranſactio.p̃es.C.de pact.pactũ.ff.de iureiur.tutor.p̃m d.n. [Nõ tn.] ver. Et eſt prima rõ,quæ allegatur ad probandũ , q̃ arbitriũ plebano de Piſcia nõ debet obeſſe.[ɔsine ſpãli.]qđ regritur, vel ſaltẽ litera de rato,qđ dic,vt no.s̃.de tranſac.ɔtingit.§.j.& s̃. ſup verbo.gñale. [Et ɔterea.]ver.Hæc eſt ſecunda rõ , q̃ inducitur pro plebano. [Iã dictus.]Subaudi,& ſi habuiſſet a ſolo plebano ſpãle mandatũ cõ promittẽdi,adhuc nõ obeſſet,qđ per ipſum factũ eſt. [Quia deaſſenſu canonicorũ &c.]Sine quo nec ɔpromiſſum,nec trãſactio, nec aliqua alienatio pot fieri ẽt ab eꝰ. xij.q.ij. ſine exceptione.ʒ. de rebus eccle.nõ ali.c.j.& c.nulli. Sed nec plebanus poſſet eſſe in iudicio ſine ipſis,cũ hæc cã inter ipſum & canonicos ſit cõis ſm quoſdam. Alij ɔ.ff.quod cuiuſq; vniuer.noĩc.l.j.qđ & hic ɔproba
2 tur.† Nã ſolus plebanus factũ iſtius ,pcuratoris põt ratificare,vt in nuir.ʒ.§.j. Ergo ſolus poterat ,pcuratorẽ ɔſtituere.p̃m d.n.Licet ɔ
b riũ ſit,vt no.ʒ.§.j. Vel dic,q̃ hoc negotiũ magnũ erat⁵, vñ nec ad agendũ poterat ſine ɔſenſu capli conſtitui procurator.p̃m d.no. ar.ʒ.de his q̃ fi.a præla.q̃to.ʒ.de exceſ.præla.ca.j.qđ dic,vt le.& no.s̃. de reſcrip.edoceri.[Præſertim.]ver.Et eſt tertia rõ,quæ pro plebano allegatur.q.d.eſſto, q̃ habuiſſet ſpãle mandatũ ɔponendi,& q̃ fuiſſet ɔſtitutus de conſenſu canonicorũ , adhuc nõ obeſſet arbitriũ eccliæ de Piſcia.[Cũ fines mandati &c.] Qđ & verũ eſt,nã fines mandati diligẽter cuſtodiendi ſunt. Et ſi qđ fiat ɔ formã mãdati hoĩs,oĩno nihil valet,vt le.& no.s̃.c.px.§.fi.ver. & ſi alio mõ. Et idem eſt,ẽt ſi citra formã fiat,vt le.& no.s̃.de oſti.deleg.prudentiam.rũ.j.ver.fi.Et ſunt iſtæ tres rõnes validæ,dummodo id,qđ fecit idem procurator,ratificatum non fuerit per plebanũ & canonicos

ADDITIONES.

a ¶Quod non ſufficit.Adde do.Abb.hic.in 2.no.cui apoſtil.addit Alex.conſ. 12 lib.j.& tex.cum glo.in c.qui ad agendum,de procurato.lib.vj.
b ¶Magnum erat.Adde Ab.in 3.no.cui apoſt.addit Ro.conſil.cccixx.

nicos tacite vel expreſſe,vt no.ʒ.§.j.[Et arbitrium[ver.& eſt quarã pro plebano inducta,ſed reprobatur in fi.c. [Per vnum cleri cum & duos laicos] qui. ſ. laici non poſſunt in huiuſmodi arbitrari,vt s̃.c.proxi Et ſic videtur , q̃ non valuerit compromiſſum ,
8 ſicut ſi compromittatur in liberum & in ſeruum,† quia in hoc caſu vtile per inutile vitiatur.ff.eo.Pedius.§.in ſeruũ.& ar. s̃. de offi. deleg.ſuper queſtionu articulis. §. ſi vero duo.& c cũ ſuper abbatia.ſed huic rãderur in fi.c.[Et.ʒ.] In hac decitione ɔtinetur partis hoſpitalariorũ rãtio,& miſſa ad Papã conſultatio , cui ipſe rñdet in ſequenti.§.& ſic ɔtinuatur ¶ Sup quo.]ij.pars . In qua ɔſultatio diſtinguitur.[Ex parte plebani] ...aute dicit ex parte , & in hoc includit canonicos,quis d.n hoc aliter intellexerit,vt patet in eo, qđ no.s̃.c.§.,pxi.ver.& ɔterea ſup verbo,quia deaſſenſu canonicorũ.vbi notauit,q̃ ſolus plebanus hoc poſſet ratificare.Sed hoc eſt ɔ mẽtem iſtorum verborũ.qn dicit.ex parte plebani.Nam plebanus & canonici faciũt partẽ vnam. Vñ plebanꝰ ſolus per ſe in p̃iudicium eccleſiæ nihil poſſet ratificare.ſic .t nec compromittere,vel ,pcuratorem inſtituere , vt le & no.s̃.§.proxi ver.& ɔterea. Sed ſi pars plebani (hoc eſt plebanus & canonici) vel procurator ſuus ad hoc ſufficiens arbitriu approbauit, ceſſant primæ tres rõnes.s̃.proxi.§.pro plebano inductæ. & quartæ rñdetur in fi.c. Oĩs,
4 †enim ratificatio retrotrahitur rñr , & mandato cõparatur,vt patet ẽt in hoc caſu.ff.de iudi.licet C.de tranſac.ſi ex tãlis.in fi.ff.rẽra.ha.l.iij.§.fallus.quod dic,vt plene no. ʒ. de his q̃ fi.a p̃la.c.iij.i fi. [Receptum.]ex̃ſſe ipſo arbitrio promulgato. Nam ſi tacite per lapſum .diterũ,tũc habet locum lex.C.eo.cũ antea.Vel dic,q̃ idẽ iuris eſt ſm canones,ẽt ſi tacite ſit receptum,vt tegitur.Sed primũ verius in hoc caſu,vt patet in eo,qđ no.s̃.de offi.deleg. cum olim. j.§.fi.Alias aũt hoc poſſet hñe locũ.[Indiſtincte.]i.ſine pœna promiſſa ſit,ſiue non.Et ſic approbatur hic inſa Martini qui ſic ſcilexit.C.e.ne in arbitris ad fi.Et reprobatur opinio Bul. & Io. & ſequacium ſuorũ,ſicut ; & in multis aliis. M.n.ſpiritualis nõ fuit,&
5 ſm tps,qđ tunc currebat . ſemper diuinæ legi adhæreoar ɔ rigorẽ iuris ciuilis.Iob vero non ſapiebat q̃ iunt ſpiritus,ſed tanq̃ anima lis multiplicationi ip alium , & rigori iuris ciuilis , quã per oĩa intendebat.Vnde & ipſe & ſequaces ſui q̃ hodie multi ſunt, ſpirituales opiniones rẽhendunt.& dicũt,hæc eſt æquitas capiranea, æquitas burſalis Martiniana.Sed velint nolint, hanc æqtatem de iure neceſſe habent ſeq,vbicunq; agitur de periculo aĩarũ , vt no.
6 s̃.eo.nõ ſine.§.ſi.Caueat ergo ſibi is qui ꝑſentit, †quia pacta , q̃tcunq; ẽt nuda.ſm veritatem euangelij ſunt ſeruãda ʒ. de iureiur. & ſi Chriſtus,quod dic,vt no s̃.de pact.c.i.& iij. Et miror,qño pot aliqs vere chriſtianus ſentire ɔrium.cũ Vlpianus, q̃ paganus fuit, dicat. Hoc edicto fauet ꝑot naturali æqtati,qui conſtituta ee con
7 ſenſu facta cuſtodit, † qm̃ graue eſt fidem fallere. No.ſi paganus facit vim in æquitate naturalis iuris rõnabilis,qđ debet facere chriſtianus de æquitate iuris naturalis,qđ in lege & in euangelio cõtinetur s̃.de conſue.c.fi.Si ſentit , q̃ cõſtituta quo ad temporalia & humana ex ɔſenſu facta cuſtodiantur,quid debet ſentire catholicus de ɔſtituris canonicis,& pactis ſuis ſeruãdis, in quorũ violatione vertitur periculum aĩæ?C.de ſacroſanc.eccl.ſancimus.j. xij.q.j. p̃cipimus.Si reddit cãm,qm̃ graue eſt fide fallere, q̃ nec Deo promiſerat.Quid debaptizato xlv. diſt.de iudæis.xviij.q.v. ad fidem?
8 Obſecro aduertant hæ ɔria ſentientes. Nam ſm Hiero.† plus debet Chriſti diſcipulus, q̃ mundi philoſophus. Et vide quid dicat
9 Aug.† quia ab vno dño apoſtatare,atq; in alterius ſuperſtitionem ire non licet.xxvj.diſt.acutius. in fi.[Ac per hoc.] ſ. quia ſpõte ſu-
10 ſceptum eſt.Et ſic. † ex quo ſemel ɔſenſit, amplius diſſentire non põt.arg.ʒ.de proba.per tuas.§.j.ver. cum nimis indignũ, cum ſuis ɔcor.[Iuxta tenorem.] Põt exponi.i. per pœnam ſi appoſita fuit, & ſic oĩno ɔcordat s̃.c.dilecti.§.fi.Vel ſi non eſt appoſita, per cenſuram eccleſiaſticam ga quilibet cogendus eſt attendere. qđ promiſit,vt no.s̃.ſuper verbo,indiſtincte . Sed magis quenit menti.vt intelligas,q̃ mandatum erat ſimplr , vt mandaretur executioni. Nec obſtat.s̃.eo.dilecti.in fi.quia põt rũderi, vt ibi no. Vel forſan Cyſtercienſes rantundẽ diligebant pœnam, ɔtum q̃ arbitriũ ferua retur.[Executioni]per pœnam & alios modos , de qbus no.s̃.
11 cum tpe.& c.dilecti.† Sed melius dr , q̃ ſi quis ſubſcripſerit ſnĩam arbitri dicendo.ꝑfirmo ſnĩam arbitri,vel nõ ɔdico.q̃ tunc ex ta-
a li ſubĩa oritur actio⁹,& exceptio.C.eo.ti.ne in arbitris.§. fi. Et exponę,qđ hic ꝑcedit,receptum fuerit.i.ſuſcriptum. Alias n. non ſufficeret emologare arbitriũ,cum pœna nõ ſubſcriberetur. C.eo.cũ antea.Quidam.tñ dicunt,q̃ ſm canones ſufficit ſola emologatio ſine ſubſcriptione.ſm d.n.cuius eſt tota hæc gl. de quibus ego ſũ, vt patet in eo,qđ no.s̃.eo.in ꝑceden.gl & ſup verbo,receptum.qđ dic,vt no.in eiſdem gl.[Si vero receptum.]ver. [Non fuerit.]Subaudi,nõ eſt mandandũ executioni ɔ partem plebani, ſed ɔ procuratorem,q̃ cum nõ haberet mandatũ, vñ ſe liti obtuliſſe , & ſic ſe aſtrinxit,nõ eccleſiam,ẽt ſi iurauit,quia iurꝰ tuo &c. vt in ſequẽti.ver. Et ſi vis ſcire ad quid agetur ɔ ipſum ,pcuratorem,diſtinguę. [Quia refert,vtrum fuerit & c.de obſeruando.] Vñ,q̃ licet ex ſnĩa arbitri non detur actio,vel exceptio rei iudicatæ . C.e.ti.i.dari tñ
12 debet exceptio pacti,nam eo ipſo,q̃ aliquis promiſit ſtare ſnĩæ arbitri,pactum ſernandum eſt.nec debet ɔuenire.ff.de pac.l.j.& l.iurisgentium.§.ɔtor ait.Sed ɔdicit lex dicens q̃ non datur exceptio, ſed ſola pœnę petitio.ff.e.l.ij.Sol. Dicunt quidam , q̃ oĩa pacta,q̃ in compromiſſis ponuntur , intelligenda ſunt ſub diſiunctione hac.Ego promitto.q̃ ſtabo ſnĩæ,vel q̃ ſoluam pœnam,& iõ ſufficit,q̃ alterum fiat,vt patet in eo,qđ le.& no.s̃.de reſcrip.inter cœteras.Et ſic intells datur ſibi a iure, alioquin niſi talis interp̃tatio haberetur a iure , ſtandum eſſet præciſe ſnĩæ , & ex pacto daretur hæc exceptio,nec mutatur hæc interp̃tatio,& ſi fiat compromiſſum iurꝰ firmatum.Nam & ſic intelligitur,q̃ ſeruabit ſnĩam,vel pœnam ſoluet.ar in eo,qđ le.& no.ʒ.de iureiur. quemadmodum, multo minus mutatur,ſi ſola interueniat ſtipulatio ſine adiectione pœnæ.Nam & tunc ſufficit ɔdemnato,q̃ ſeruet ſnĩam,vel intereſſe p̃ter.ff.eo.diem proferre.§.fi.Et q̃ iſti bene dicant, ex eo apparet,quia olim ſi non interueniſſet ſtipulatio, ſẽp dabatur pac-
13 cti exceptio. † Hodie etiam ſi emologatum ſit, datur actio & exce
b ptio⁹.C.eo.tit.cum antea . Imò & vbi actor ſtipulatur ſub pœna ſtari ſnĩæ,nihilominus reo ſtipulanti datur exceptio.ff.eod.ti.ſi de meis.Et hæc locum hñt,vbi ſtipulatur ſnĩæ, dicto vel arbitrio ſtare cum pœna,vel ſine pœna . Nam ſi exp̃ſſe ſtipularetur rem,de qua agitur,vel aliqd dari,vel fieri ɔm ſnĩam arbitri,tunc ſi pro ipſo ſnĩaretur,poſſet agere ad rem ipſam, vel factum ſtipulatum.& idem eſt in reo,ſi exp̃ſſe ſtipuletur rẽ,q̃ ab eo petitur.amplius non peti.In hoc.n.caſu,ſi ſnĩatur pro eo,exceptionem habebit,immo plus vñ.q̃ etiam p̃dicta non exp̃ſſe ſtipuletur , ſed tacitum pactum fiat in ɔtinenti poſt ſtipulationem emiſſam de parendo ſnĩæ , q̃ p̃dicta dentur,vel fiant, vel non fiant , q̃ ex tunc tale pactũ informat ſtipulatio p̃cedens.ita q̃ pareat actionem , & exceptionẽ.C. de pactis.perens.ff.ſi certum pe.lecta.ff.de pact. iurisgentium.§.quinimmo.Vtiq; & plus vñ,q̃ etiam partes vñr tacite renuntiare p̃dicto intellectui,vt ſi partes ſtipulentur ſtare ſnĩæ ſub pœna , ſoluta pœna pactum manet ratum.Nam hic agi põt ex ſtipulatu, vt fiat qđ iudicatum eſt.ff.de tranſac. qui fidem , & ſi ɔdemnatus fuerit in mora agetur ad pœnam , & poſtea nihilominus ad rem iudicatam,vt patet in eo,qđ no s̃.eo.dilecti. in fi. Nec obſtat.ff. de exce. doli apud Celſum.§ Labeo.quia loqtur,qñ nõ erat dictum in cõ promiſſo,q̃ ſoluta pœna arbitrium ratũ eſſet. Alij tñ dicunt,q̃ in prædicto caſu non põt agi ad rem iudicatam,ſed ad intereſſe tñ. Si ɔras cauſam, quare p̃dictus intellectus fuit accõmodatus ſtipulationi in compromiſſo facte. Rõ hæc eſt , quia cũ arbiter ſine timore retractationis poſſit proferre iniquam ſnĩam.ff.eod.tit.diẽ. § j.Et qtum ad hoc ſit ei data poteſtas latiſſima iuſtum fuit,vt in hoc reſtringeretur , ne vnq̃ p ſuã ſnĩam res ſua p̃ciſe alicui auferretur.Sed ſufficeret vñ pœnam,vel intereſſe p̃tare, nec daretur ex ſnĩa actio,vel exceptio.C.eo.ti.l.j.ff.e.tit.l.iij.ar.tñ ʒ. C.de iudæis, iudei.p̃m d.n.cuius eſt tota hæc gl.Tu dic,vt no s̃. in p̃ceden.glo. & ʒ eo.ver.ac ſi nulla.[Si quidẽ.]ver.[Si pœna.]ff.certa.ʒ.eod.c.pe. rñ.i. Alioquin agetur ad intereſſe.ff.eo.non aũt,& hoc eſt hic ſuꝑplendum [Agi poteſt.]ɔ compromittentem, non ɔ plebanum, d.n.vt patet in ſeq.ver. [Ad pœnam.] vt C.eo.l.j.& aurh.decreuit, niſi poſſet impe rar. ,q̃ arbitrium ſeruaretur, ſic.n.vitaret.pœnã. s̃.eo.dilecti.in fi.Quis etiam is,ɔ quem latum eſt arbitriũ, in mora fuiſſet.ff.e l fi.[At ſi nulla.]ver.neq; certa.neq; incerta . [Sed q̃ ſimplr &c.]q.d.ẽt p nudum pactum,vt patet in eo , qđ no.s̃.e.ſup verbo,indiſtincte. Sed dñi hoc verum dicunt , ſi ſtipulatio interceſſit,& tñ lex,per quam hoc dicunt,& ex qua hæc verba ſumũtur,non dicit hoc,imò ponit hæc eadem verba , ſed ſimplr &c.ff. eo.diem proferre,§.fi.ad idem.ff.li quis in ius uo. non ie.l.fi. [Ad intereſſe.]i.ad expenſas,quas fecit in litem coram compromiſſariis,& non ad ipſam rẽ,in qua ɔdemnatus eſt reus,quia non interest vincentis ſi ſua non erat.vel ſibi debita. Si aũt ſua erat,adhuc non intereſt,quia & poſt ſnĩam arbitri , ſua manet, & ſi ẽt ſnĩam ɔriam reportauerit,non obſtante ſnĩa ipſam petere poteſt.ff.e.tit. ſi rem.p̃m d.n. Ego intelligo hoc de omni intereſſe , & ſimplr ſicut ſonat,ga verbum ſimplr prolatum , ſimplr eſt intelligẽdum,
14 vt patet in eo,qđ leg.& no.ʒ.de reſtis.rclatum.ij.rũ.j. † Et intereſſe extenditur ẽt ad expenſas litis futuræ.ff.de mino.l.minor.xxv annis ſubuenitur.[Conuenirı.]Subaudi,& non pars plebani,ſiue eccleſia ſua,non ſolum ſi procurator hoc ſimplr promiſiſſet . Quinimmo etiam ſi iuraſſet,& huic ſubauditui ɔtinuatur id, qđ tegtur.[Quia iurꝰ tuo &c.]vt probatur in eo,qđ le.& no.s̃. eo. peruenit.[Obligare.]Et ió mandata eſt ſnĩa executioni ɔ ipſum procuratorem,tanq̃ ɔ illum,qui vñ ſe liti obtuliſſe.vt.ff.de procur.Plautius.& ff.de rei ven.l.is qui ſe obtulit.& duabus.ll.ſeq.ff. de rei ven. l.iiij.Nec obſtat,q̃ aduerſarius cum ſibi obligare non intendebat,

ſed

ADDITIONES.

a ¶Qritur actio.Adde do.Ab.hic poſt iſtum,& glo.pe.cui d. And.Bart.addit Ioan.de Ana.conſil.xvi.& conſil..& Fulgo.conſil.clxxx.& Raphaelę commen.conſil.7.
b ¶Ex arbitrio emologato datur actio,& exceptio.Adde de hoc late per d. Ab.ſuper gl.pe.hic.& Bar.in l.i.& in l.ait prætor.ff.de re iudi.& in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ver.quæro vtrum ex ſententia.

15 sed plebanum,quia † sæpe extra id,qđ agitur, tacita obligatio ꝓtrahitur.ff.cõmodati.si is qui.in fi.ff.si certum pe. ciuitas. Vel dic, ꝙ ex quo ab eo aliquid stipulatur,credendum est, ꝙ eum sibi semp obligare intendat,nisi ꝛrium dicceretur.ar.C.de ꝓhen. stipu.l.j.ſm
16 d.no.Patet,†ergo per p̄dicta breuis distinctio , aut.n.arbitrium ab vtraq; parte sp̄te suscipitur.i.emologatur,siue approbatur, & sic indistincte mandatur executioni.ſ.eo.§.j. Aut non recipitur,subaudi,sed infra.x.dies p̄dicitur.& in hoc casu si certa pœna apposita est,ad ipsam agitur,vt.ſ.eo.ver.& si quidem.Si vero pœna incerta vel nulla apposita fuit,sed simp̄r promiserunt partes ab initio, ꝙ arbitrio starent,ad interesse agitur,vt.ſ.ver.at si nulla, qđ intelligc,nisi de euidenti iniquitate ꝓstet continente pc̄tm̃ mortale.Nã in hoc casu sñia retractatur,ſm qđ le.& no.ſ.eo.c.ij.§.fi.Quod si iurm̃ interceſſerit,indistincte mandatur executioni ꝓtra illum,ꝙ iurõ se potuit obligare, dũmodo & æquitate subnixum sit , & sic intellige,qđ hic dicit,& ſ.eo.non sine.in fi. Idem est & si fidei interpositione firmatum sit.ſ.eo.quenit.Sed quare auditur,qñ simp̄r promisit,nec cogitur p̄cise seruare arbitrium , quia p̄t causari, ꝙ non ꝓmisisset,si ꝙ ita pronuntiaretur, credidisset.ar.ff.de riru nup.q̃q̃.Nec ob.qđ no.ſ.e.super verbo,indistincte,quia intelligitur,qñ hoc approbauit ex post facto prolato arbitrio. Quare,
17 †ergo non p̄t causari ignorantia qñ iurauit, cum apud Deũ nõ sit dria.xxij.q.v.iurã? Rñdeo.Hoc facit ecclesia in reuerẽtiam iurã, vt no.ſ.qđ metus cã.ad audientiam.rñ.j. Et ſm hanc breuem distinctionem reduces ad ꝓsonãtiam quicquid no. de hac materia in ſumma.eo.ti.§.qualiter ꝓstituatur.rñ.j.& ſub.§. sed mens,vsque ad ver.sed nunquid religiosi.[Quod aũt a duobus.]ver. [Latũ]pp qđ dicebatur nõ valere,vt.ſ.e.§.j.ver.& arbitrium. [Nequaq̃.]&c. [Cum authoritate &c.] Et ita authoritate superioris p̄t cõpromitti in clericum & laicum[a], vt hic dicit . In solum aũt laicum hoc fieri non posset,q̃uis q̃dam ꝓrarium notent , vt le.& no.ſ.c. proxi Sed nec in clericũ & laicum factum valeret sine authoritate superioris,& ita hæc authoritas multum operatur ,vt le.& no. ſ.de transac.de cœtero & c.veniens.j.de præbẽ.nisi essent.j.de cen
1 sibus ſignificauit.† In hoc ct casu magis dignum ꝛtrahit ad se minus dignũ.ſi.ſ.de ꝓfe.eccle.qđ in dubiis. Item vr̃ ex hac litera , ꝙ delegatus debet cogere arbitrum,& arbitrium executioni mãdare,& non ordinarius . Tu dicas, ꝙ ordinarius habet hoc facere,vt j.eo.innotuit.j.de ſ.compe.ſi qs ꝓtra clericum. ff.eo.l.iii.§.j.& §. ait prætor.Et nõ delegatus,nisi ei ſpecialiter committatur, vt hic dicit.Vel nisi qñ delegatus recusatur,vt suspectus,vt.ſ. de offi.del. ſuſpitionis,& sic loquitur.C.de iudi.l.finali.

ADDITIO.

a ¶In clericum & laicum.Adde si est compromiſſum in clericum & laicũ, & discordant,quis erit iudex competẽs pro tertio eligendo, an clericus, an laicus.Nota.eo.de Neapo.in l.iurisperitos.§.cũ oriundus.ff.de excuſa.tuto.

SVMMARIVM.

1 *Sententia finem imponit negotio.*
2 *Iudicium redditur in inuitum.*
3 *Arbiter in causa matrimoniali assumi non potest.*
4 *Arbiter sententiare non potest aliqua parte absente.*
5 *Sententia contra mortuum non valet,si feratur.*
6 *Compromiſſum soluitur parte mortua.*
7 *Res quæ ibet redit de facili ad id quod sibi ab initio ius & natura concesſit.*
8 *Prælatura vacans,inuenire non potest.*
9 *Res litigiosa in alium transferri non potest.*
10 *Nemini facit iniuriam,qui utitur iure suo.*
11 *Electio non est celebranda,pendente alia.*
12 *Edictum peremptorium soluitur morte citati.*
13 *Morte arbitri uel alterius litigatorum, an soluatur.*

CAP. X.

EX parte tua. Fuit.]Alias est. [In Colonia.] ciuitate nobili , & Metropoli Germaniæ. [Diuiserunt.] qđ non est nouum,nec reꝓhensibile.viij.q.i. non est nouũ . Alias nec nouũ est. lxiij.dist.c.fi.Est tñ qñq; ecclesiis damnosum & onerosum, & ẽt periculosum,vt pater.ſ.de elec.quia pp.& c. ne pro defectu.& ca. cum inter vniuersas. [H. de Iuliaco.] Alias Viriaco.ab vna parte electum, ꝙ pendente lite ad sñiam proferendam mortuus est,vt j.§.i.[Et.C.de Lõbardia.]alias.G.ab altera parte electum . [Cũque postmodũ.]ver.[Tractaretur.]coram te , vt ſequtur . [Et partes.]i. electi.ſm d.n.Tu vero dicas & partes.ſeligentes,& non electi , & sic plana est decre.[In te demum.]ſ.archiep̄m. Colonienſem,cui loquitur,& sic patet,ꝙ ꝓmitti potest in ordinarium.qđ dic,vt no.ſ.eo.cum tpe.rñ.j.[Fide præstita.]De hoc dic,vt no.ſ.eod.non sine.§.i.& c.peruenit.rñ.j. [Curauerũt.] retenta sibi nihilominus ordinaria potestate.[Qui causæ meritis &c.]ver.& dic qui i.tu.Vr̃ subaudi,te dico,qui causæ meritis &c.[Diligenter.]ſi.ſ.de resti.in inte.ſuscitata.& c.auditis.[Diffinitiuam sñiam.]i. arbitrium.ſm
1 d.no.Imò sñiam, † quæ finem imponit negotio.ff.de re iudi.l.j.& hoc sonat hæc litera.& intelligas,ꝙ archiep̄s hoc ꝓmiſſum recepit,iurisdictione ordinaria sibi retenta . Vnde non solum tanq̃ arbiter,sed ẽt tanq̃ ordinarius procedebat,vt patet in ſeq.glo.& p̄.

ce.[Consentientibus.] maxime,nam in eo, ꝙ ordinarius. ẽt ipsis
2 inuitis,† diem potuit assignare,ga iudicium redditur in inuitum, ff.de ver ob.inueni ſtipulantem.Et necesse est,ꝙ hic assignauit diem tanq̃ ordinarius.nam in eo,ꝙ arbiter nõ posset dare diffinitiuam sñiam,sed mandatũ tm̃,cum nec ordinarius ver-
3 arbiter possit esse,vt no.ſ.eo.cum tpe.rñ.j.Maxime,† cũ nec in cã matrimoniali arbiter assumi possit.ſ.de resti.in inte.ca.pe. in fi,& ſ.de transac.c.fi.Et hic agebatur , quasi de matrimonio ſpirituali, illud ẽt certum est,ꝙ si esset verus arbiter , non posset hunc diem prorogare,nisi a partibus hanc recipet potestatẽ,vt.ff.e. nõ distinguemus.§.fi.[Præfixisti.]Si pars in termino ab arbitro constituto non ꝓareat,pœna ꝓmittitur.ff.eo.ti.diem proferre.§.si quis litigatorum.C.eo.ti.l.ij. Non tñ semp, sed tunc qñ per partis absentiã fit,ꝙ minus arbitretur , vt quia ad sñiam ferẽdam erat terminus peremptorius assignatus.ſ.de of.dele.consuluit . Vel ẽt ante litem ꝓte.ad ꝓparendum. Vel post ante sñiam non ꝓparet.Quia si nũq̃
4 ꝓparet,† nunq̃ pōt ab arbitro[a],dari sñia,cum non possit sñiari al-
a qua parte absente,nisi aliud dictum sit.ff.eo. tit. diem proferre.§.j. & ij.& §.si quis litigatorum.Si vero nõ sit citatus perẽptorie,non ꝓmittitur pœna,imò plus dicunt quidam,qđ ẽt si post litem cõte. citetur pars pemptorie,vt videat testes iurare,vt.ad alia ꝛtra,quæ parte absente & ꝓtumace expediri p̄nt. j. de testibus, in noĩe dñi. non ꝓmittitur pœna,& si citatus non veniat,quia per eius absentiam nõ impeditur processus arbitri.ar.ff.eo.titu.l.j.Sed dices,qño ergo punietur ꝓtumacia in p̄dictis casibus,qñ peremptoriũ non emanauit?Rñdeo in sñia ꝓdemnabit eũ arbiter in expensis,qđ licet exp̄sse in ꝓmiſſum non venerit, est tñ ei ꝓtiguum & cohærens.Et idem de fructibus,& solutionis termino est dicendũ.ff.e. ti.quid tñ.§.solutioni.& ar.ff.iudi.sol.iam rñ.§.in hac.ff. de re iudi. Paulus.ff.de procu.ad rem mobilẽ.& l.ad legatũ . Sed & si citatus non peremptorie expresse dicat se nõ venire , pœna ꝓmittitur.ff. de re iudi.ꝓtumacia.Quidam tñ dicunt (& forte non male) ꝙ arbiter debet absoluere p̄sentem ab instantia arbitrij pp ꝓtumaciã aduersarij,& ex tunc pōt petere pœnam,qa id dicit, pp quod a lite discedit.ar.ff.e.ti.qualẽ.§.dicere.Item qa arbitria ad instar iudiciorũ &c.ff.e.ti.l.i.ſm d.n.cuius est hæc tota gl.Et de hac materia no.ſ.eo.cum dilectus.§.fi. ¶Interim vero.] ij. pars.ſ. pendente die ad ferendam sñiam assignata.[Sublato.]Et iõ ſolutum est cõ-
5 promiſſum,adeo ꝙ si ꝓtra,† mortuum feratur sñia ,nõ tenet.ff.de re iudi.in ſumma.§ fi & l.q̃situm.§.ſonticus.& §. ſeq.ff.qui satisd. cog.si decesserit.Sed adhuc durat pp adhærentia , siue adiacentia, vel ex hoc dependentia,vt.ſ.sciatur, ꝙ sint priuati potestate eligendi,de quo ẽt post mortem pronuntiabitur.arg ff.de rei ven.vtiq;. C.si pen.app.q̃uis.Sed ꝺ.quia in lite,quæ inter electos vertitur, nõ vr̃ venire hoc , ẽt si vterq; viueret . Quid.n.ad ipsos de priuatione electionis canonicorũ?nihil.ar.C.res inter alios.ac. p totum . Sed & q̃uis de p̄dictis posset post mortem iudicare iudex,non tñ arbiter,nisi aliud dictum sit,vt pater.ff.eo.ti.quid tñ.§. fi & l. sed inter-
6 pellatur.§.fi.Nam parte,† mortua,vel ꝓtumace,soluitur compro-
b missum[b],vt ibi probatur,q̃uis pœna ꝓmittatur.ff.eo.ti. diem proferre.§.si quis litigatorũ. Sed nec acta inter viuum & mortuũ nabita.puta,attestationes,& lis ia valebunt.Si vero viuus agat ꝺ loco mortui ſubrogatũ,ga nec ſuccedit in lite,cũ nõ sit hæres.Nec ſuccessor vniuersalis,q̃tum ad confirmationem de qua agebatur.qa q̃tum ad illam,neuter agebat noĩe ecclesiæ,sed vterque ius ſuum ꝓprium & spāle prosequebatur.ar.in eo,qđ le.& no.ſ.de elec.publicato.Item ha res eius nõ prosequitur cãm defuncti , quia cum realis sit actio,q̃ erat inter eos.ſ. quis eorũ haberet ius in p̄latura, & hęres ipsam non possideat,nec dolo desiit possidere, nec ẽt ius, qđ defunctus se hr̃e proponebat,non dabatur ꝺ ipsum hæredem actio,vel sñia.ff.de rei ven.si aũt . Quid ergo faciet iste ſuperstes? Rñdeo,si sit nouus aduersarius, ei ſubstitutus inchoabit litem cũ illo . Nullo aũt aduersario ſuscitato petet ꝓfirmationem ab ordinario,& ꝓcedetur in petitione ſua sicut no.ſ.de transac. de cœtero.Quid si fuit ꝓfirmatus & habuit p̄laturam in pace , sed postea amisit possessionem forsan p desidiã ſuam? Rñ.si reperiat possessionem vacuam,q̃ nunq̃ fuit ab alio occupata,intrabit eã . Et idẽ ſm quosdam etiam si fuerit p alium occupata , dũ tamen modo vacet,siue p̄ mortem noui occupatoris, siue p̄ aliũ modũ . Nam & si possessio ad dñm redeat,ꝓmodum retentionis habet.j. de or-
7 di.cog.cum dilectus.xvj.q.iij.§.potest.Et q̃libet , † res redit de facili ad id,qđ sibi ab initio ius & nã cõcessit.ff.de pac.si vnus. §. pactus ne peteret.& ar.j.de censibus.cũ venerabilis.§.j.ad fi. Recuperet ergo ecclesiam q̃tumcunque pōt,cum non sit ea priuatus,p ſñiam iuris,vel hoĩs,ar.vij.q.j.pastoralis.Nec obstat. C. vnde vi.cum q̃rebatur,quia lex illa locũ habet,qñ non dñs, vel quasi possessionem

vacuam

ADDITIONES.

a ¶Arbiter sententiare non potest aliqua parte absente, nisi aliud dictũ sit, adde Bar.in l.si quis arbitratu.ff.de ver.obl.Et quid de arbitratore,pereundem Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum in ultimis uerbis.ff. pro socio.

b ¶Soluitur compromiſſum.Adde,qualiter finiatur arbitrium,Spec.eo.tit. §.finitur autem & Bar.in l.societatem.ff.pro socio.

vacuam occupat.Porro nos loquimur de Sed canonice instituto, sic de illo de quo ꝓstat,ꝙ ius habet in p̄latura.ſ.de elec. transmiſ-
